I 175 c 3

Ayuntamiento de Madrid

Ayuntamiento de Madrid

Ayuntamiento de Madrid

Ayuntamiento de Madrid

Ayuntamiento de Madrid

# Hoc in Volumine hec Continentur.

Laurentii Vallenſis Elegantie de lingua latina.

Laurentii Vallenſis de Pronomine Sui Ad Joannem Tortelium.

Laurentii Vallenſis lima quedam per Antoniũ Mancinellum.




BIBLIOTECA MUNICIPAL MADRID

nº 10268

Ayuntamiento de Madrid

Ayuntamiento de Madrid

C Laurentii Vallenſis uiri Clariſſimi: & de lingua latina benemeriti: ad Ioãnem Tortellium Are-
tinum: cui opus elegantiarum linguæ latinæ dedicat: Epiſtola.

LAurentius Vallenſis Ioãni tortellio Aretino cubiculario apoſtolico theolo-
gorum facundiſſimo. S.P.D. Libros de linguæ latinæ elegantia mi Ioannes
unicum amicitiæ ſpecimen & omnis ſcientiæ decus olim iam tibi debitos: to
tienſq; abs te efflagitatos: & tanq̃ creditore repetitos tandem exhibeo: nomi
niq; tuo dedico; ac uelut æs alienum perſoluo. Et ut longioris moræ dem pœ-
nas etiã cum fœnore: eoq; tanto: ut ſorti par ſit: Nã cum ſex eſſent libri quos ti
bi: cui oĩa debeo: repromiſerã: nunc totidẽ ad illos accedunt eiuſdem germa-
neq; materiæ: & quaſi ſemiſſi ſemis addita explet aſſem lucri. Feciſti itaq; tu lõ
gam quidem expectationem. Verum ipſius expectationis non negligentia mea: ſed conſilium ex
titit cauſa. Nolo enim fraudare beneficium meum gratia ſua. Siquidem nullam aliã inire rationẽ
poterã: q̃ libros iniuſſu meo: ut ſcis editos: & in plurima exẽplaria tranſcriptos: tibi dicarem: niſi &
repurgarẽ diligẽtius: & qđ maius eſt: alioꝝ ueluti reliqui corporis acceſſione ꝑfectos me emittere
teſtarer: ut nemo niſi ab hoc fonte & eius riuis noſtrarũ elegantiarũ aquas ſibi hauriendas exiſti-
maret non ſolum huberiore gurgite: ſed etiam nitidiore. Quo magis & ſpero: & opto libros hos
abs te in ſummi pontificis bibliotheca repoſitũ iri: teq; curaturum: ut ille cuius contubernalis es: &
ſtudiorum intimus comes nonnunq̃ eos euoluat. & quemadmodum de parte iam fecit: totũ opus
laudet eximium profecto ac maximi laboris mei fructum ac præmium. Nã quis uberior fructus:
aut quod magis optimum præmium generoſo animo contingere poteſt: q̃ laudari a laudato uiro:
ut ille apud Accium inquit. Gaudeo abs te laudari pater laudato uiro. Etenim quiſnam multis iam
ſæculis laudatior extitit: quiue ſit magis iure laudandus: q̃ noſtrum omnium pater ſummus pon-
tifex Nicolaus Quintus: qui non magis prudentiſſimorum hominum iudicio electus eſt: q̃ natus
ad illam dignitatem uidetur: quem deus nobis præbens ſingulari quadam hoc ſæculum eſt bene-
ficentia proſecutus: & quo ſoſpite: ut eſt hominum opinio: res humanæ futuræ fœlices ſunt. Adeo
neſcias an uirtus eius an dignatio inter homines magis emineat: & inter ipſius uirtutes: quæ cui
præeſt: ſi qua modo præſtat: & non unaquæq; omnes in ſe numeros habet: niſi ut ꝙ quiſq; maxime
uirtutem aliquam colit: ita maxime adeſſe huic illam exiſtimat. Veluti tu nonnunq̃ atq; ego prudẽ
tiam cum cæterarum rerum: tum uero litterarum. Quid enim tam arduum: tam difficile: tam pro-
fundum: quod non conſilii altitudine expediat: conficiat: tranſigat: Tot ſummi pontificatus quẽ
prope lacerum ac naufragum acceperat negocia: quibus diſtinguitur: quorum pars quemlibet alĩ
um deprimeret. Vnus omnia curat omnia ſuis humeris ſuſtinet: unus omnia obit: & quod magis
noſtram admirationem auget: non fortiter modo: ſed etiam libenter. Diuina nimirum eſt in eo in
genii celeritas ac uis. Iam uero de litteris quotiens nobiſcum alioue quo erudito poſt fluctus occu
pationum loquitur. Taceo qua pronuntiandi maieſtate & gratia: quanta memoria: quanta rerum
copia: quanta doctrinarum omnium peritia eluceat uel humanarum: ut hiſtoricæ: ut oratoriæ: ut
grammaticæ: ut philoſophicæ: ut poeticæ: etiam metricæ uel diuinarum: ut theologiæ: ut omnis
iuris: ut eius quam græci uocant. Nihil ita arduum: itaq; abditum: quod eum fal-
lat. Nihil ita tenue in litteris exiguumq;. Vnde haud ſecus miror: ꝙ eum fugiat: eoq; nunquam mĩ
nus loqui: magis attendere mihi libet: q̃ cum ipſum audio: pace tamen eius dictum ſit: non minus
ornat illam dignitatem: q̃ ab illa ornetur. Nec ego minus ueneror eius uirtutes apud me: q̃ datas
a deo apoſtolicas claues: cum præſertim ſcientia ſacrarum litterarum clauis uocetur ab eodẽ deo
tributa: quæ aperit: & nemo claudit: claudit & nemo aperit. Itaq; utraq; manu claues geſtat: ſapien-
tiæ altera: altera poteſtatis. Quare ut libere quod ſentio dicam: uel magis mihi lætandum atq; glo
riandum erit: ſi a tam integro: tam ſancto: tam ſapienti uiro: q̃ ſi a ſummo pontifice laudabor. Sum-
mi enim pontifices multi fuerunt: ſed qualis hic: uix unus aut alter: quem abſit: ut emerendi fauo-
ris gratia impenſius laudauerim: quippe qui ſciam & me improbaturos homines ſi mentiar: & illũ
talem eſſe: qui nec ſeipſum ignoret: & teſtimonia ſuarum laudum malit in pectoribus eſſe: q̃ in lin-
guis. Neq; uelim te hanc ei epiſtolam oſtendere: in qua & ſi laudatur: id tamen non adeo fit: ut has
laudes ipſe ſed ut cæteri legant. Et quod ad nos attinet: magna ſane honori tuo ac meo fiet acceſ-
ſio ex hac Nicolai pontificis commemoratione. Etenim ſi in arcubus triumphalibus: aut columnis
cæteriſq; id genus operibus in honorem aliquorum extructis: quo ſint anguſtiora: cernimus in-
terdum alicuius dei aut deo ſimilis imaginem ſuperpoſitam: cur ipſe non putem mihi faciundum:
ut huic meæ colũnæ non auſim dicere arcui: duodecim paſſus altæ. Quam ego opifex tibi ob ſin-
gularem eruditionem: ſummam beniuolentiam: maxima in me merita dicaui: imaginem Nicolaĩ
ſummi pontificis mea manu ſculptam in culmine collocem ut operis decori quædam etiã ex ipſo
præſide maieſtas accedat. Ita & noſtra in illũ reuerentia ac religio: & illius in nos fauor ſplendorq;
conſtabit. Vale.



BIBLIOTECA MUNICIPAL MADRID

Ayuntamiento de Madrid

¶ Laurentii Vallenſis patricii Romani commentariorum grammaticorum ſecundum elegantiā linguæ latinæ liber primus de nomine uerboqꝫ: & ex his duobus compoſito participio.

## PROEMIVM.

CVm mecum ſæpe noſtroꝝ maioꝝ res geſtas aliorūqꝫ uel regū: uel populoꝝ con-
ſidero: uidentur mihi non modo ditionis noſtri hoīes: uerū etiam linguæ propa
gatione cæteris omnibus antecelluiſſe. Nā perſas quidē: medos: aſſyrios: græ-
cos: alioſqꝫ ꝑmultos lōge lateqꝫ rerū potitos eſſe: quoſdā etiā ut aliquāto inferius
q̄ romanoꝝ fuit: ita multo diuturnius imperiū tenuiſſe conſtat: nullos tamē ita
linguā ſuā ampliaſſe: ut noſtri fecerunt: Qui ut orā illam Italiæ quæ magna olim
Græcia dicebatur: ut Siciliam: quæ græca etiā fuit: ut omnem Italiā taceam: per
totū pene Occidentem: per Septētrionis: per Africæ nō exiguam partem: breui ſpatio linguam ro
manam: quæ eadem latina a Latio: ubi roma eſt: celebrem & quaſi reginam effecerunt. Et quod ad
ipſas prouincias attinet: uelut optimā quandam frugem mortalibus ad faciendam ſementē præ-
buerūt. Opus nimirum multo præclarius multoqꝫ ſpecioſius: q̄ ipſum imperium propagaſſe. Qui
enim imperium augent magno illi quidem honore affici ſolent: atqꝫ imperatores nominantur.
Qui autem beneficia aliqua in homines contulerūt: hi non humana: ſed diuina potius laude cele-
brantur. Quippe cum ſuæ tantū urbis amplitudini ac gloriæ conſulant: ſed publicæ quoqꝫ homi-
num utilitati ac ſaluti. Itaqꝫ noſtri maiores rebus bellicis: pluribuſqꝫ laudibus cæteros quoqꝫ homi-
nes ſuperauerūt: lingue uero ſuæ ampliatione ſeipſis ſuperiores fuerūt: tanq̄ relicto in terris impe
rio: conſortium deoꝝ in cælo conſecuti. An uero Ceres ꝙ frumenti: Liber ꝙ uini: Minerua ꝙ olei
putatur inuentrix: multiqꝫ alii ob aliquam huiuſmodi beneficentiam in deos repoſiti ſunt linguā
latinam nationibus diſtribuiſſe: minus erit optimā frugē & uere diuinā: nec corporis: ſed animi ci
bū? Hæc. n. gētes illas populoſqꝫ oībus artibus quæ liberales uocanť: inſtituit: Hæc optimas leges
edocuit: hæc uiā eiſdē ad oēm ſapientiā muniuit: hæc deniqꝫ ꝑſtitit: ne barbari ampliꝰ dici poſſent.
Quare qs equus rerū æſtimator nō eos ꝑfecerat: qui ſacra litteraꝝ colētes: his qui bella horrida ge
rētes clari fuerūt: Illos. n. regios hoīes: hos uero diuinos iuſtiſſime dixeris: a qbus nō quēadmodū
ab hoībus fit: aucta Reſpub. eſt: maieſtaſqꝫ populi Ro. ſolū: ſed quēadmodū a diis ſalus quoqꝫ orbis
terrarū: eo qdē magis: ꝙ qui impiū noſtrū accipiebāt: ſuū amittere: & qđ acerbius eſt: libertate ſpo
liari ſe exiſtimabāt. Nec fortaſſe iniuria. Ex ſermone autē latino nō ſuū iminui: ſed condiri quodā-
modo intelligebāt: ut uinū poſterius inuētū aquæ uſum nō excuſſit: nec ſericū lana linūqꝫ: nec au-
rū cætera metalla de poſſeſſione eiecit: ſed reliqs bonis acceſſionē adiūxit. Et ſicut gēma auro iclu
ſa annulo: nō deornamēto eſt: ſed ornamēto: ita noſter ſermo accedēs alioꝝ ſmoni uernaculo cō-
tulit ſplēdorē: nō ſuſtulit: Neqꝫ. n. armis: aut cruore: aut bellis dn̄atū adeptꝰ eſt: ſed beneficiis: amo
re: cōcordia. Cuiꝰ rei q̄tū cōiectura ſuſpicari licet: hoc ut ita loquar: ſeminariū fuit: primū ꝙ ipi ma
iores incredibiliter ſe in omni ſtudioꝝ genere excolebāt: ita ut ne in re qdē militari aliqs: niſi idē
in litteris præſtās eſſe uidereť: qđ erat cæteris ad æmulationē non exiguū incitamentū. Deinde ꝙ
ipſi litterarū ꝓfeſſoribus præmia egregia ſane ꝓponebāt Poſtremo ꝙ hortabantur ꝓuinciales oīs
ut tū Romæ: tū in ꝓuincia romane loq cōſueſcerēt. At ne pluribus agā: de cōparatiōe imperii ſer
moniſqꝫ ro. hoc ſatis eſt dixiſſe. Illud iā pridē tanq̄ ingratū onus: gētes nationeſqꝫ abiecerūt. Hunc
omni nectare ſuauiorē: omni ſerico ſplēdidiorē: omni auro: gēmaqꝫ ꝓcioſiorē putauerūt: & quaſi
deū quēdā e cælo demiſſum apud ſe retinuerūt. Magnū igiť latini ſermonis ſacramētū eſt: magnū
profecto numē: qđ apud peregrinos: apud barbaros: apud hoſtes ſancte ac religioſe per tot ſæcula
cuſtodiť: ut nō tā dolendū nobis romanis: q̄ gaudendū ſit: atqꝫ ipſo etiā terrarum orbe exaudiente
gloriandū. Amiſimus Romā: amiſimus regnū: atqꝫ dominatū: tametſi nō noſtra: ſed tēpoꝝ culpa.
Verūtamen per hūc ſplēdidiorē dominatū in magna adhuc orbis ꝑte regnamus. Noſtra eſt Italia:
noſtra Gallia: noſtra Hiſpania: Germania: Pannonia: Dalmatia: Illiricū: multæqꝫ aliæ nationes. Ibi
nāqꝫ ro. imperiū eſt: ubicūqꝫ romana lingua dominať. Eāt nūc græci: & linguarū copia ſe iactent.
Plus noſtra una fecit: & quidem inops: ut ipſi uolunt: q̄ illorum quinqꝫ: ſi eis credimus: locupletiſ-
ſime: & multarum gentium uelut una lex eſt lingua ro. unius Græciæ quod pudendum eſt: non
una ſed multæ ſunt: tanquam in repu. factiones atqꝫ exteri nobiſcum in loquendo conſentiūt: græ
ci inter ſe conſentire non poſſunt: ne dum alios ad ſermonem ſuum ſe producturos ſperent. Varie
apud eos loquuntur auctores: attice: æolice: ionice: dorice: κονωσ apud nos. ideſt apud multas na-
tiones nemo niſi romane: in qua diſciplinæ cunctæ libero homine dignæ continentur: ſicut in ſua
multiplici apud græcos. Qua uigēte: quis ignorat ſtudia omnia diſciplinaſqꝫ uigere: occidente: oc
cidere? Qui enim ſummi philoſophi fuerunt: ſummi oratores: ſummi iuriſconſulti: ſummi deniqꝫ
ſcriptores? Nempe hi qui bene loquendi ſtudioſiſſimi. Sed me plura dicere uolentem: impedit do
lor & exulcerat: lachrymariqꝫ cogit intuentem quo ex ſtatu: & in quem facultas iſta reciderit. Nam
quis litterarum: quis publici boni amator a lachrymis temperet: cum uideat hanc in eo ſtatu eſſe:
quo olim Roma capta a gallis: omnia euerſa: incenſa: diruta ut uix capitolina ſuperſit arx. Siqui-

Ayuntamiento de Madrid

dem multis iā ſæculis non modo latine nemo locutus eſt:ſed ne latina quidē legens intellexit. Nō philoſophiæ ſtudioſi philoſophos:non cauſidici oratores:non legulei iuriſconſultos:nō cæteri lectores ueterū libros perceptos habuerunt aut habent. Quaſi amiſſo Ro. imꝑio nō deceat romane nec loqui:nec ſapere. Fulgorē illū latinitas ſitu ac rubigine paſci abſoleſcere. Et multæ qdē ſunt prudentium hominū uarieꝗ ſententiæ:unde hoc rei acciderit:quarū ipſe nullā nec īprobo:nec probo. Nihil ſane pronunciare auſus non magis q̄ cur illæ artes quæ proxime ad libera:accedunt pingendi:ſculpendi:fingendi:architectandi:aut tādiu tantoꝗ opere degenerauerunt:ac pene cū litteris ipſis demortuæ fuerunt:aut hoc tpe excitent̄ ac reuiuiſcāt. Tantuſꝗ tum honoꝝ opificū. tum bene litteratoꝝ ꝓuentus effloreſcat. Verū enimuero quo magis ſuperiora tēpora infœlicia fuere:quibus homo nemo inuentus eſt eruditus:eo plus his noſtris gratulādū eſt:in quibus ſi paulo amplius adnitamur. confido ꝓpediē ro. linguā uere plus q̄ urbē:& cū ea diſciplinas oēs iri reſtitutum. Quare pro mea in patriam pietate:immo adeo in oēs homines:& pro rei magnitudine cunctos facundiæ ſtudioſos uelut ex ſuperiore loco libet adhortari:euocareꝗ illis:ut aiunt:bellicum canere. Quouſꝗ tandem quirites litteratos appello:& ro. linguæ cultores:qui & uere & ſoli quirites ſunt. Cæteri enim potius inquilini. Quouſꝗ inq̄ quirites urbē ueſtrā:nō dico domiciliū imperii:ſed parentē lrarum a gallis captā eſſe patiemini:hoc eſt latinitatem a barbaria oppreſſam:quouſꝗ ꝓphanata oīa duris & pene impiis conſpicietis oculis: An dum fundamentorū reliquiæ uix appareant.

Alius ueſtrum ſcribit hyſtorias:iſtud eſt Veios habitare Alius græca tranſfert:iſtud eſt Ardeæ confidere. Alius orationes:alius poemata componit:iſtud eſt capitolium arcēꝗ defendere. Præclara quidē res:& non mediocri laude digna:ſed hoc non hoſtes expellit. nō patriā liberat. Camillus uobis:Camillus imitādus eſt qui ſigna:ut inquit Vir. in patriā referat:eāꝗ reſtituat. Cuius uirtus adeo cæteris præſtātior fuit:ut illi qui in capitolio:uel Ardeæ uel Veis erant:ſine hoc ſalui eſſe nō poſſent. Quod hoc quoꝗ tpe contingent:& cæteri ſcriptores ab eo qui de lingua latina cōpoſuerint:nō parū adiuuabunt̄. Egdē qđ ad me attinet:hunc imitabor:hoc mihi ꝓponā:exēplū cōparabo:q̄tulūcūꝗ uires meæ fuerint:exercitū quē in hoſtes q̄primū educā. Ibo in aciē:ibo primus:ut nobis animū faciā. Certemus quæſo honeſtiſſimū hoc pulcherrimūꝗ certamē nō modo ut patriā ab hoſtibus recipiamus:uerū etiā ut in ea recipienda qs maxime Camillū imitabit̄:appareat difficillimū quidē præſtare:quod ille præſtitit oīum imperatoꝝ mea ſententia maximus:riteꝗ ſecundus a Romulo cōditor urbis appellatus. Ideoꝗ plures pro ſe qſꝗ in hanc rē elaboremus:ut ſaltem multi faciamus quod unus effecit. Is tamē iure uereꝗ Camillus dici exiſtimariꝗ debebit:qui optimā in hac re operā nauauerit. De. me tantum affirmare poſſum:non ut ſperarem tautæ rei me ſatiſfacturum:ita difficillimam ſumpſiſſe laboris partem:duriſſimamꝗ prouinciam. ſed ut redderē alios quoꝗ ad cætera proſequēda alacriores. Hi enim libri nil fere quod ab aliis auctoribus his dūtaxat qui extant:traditum eſt:continebunt. Atꝗ hinc principium noſtrum auſpicemur.

## De ablatiuis in abus nominum exeuntium in a. Capitulum primum.

DEns dea deabus dicimus:diuus diua diuabus nō dicimus. Itē in quibuſdam aliis:ut filius filia filiabus nō priuignus priuigna priuignabus natus nata natabus non genitus genita genitabus. equus equa equabus:& mulus mula mulabus nō aſinus aſina aſinabꝰ:nec iuuencus iuuenca iuuencabus:nec cætera ſimilia:nō ceruus cerua ceruabus:non lupus lupa lupabꝰ. Item ut dicimus libertus liberta libertabus:ita non dicimus libertinus libertina libertinabus. non patronus patrona patronabus:non concubinus concubina concubinabus:nō pediſſequus pediſſequa pediſſequabus:non ſeruus ſerua ſeruabus:non famulus famula famulabus:non dn̄s domina dominabus:non animus anima aīabus. Tametſi quidā his poſterioribus utuntur. Cice. tamen ad uxorem & filiā ſcribens duabus animis ſuis dixit non animabus. Et Curtius de matre & uxore Darii dominis non dominabus dixit. Quod ſi qui per licentiam aliter loquūtur:non eſt mirandū:cū quidā ueteres dixerunt dextrabus pro dextris:& eabus pro eis. Sed ego de uſu loquendi diſputo:non abuſu.

## Cur in itum fiat atio. Capitulum ſecundum.

NOmina q̄ ueniunt a uerbis primæ cōiugationis:poſitionē ſupini habentibus in itū uel in ctum:ꝑter cæteroꝝ uerboꝝ legem exeunt in atio nō in itio nec in ctio. Veto tui titū:inde uetatio:non uetitio. Præſto ſtiti ſtitū:ſtatio:non ſtitio:cubo bui bitum batio:non bitio:domitum domatio:non domitio. Sonitum ſonatio:non ſonitio:crepitum crepatio:non crepitio Tonitū tonatio:non tonitio:Licet dicamus ſonitus crepitus tonitus:non ſonatus :crepatus:tonatus. Frictū fricatio:non frictio:& ita in cæteris. Sectio tamen crebrius reperit̄:q̄ ſecatio:Lauo & poto non habent ſupina neꝗ in atum neꝗ in itum:neꝗ in ctum:ſed in otū:ideo formant nomina ſua lotio & potio:unde ſunt lotor & potor nomina uerbalia:& lotiū pro urina:prima tamē breui non lōga. Aliquando reperitur lauatū & potatū:unde ſunt lauatio & potatio:lauatorꝗ & potator:Iuuo iuui iutum:neꝗ in hunc neꝗ in illum format modum ſuum deriuatiuum:Cæterū ex alio ſupino iuuatum facit iuuatio:ab illo fit iutor:ſeu potius adiutor :Ex cæteris autem pauca ſunt nomina uerbalia in or:ut domitor & non domator:& ſector qui ſignificat uēditorem:ut latius Aſco



Ayuntamiento de Madrid

nius Pedianus exponit. & ſectio ipſa hæc actio.

Ars ludrica. Ca.iii.

LVdicra inquit Priſcia. & non ludibria: ab hoc ludicri dicimus. Vergi.in.xii. Neq; enim leuia aut ludicra petuntur præmia: per quod uult ludrica tertiæ De. cũ contra notum ſit ſecundæ eſſe: ut in lege illa frequenter repetita: Qui artẽ ludicra; exercuerit in.xiiii. primis ordinibus ne ſedeat. Ars ludrica eſt ars hiſtrionica & ſcænica: & ut ſentio quicqd nomine ludicri intelligitᷣ: Nã ludicrũ quod eſt ſubſtantiuũ: non modo ludus hiſtrionicus eſt & ſcænicus: ſed quodcunq; luſoriũ opus ac ioculare: etiã ludi publici.

De Ficu. Ca.iiii.

FIcus idem inquit etiam uitium corporis quartæ eſt. Marti.in.v. epigrãmatũ: Cum dixi ficus rides quaſi barbara uerba. Et dixi ficos ceciliane iubes: Dicemus ficus quas ſcimus in arbore naſci. Dicemus ficos ceciliane tuos: Ex quo oſtendit & uitiũ & fructũ quartæ eſſe de. genere autẽ differre. Ego magis ſentio de generis differentia ſentire. Martia. Ideoq; aliter hos uerſus eſſe ſcribendos: teſte etiam elenchorum Ariſtotelis interpte: cum inquit: Quẽadmodum Cecilia. dicit: ſi ficus ſecundæ de. Nam qui dicit ficus maturas: ſoloeciſmũ quidẽ facit ſm illum: non uidetur autẽ pluribus: qui uero ficos ſm plures quidẽ uidetur: ſed non facit. Nã qs credat Martialẽ negare ficũ pro fructu dici in ſecunda de. quod non modo apud poetas: ſed apud oratores quoq; approbatiſſimos reperitur: ut Hora. Pinguibus & ficis paſtũ iecur anſeris albi. Et Pli. ad Octauiũ Ruffum Quæ nunc cũ ficis & boletis certamen nondũ habent. Et Cice. de ſenectute: Ex tantulo grano fici. Quidã grãmaticoꝝ recentiũ.i. imperitoꝝ aiunt pro fructu quartæ: pro arbore ſecundæ eſſe de. cũ pro arbore ſit ſæpius quartæ: ut idẽ de oratote: Vxorẽ ſuam ſuſpendiſſe ſe de ficu. Secundæ autẽ: ut apud Iuue. Ad quæ diſcutienda ualent ſterilis mala robora fici. Macro. & ipſe in ſecunda de. ſemp fere utitur: & plurimos ueterũ oſtẽdit uſos. Priſci. uero uult pro fructu & morbo quartæ eſſe & hoc auctoritate Mart. Meq; ego inficior ultimũ illũ Mart. uerſum poſſe ſic legi: ut recitat Priſ. ſed id magis ioco q̃ ſerio a poeta accipimus eſſe dictũ. Nec enim ſeipſum ꝙ ficos dixiſſet: ſed illius negtiã & imperitiã rephendere uoluit: nõ ignorans ficos' & latine & uſitate dici. Nec uero Priſcia. fauẽdũ fuit: ut unũ Mart. ſequeretur: Immo Ciciliamũ neſcio quẽ flagitioſum hominẽ ſic ineruditũ in eo pſertim loco ubi iocabatᷣ poeta: nec ſuã ſententiã apiebat: quod affirmare uidebatᷣ. Nã nequãq̃ dixiſſet ficus quartæ eſſe decli. & generis ma. qđ inauditũ eſt: nec differẽtiam poſuiſſet generis inter morbũ & fructũ: cũ hoc ab illo dicatur. Quidã eccleſiaſtici aiunt pro arbore ficulnea: & ut ibi Reſpicite ficulneã & cæteras arbores: qđ nuſq̃ alibi: ſi memoria non excidit: mihi reptũ eſt: Sed adiectiuũ ficulnus ficulna ficulnũ pro materiato ex illa arbore: ut a populus populnus: & a corylus colurnus: & ab abies abiegnus: ab ilice ilignus.

De diminutiuis in ulus. Ca.v.

DIminutiua exeuntia in talem uocem: qualis eſt piſciculus: ſi rite formentur: uera ſunt diminutiua: piſciculus: uermiculus: paſſerculus: fraterculus: ſecuricula: lucubratiũcula: uirguncula: ſororcula: munuſculũ: corpuſculum: mendaciunculũ: pluſculum: Sin minus rite formentur: diminutiua non ſunt. Auunculus: cuniculus: muſculus quando non eſt paruus mus pediculus: uel ut alii uolunt pedũculus: cuculus: cicercula nomẽ leguminis: nouacula culter raſorius: lenticula uaſculi genus. Seruius tñ ſup Donatũ ait acus acicula: Acus enim dicitur: qua ueſtes ſarciũtur: acicula qua mulieres utunᷣ ad ornamentũ capitis. Alia maſculina aut. fœminina nõ occurrunt. Adiectiua tria: anniculus: ridiculus: uernaculus: anniculus puer: annicula puella: anniculũ iumẽtũ: hoc eſt unius anni: ſicut bimus bima bimũ.i. duoꝝ annoꝝ. trimus trima trimũ i. triũ annoꝝ: q̃drimus quadrima quadrimũ.i. quattuor annoꝝ: & non amplius: nec de animalibꝰ modo: ſed de inanimatis: ut anniculũ uinũ: bimũ oleũ. De pueris tamen magis loqmur per diminutiuũ bimulus. trimulus: quadrimulus. qa intra hos annos adhuc parui ſunt. Similiter de his: in quæ hæc ratio locũ habet. Diſſimiliter in qbus non habet. Ridiculus homo: ridicula res: ridiculũ caput i. deridendũ. Eſt ſæpe etiã neutrũ: ſignificatq; plerũq; ſermonẽ riſus potius q̃ deriſus excitãtẽ. Vernaculus: uernacula uernaculũ: quod eſt domi noſtræ uel in noſtra patria natũ: ut lingua uernacula: qđ uulgo dicunt lingua materna. dictũ a uerna: quod eſt ſeruus domi noſtræ: id eſt ex noſtra ancilla. Præterea neutra multa ſunt: umbraculũ: habitaculũ: cœnaculũ: crepuſculũ: germiculũ pro gemine: crepitaculũ: uinculũ. amiculũ pro amictis genere quodã fere pallioꝝ. curriculũ pro curſu & pro loco: in quo certamen currendi exercetᷣ: nõnunquã etiã pro curru: ut Curtius libro. viii. Alioꝝ turbati equi non in uoragines modo lacunaſque: ſed etiam in amnẽ præcipitauere curricula. Cubiculũ: quod certe a cubili non uenit: cũ intra cubiculũ cubile ſit: & eius diminutiuũ foret cubiculum Puluis & ſignificatione & formatione legitima diminutiuũ facit: ſed genus mutat apud Hieronymũ: ut uile puluiſculũ: maſculine tamen poſuit Apuleius in quodã ſermone ſuo carmine de quo meminit in apologia de magia: miſi ut petiſti mundicias dentiũ nitelas oris ex arabicis frugibus tenuẽ: cãdificũ: nobilẽ: puluiſculũ cõpilatorẽ tumidulæ gingiuulæ: ſerritorẽ pedianæ religæ: ne qua uiſatᷣ certa labe ſordiũ reſtrictis forte ſi labellis riſeris. Cõuentus quoq; facit cõuẽticulũ. Cice. pro ſextio Tñ conuenticula hoium: quæ ciuitates noiauerunt. Baculus nõ terminat diminutiuũ in hac uoce qa ſua talis eſt: tamen neutrũ habet bacillũ. Cicero. ii. de finibus: Bacillũ aliud inflexũ aliud ita

Ayuntamiento de Madrid

natũ. Reperit tamen primitiuũ & in neutro: ut apud Oui. li. xv. Eſſe ſolet baculũq; tenẽs agreſte ſiniſtra. Nec terebra quidem huius uocis eſt: tamen gignit diminutiuũ terebellum: non terebellam. Auricula uero rite formatur: ſed ſignificatione diſſentit: nãq; cartilago illa eſt circa auriũ cõcauitatẽ: nõ autẽ parua auris. Mẽtula quoq; quæ nõ paruã mẽtẽ ſignificat: ſed uirilia. Fidiculæ pro inſtrumẽto torquẽdi: qđ an rite formet̃: nũc uideam⁹. Nã fidis: inq̃t Priſcia. facit fidicula: nã ſi eſſet fides in hac ſignificatione q̃uo Seruio placet: nõ fidicula: feciſſet: ſed fidecula. Auidius Seruium Priſcia. carpſit: utpote unã rẽ nõ in uno loco rep̄hendẽs. Cæterũ ipſe fallit̃: nõ Seruius. Nã nec fidis: quẽadmodũ ueterũ auctoritas tradit: ſed fides dicitur: & fides dicat̃: fidiculã potius q̃ fideculã analogia exigit: de auctoritate ſatiſfecerit. F. Põpeius ita ſcribens fides genus chartæ: dictæ ꝙ tantũ inter ſe chordæ eius quãtũ inter hoĩes fides concordet. Analogiæ quoq; ratio fidicula exigit a fides: ſicut ædicula ab ædes: ſedicula a ſedes: cædicula a cædes: nõ cædecula: ſedecula ſicut apes: de quo ſolo nomine facit ille mẽtionẽ: apicula facit nõ apecula. Et ſi quando apis in ntõ reperiatur: ut ille ait: ueluti eſt apud Ouid. in. xiii. Nõ apis inde tulit collectos ſedula flores: hoc perq̃ rarũ eſt: & analogia apes potius q̃ apis defendit: quia a pede compoſitum ac deriuatuꝫ putatur. Deniq; fidis in nominatiuo inauditũ eſt. Ergo fides dicendũ eſt: cuius diminutiuum fidicula uel parua cithara: uel chordula: In plurali tortorium: ut dixi: inſtrumentum: ex duobus ut reor: obliquatis lignis compactum uel ab extorquenda fide ac ueritate: uel a nerueis funibus uinculiſq;: quibus ad illum modũ homines torquendi alligabantur.

De diminutiuis in er. Ca. vi.

AD hunc locum pertinet ꝙ nunc ſubiicimus nomina tertiæ decli. exeũtia in er: ſiue maſculina: ſiue fœminina: ſiue cõmunia: huiuſmodi uocẽ diminutiuoꝝ ſortiti: ut pater paterculus: frater fraterculus: mater matercula: cuius quaſi ſimilis ſoror facit ſororcula: & cicercula a cicer tanq̃ fœminino: pauperculus: paupercula: quæ ſunt ſecundæ decli. tã adiectiua q̃ ſubſtãtiua faciũt diminutiuum in ellus maſculina: in ella fœminina: in ellum neutra: culter cultellus: liber libellus: puer puellus: magiſter magiſtellus: tener ra rum tenellus la lum. miſer ra rum: miſellus la lum ſacer cra crum ſacellus la lum: Vnde hoc ſacellum pro templo modico: Hinc factum eſt ut fœminina quoq; ſubſtantiuoꝝ eodem modo quo adiectiuoꝝ facerent diminutiua: caper capra capella puer puera puella: liber libera libella: licet multo aliud libra: q̃ liber ſignificet: hæc diminutiua in ellus & in ella exeunt. Sunt quædam in illus illa: inter ea autem priora Priſcia. ponit alla: uultq; facere diminutiuum axilla. Cicero tamen inter poſteriora: Duo enim maſculina totidemq; fœminina donat hoc genere terminationis: palus paxillus: talus taxillus: mala maxilla: ala axilla: Sunt tamen alia in hanc uocem exeuntia.

De diminutiuis in aſter. Ca. vii.

ILla quoq; diminutiua quæ faciunt in aſter imitationem potius ſignificant q̃ diminutionẽ Neq; enim ea ratione dicitur: oleaſter: pinaſter: apiaſtrum: mentaſtrum: ſiliquaſtrum: ꝙ ſit parua olea: parua pinus: parua menta: parua ſiliqua: ſed ꝙ ſilueſtria oleam: pinum apium: mentam: ſiliquam imitantia: exquo quidam utuntur filiaſter: pro priuigno non paruus filius eſt: ſed imitatur filium: & paraſitaſter: non paruus paraſitus: aliter enim non diceretur a comico paraſitaſter paruulus: ſed imitator paraſitorum: ut apud. M. T. pro Vareno: Erutius hic noſter Antoniaſter eſt: Et ad Atticum lib. xii. omnino ſolet eſſe: Fuluiaſter: id eſt antonii Fuluiiq; imitator: & hunc Aug. appellat philoſophaſtrum: non ut puto paruum philoſophum: ſed imitatorem philoſophorum: niſi dicis imitationem eſſe diminutionem quandam perfectionis. Tamẽ aliud eſt eſſe diminutiua: aliud imitatiua: nec quiſq̃ dixit oleaſtrum eſſe minutam oleam: & pinaſtrum minutam pinum: quam Plinius ait miræ eſſe altitudinis: & ut quidam nunc ſolent puſillos homines appellare. Antoniaſter: iuniaſter: Pauliaſter ſecuti Priſci. qui præter ſuperiora hæc addidit eſſe huiuſmodi diminutiua & adulationis: & maxime puerorum: ut catulaſter: antoniaſter: patriciolus: ſergiolus. Sed hæc poſteriora uere ſunt diminutiua: illa: ut oſtendi non uere: ideoq; nec adulationis: q̃q̃ omnia diminutiua: nec minus q̃ hæc in olus ſunt apta adulationi: & ut ſæpe etiam contemptui: ut homumculus: homulus: argutulus: Sed ad rem reuertamur: Pulaſtra apud Varronem quæ eſt parua adhuc adoleſcenſq; gallina: ꝙ nec ipſam diminutionem: ſignificat. Nam maiuſcula potius pulla q̃ minuſcula eſt etiam firmior gallina eſt: nec gallinaſtra dicit: ſed pulaſtra. Duo tamẽ nomina ſunt quæ diminutionis regulam ſeruant: ſurdaſter & recaluaſter: quorum alterum ſignificat diminutionem ſurditatis: non eſt plane ſurdus ſurdaſter: ſed ut ſic dicam ſurdulus: & recaluaſter qui fronte calua eſt: non toto capite: quaſi recaluatulus: quod eſt diminutiuum: in quem modum nequeũt reſolui nomina illa de quibus ſupra diſputauimus. Ex hiis autem: quæ rettuli exemplis: liquet nõ modo in aſter finiri hæc nomina & eſſe maſculina: ſed etiã in aſtra fœ. ge. ut pulaſtra filiaſtra. apud quoſdam pro priuigna: ſiliquaſtra pro piperito: quod non uideo: qui ex ſiliqua imitetur: & in aſtrũ neutri. ut apiaſtrum: ſiliquaſtrum a ſiliqua arbore ferente fructũ ſui nominis: quod græ. κερατιον uocant. Significat etiam ſiliqua folliculum ubi grana leguminum includuntur & ſiquid leguminibus eſt ſimile: fereq; hæc nomina arborum herbarumq; diuerſum genus habent in primitiuis a diminutiuis uel deriuatiuis.

BIBLIOTECA MUNICIPAL * MADRID *

Ayuntamiento de Madrid

De exeuntibus in rius uel in rium. Cap.viii.

TAbulariũ locus ubi tabulæ id eſt inſtrumẽta & litteræ reponuntur. Sacrariũ repoſitoriũ ſacroꝝ. ærariũ repoſitoriũ æris. i. nũmoꝝ: ſimiliũq; reꝝ precioſaꝝ atq; opum. Armarium ubi reponuntur libri cæteraq; huiuſmodi. Armentarium ubi reponuntur armenta & arma. Atramentarium uaſculum quod cõtinet atramentũ. Calamariũ quidã uſurpãt pro theca calamaria in qua calami reconduntur. Sed quia hoc tẽpore pleriq; pẽna ſcribũt. poteſt etiã dici pẽnariũ niſi malimus appellare thecam pennariam ut thecam calamariam. & thecã graphiariã. Penariũ ubi reponitur penus. hoc ẽ edulia & ad uictum pertinentia. Viuarium ubi continentur uel aues uel piſces. uel feræ quæ duntaxat ad uictum ſpectant. Pomarium uero locus pomorum reponendorum uel locus conſitus pomis: ut Ouidi. Id metuens ſolidis pomaria clauſerat atlas mœnibus. Quidam hoc pomeriũ uocãt. T. aũt Liuius pomeriũ ait eſſe locũ ad muros intra & extra: in quo ædificare nõ licet ꝗſi poſt mœnia: ut dicim⁹ pomeridianũ ꝓ eo qđ eſt poſt meridianũ. Vnde Luca. Longa per extremos pomeria cĩgere fines. Pomariũ igitur aut locus frequẽs arboribus pomi: ſiue fructuum pomi repoſitoriũ aut copia ipſa arboꝝ pomiferarũ. Nã hoꝝ noĩum natura eſt ſignificare uel locum ubi illa ſunt: uel ipſaꝝ reꝝ que in loco ſunt: copiã: ut alueariũ: tametſi poteſt dici locus: ubi ſunt aluei apum: tamen potius accipitur pro copia alueoꝝ eodẽ in loco locatoꝝ ac mellificantiũ. Et roſarium magis copiã fruticũ uno loco roſas gignẽtiũ ꝗ ipſum locũ ubi hi frutices ſunt ſignificat: quẽ locũ ne roſetũ quidem appellare poſſis: cũ idem ſignificet qđ roſariũ: niſi per contentum ſignificetur continens. Plãtarius non locus plantarum: ſed ipſe plantæ etiam ſi euulſæ aut non conſitæ fuerunt. Nec me fallit Seruium ſeparare plantaria a plantis: dicens: Plantæ ſunt raptæ ab arboribus: plãtaria uero quæ ex ſeminibus nata: cum radicibus & terra propria transferuntur: ad quod ſentiendũ uidetur allexiſſe eum uerſus Vir. Et uiua ſua plantaria terra. Seminariũ nõ locus ſed ſemen ipſum i. plantulæ. Pampinariũ non terra ubi naſcuntur pampini: ſed congeries pãpinoꝝ. i. uirentis uitis ramuſculoꝝ: uel ut ait Pli. Palmes qui e duro exit: materiamq; in proximũ annum promittit: pampinarium uocatur. Certe in hoc palmite multi pampini ſunt. Calciarium ueſtiariũq; pro calceis & ueſtibus: ut cibaria pro cibis: fuſtuarium pro fuſtigatione: Carnariũ non locus eſt ubi caro falſa ſuſpenditur: ſed caro ipſa: niſi contentũ pro continente. Donaria nõ locus repoſitorius donoꝝ: ſed ipſa dona: Licet Seru. dicat ubi dona oblata ſunt: ut lectiſternia dicuntur ubi hoĩes in tẽplo ſedere conſueuerunt. Ita in cæteris adhibenda in ſimiliũ nominũ ſiguificatione ac curatio eſt: & hæc de neutris. Nã maſculina fœ. cõmunia officia hominũ qualitatẽq; ſignificant. Caprarius capraria. ſaltuarius cãparius: horrearius: claſſiarius cuſtos exercitorue caprarũ ſaltus: cãpi: horrei: claſſis. Sagarius lintheariu s ueſtiarius uẽditor ſagoꝝ lintheoꝝ ueſtiũ. ꝓprietarius: fructuarius: uſuarius: cuius eſt ꝓprietas ꝑdii: cui⁹ fruct⁹: cui⁹ uſus: quæ oĩa ſignificãt actionẽ paſſionẽq; numero qdẽ incõphẽſibilia. pauca ãt quæ paſſiue accipiunt legatarius: cõmodatarius: depoſitarius: bñficiarius: fideicõmiſſarius q legatũ cõmodatũ depoſitũ: beneficiũ: fideicõmiſſum accæpit: & ſiq ſunt alia ex huiuſmodi noĩbus fiũt etiã noĩa quædã reꝝ: calcaria: ſulphuraria ubi calx coquit & ſulphur fit atq; hæc a noĩbus fere ꝓficiſcunt. Illa uero magis a uerbis uel a uerbalib⁹ in or & ſunt adiectiua in ori⁹ oria oriũ actionẽ ſignificãtia. Accuſatorius: petitori⁹ defenſorius fideiuſſorius inſtitutorius: exercitorius tributori⁹. Nã tributarius a tributũ: tributorius a tributor: ſicut depoſitarius a depoſitum: & depoſitorius a depoſitor. Sinificat itaq; tributarius q ſoluendo tributo obnoxius eſt: ut ſtipendiarius q ſoluendo ſtipendio. & depoſitarius q reddendo depoſito: ut munerarius qui dat munus populo gladiatoribus in harena exhibendis. Ideoq; uas æſcariũ dicimus & uas potoriũ: qa hoc a nomine uerbali uenit. ꝑtor: ſenator: olitor: lictor nõ opinor deſcẽdere a uerbis: ſed qa uocẽ uerbalẽ obtinẽt ſicut cẽſor & quæſtor: ſic formauerũt ſua denominatiua. ꝑtorius: ſenatorius lictori⁹: ut cẽſori⁹ & qſtorius. olitor autẽ eſt qui hortũ oleꝝ exercet: quẽ nõnulli hortulanũ uocant: Eſt & holus unaquæq; herba qua ueſcimnr. nã ſunt & horti nõ olerũ: ſed arboribus conſiti & uoluptatis gr̃a cõparati: ut horti Saluſtiani Põpeiani: luculani: Claudiani. Lictor miniſter conſulis ꝓcõſulis: ꝑſidis ꝑtoris qui faſcẽ uirgarũ alligatũ cũ ſecuri portat. Sũtq; lictores conſulis. xii. alioꝝ. vi. His addere poſſumus aleator⁹ ꝙ uidet deſcendere a uerbo: ꝙ nuſꝗ reperit. Nõ enim aleare dicimus: ſed alea ludere. Neutra autẽ in oriũ locũ plerũq; ſignificãt: ubi aliqd fit: ut deãbulatoriũ locus ubi deambulamus. Dormitoriũ ubi dormit: Repoſitoriũ ubi reponit qd. Tẽtoriũ ubi tẽdimus uela: aut ſiqd inſtar ueloꝝ habet: uel ipſa potius uela ſiue uelamẽta cõtra iniurĩã cæli. Auditoriũ locus ubi audimus ꝑceptorẽ. aut orantẽ non in uera cauſa: ut opus nouũ recitantẽ: aut ſi quid ſimile eſt: uel ipſa turba atq; cœtus auditoꝝ. Tectoriũ illinimentũ eſt & quaſi pauimẽtũ paretis atq; incruſtatio. Amatoriũ genus ueneni amorẽ uel inſaniã ingerentis. Portoriũ: uectigal portus: uel fluminũ uel lacuũ: uel ſtagnoꝝ. Nã & portitor ille dicit qui traducit hoĩes ac uehit nauigio: uel ad nauim de littore uel de naui ad littus: uel ad ulteriorẽ fluminis: lac⁹ ſtagniue: ſeu ripã: ſeu littus. licet frequẽtius dicatur littus: Poteſt etiam accipi pro eo: qui portorium conduxit. i. qui fructus pecuniarios ex portu conduxit: & a uenientibus illos exigit. Quæ ratio ĩ cæteris huiuſmodi diſcernẽda eſt: hoc

Ayuntamiento de Madrid

eſt loco addam:Quod cum dicamus dumetum:ſpicetum:ulpretum:ſimiliaqꝫ: tamen dicimus ſenticetum:non ſentetum.

De euentu:iuſſu:permiſſu:iugero. Ca.ix.

EVētus in ſingulari generis maſ.& declinationis quartæ eſt:eius plurali.M.T.ſæpiſſime in neutro genere & declinatione ſecunda utitur:ut de oratore:Ex alioꝝ factis & dictis aut euentis.Idē de diuinatione:Si euenta q̄rimus:q̄ exquirunt̄ exitus,& ad Luceiū.Fabulā rerū euentorūqꝫ meoꝝ:& ad Atticū.Sēp.n.cauſæ euentoꝝ magis mouent q̄ ipſa euenta.Quidā plane imperiti euentū aiūt ſignificare participiū:ut apud Oui.Exitus acta probat.careat ſucceſſibus opto.Quiſqs ab euentu facta notāda putat.Illud.n.exitus acta ꝓbat:uox eſt accuſantiū Phillidē argumento qđ dicit̄ a caſu.Eos.n.Phyllis ipſa execratur dicens:Careat ſucceſſibus opto q̄ſquis a caſu & nō a cauſis aliud laudat aut uituperat.Similia ſunt huic iuſſu & ꝑmiſſu tuo:quoꝝ pluralia ſunt ſecūdæ potius decli.in ſingulari fere nunq̄.Neqꝫ.n.dicere ſolemus iuſſu tuo ſed iuſſo uel ꝑmiſſo tuo:ſed ꝑmiſſu.Hor.tamen utar ꝑmiſſo.i.re ꝑmiſſa.nō autē ꝑmiſſione.Nec dixiſſet ꝑmiſſo tuo:uec iuſſibus ꝑmiſſibuſqꝫ tuis dicimus:ſed iuſſis ꝑmiſſiſqꝫ tuis nec iuſſus ꝑmiſſuſqꝫ tuos:ſed iuſſa & permiſſa tua.Vir.accipe iuſſis Carmina cœpta tuis:& iterū:Ille patris iuſſa exeqtur:& alibi:Haud mollia iuſſa.E diuerſo iugerū in ſingulari ſecundæ:in plu.tertiæ eſt decli.nō autē ut ait Priſc.iuger iugeris:cū oēs dicāt in ſingulari iugerū.& in plu.iugeribus ſignificat autē menſurā.ccxl.pedū in longitudinē dimidii in latitudinē:uel ut aliq uolūt:quātū par bouū uno die arat:quæ duæ ſignificationes in idē recidūt.Tātū fere ſolet uno die par bouū arare:q̄tū dixi.

De adiectiuis in tilis. Ca.x.

NOmina q̄ exeunt in tilis uel in ſilis:uel xilis:ſimillimā ſuis participiis unde naſcunt̄:ſignificationē habēt.Vas fictile:ꝙ fictū eſt a figulo:nō ꝙ figi pōt.Coctiles lateres:qui coqui poſſunt:& nō crudi:Raſiles calathi:q̄ſi raſi nil extātis ac redūdantis plenitudinis.Vir.tamen:Et torno raſile buſum:q̄ſi raſibile.Penſilis uua:pēſilis lectus:pēſiles lychni balneæ:pēſiles horti:ꝙ ſuſpēſi ſunt & in aere pēdentes:Flexibiles rami:flexibiles uites:ꝙ flexæ ſunt:& lapſu erratico torquent̄.Tortilis anſa ꝙ retorta & replicata eſt:Tornatile poculū:qđ tornatū eſt & torno factū.Textilis ueſtis:ꝙ detexta eſt.Sutilis balteus:ſutilis cymba:ꝙ cōſuta eſt.Sculptile ſimulacrū:ꝙ ſculptū eſt.Altilis auis:altilis q̄drupes:altilis piſcis:qui ſagina altus ſiue alitus eſt atqꝫ ſaginatus.Structilis baſis:ſtructiles colūnæ:q̄ nō ſunt ex uno lapide:ſed ex multis:Aptile latus qđ apertū eſt:ut Oui.de triſti.Aſpicis a dextra latus hoc adaptile tauri:Tinctile uirus:qđ tinctū eſt:aut intinctū eſt ſpiculo ſagittæ:ut apud eūdē & in eodē opere:Et tinctile uirus.Tōſile buxetū:& tōſiles oleas legimus:ꝙ tōſæ ſunt:ac in orbē & comā putatæ.Et hæc noīa in participiū paſſiuū reſoluunt̄:quæ paſſiuū habēt:q̄ uero paſſiuo carēt in ꝑ̄ſentis participiū:q̄lia ſunt neutra ut aīa uolatilis q̄ſi uolans.& quidā uolatilia uolucres uocant:qa uolāt:ut altilia:aīalia q̄ aluntur.Seſſiles lactucæ quaſi ſedentes:qđ licet a participio nō ueniat:tñ eiuſdē naturæ eſt:cū in ſignificatione cōſentiat:& a ſupino naſcatur.Verſatilis quoqꝫ ſcæna uidet̄ ſignificare:ꝙ uerſat̄ huc & illuc.nō ꝙ uerſata eſt:& axiſ uerſatilis.& gladius angeli uerſatilis:ꝙ uerſat̄.Quidā aiūt uerſilis ſcæna & ductilis:uerſilis q̄dē ꝙ cū tot achinis q̄buſdā cōuertebat̄:aliā piſturæ faciē oſtēderet.Ductilis uero cū tractis tabulis atqꝫ illac ſpecies picturæ nudabatur interior.Plicatilis criſta upupæ q̄ plicat̄:nō q̄ plicata eſt:& nauis plicatilis q̄ plicatur:cū facta eſt ex coriis.fiſſilis arbor:fiſſile lignū:fiſſile robur:tū q̄ſi fixū.Cuneus.n.dicitur fuſile lignū:tū quia fundit̄:quaſi fuſibile:ut Pli.li.xvi.Hæc maxime fuſilia alia frangi celeriora q̄ findi.Idē paulopoſt:Nulliſqꝫ fiſſile rimis hoc lignū.i.fixū.Solutilis ēt nauis dr̄:q̄lis nauis:ī q̄ Aggripina a Nerone filio ꝑ īſidias poſita:naufragiū fecit:q̄ſi ſolubilis:q̄ facile ſolui poſſet.Ego uero mali ſolutilē dicere ſolutā:& nō fideliter cōſutā.Et ſectile porrū legimꝰ:nō tā ſectile.Quid.n.nō eſt ſectibile:q̄ ſectū & ſua ſpōte cōciſū:Nā cōciſū & ſectū introrſum uidet̄.Futilis:uanus & inutilis:uel a futio:unde effuſio:uel a fuo futū:uel ꝑ appocopā ab alio ſupino:qđ ab aliis diuinari malo:q̄ a me ꝓferri:Vmbratilis uidet̄ cōuenire cū cæteris:q̄ſi umbratus:ut uita ūbratilis:& res ūbratiles.i.uita ūbra & opaco marceſcēs:& res per īuolucra & inanitatē:q̄lis umbra eſt:dictæ umbratiles appellant̄.Aq̄tilis a nomine uel a uerbo aīal in aqua degēs.Saxatilis:īcola ſaxoꝝ.Piſcis fluuiatilis:īcola fluuii:nō maris aliarūue aq̄rū piſcis.Pluuiatilis aqua uel a pluo:uel magis a pluuia.

De adiectiuis in būdus.Ca.xi.

PRiſcianus libro quarto inquit in bundus deſinentia ſimilitudinē habere ſignificant:ut uitabundus ſimilis uitanti:prædabundus ſimilis prædanti:moribundus ſimilis morienti:errabundus ſimilis erranti:furibūdus ſimilis furēti:& paulopoſt excipit̄ alternitatis cauſa rubicūdus:qđ in penultima ſyllaba pro.b.c.habuit:ne ſit abſonum:ſi rubicundus dicamus:Sed uideamus an Priſci.recte ſentiat:neqꝫ a me primū quæſtio hæc mouetur:ſed olim ab.A.Gellio atqꝫ ante hunc a Teren.Scauro Adriani tēporibus:ut idē.A.G.ait grāmatico uel nobiliſſimo cōtra Caſſeliū in cōmentatorio lectionū antiquarū:ita ſcribentem. Ludibūdus:errabundus:ridibundus idem eſt quod ludens:errans:ridens:Quod Scaurus reprehendit dicens ludibūdum eſſe qui ludentē errabundum ridibundumqꝫ qui errantem ridentēqꝫ agit ac ſimulat:Hoc.A.G.cōfutat:atqꝫ ita cū Caſſelio ſentit:ut non ſimulationem per hæc nomina:ſed econtrario uehementiā intelligi uelit his quidem uerbis.Sed qua ratione Scaurus adductus ſit:ut Caſſeliū in eo reprehen

Ayuntamiento de Madrid

deret:nõ hercle reperiebamus:Non eſt enim quin hoc genere ipſo dũtaxat idẽ ſignificẽt:ꝙ ea de/
monſtrarent a quibus producuntur.Quid eſſet ludentem uel imitari:& paulopoſt cum reprehẽ/
ſionem autem illam Scauri notaremus:in memoriam nobis rediit:ꝙ Siſenna in.iiii.hiſto.eiuſdẽ
figuræ uerbo ita uſus eſt.Populabundus inquit agros ad oppidum peruenit:quod ſcilicet ſigni/
ficat cum agros popularetur:non ut Scaurus in conſimilibus uerbis ait:cũ populãtem ageret:uel
cum imitaretur.Poterat.A.G.accõmodatum magis etiam producere exemplũ:quale apud Salu
ſtiũ in Iugurthino:Ipſe quaſi uitabundus:per ſaltuoſa loca & tramites exercitũ ducere.Si huiuſ/
modi noĩa in bundus ſignificarent ſimilitudinẽ:quid ita adderet quaſi quod ſimilitudinem ima/
ginẽq; ſignificat:Pergit idem.G.dicens:Sed inquirentibus nobis quænã ratio & origo eſſet:hu
iuſcemodi figuræ populabundus & errabundus:multorũq; alioꝝ id genus uerboꝝ enepibolos
hercle Apollinaris noſter ſibi uideri particulam iſtã poſtremã in quã talia uerba exeunt:uim & co
piã & quaſi abundantiã rei:cuius id uerbũ eſſet demonſtrare:& letabundus is dicatur:qui abũde
lætus ſit:& errabundus:qui longo atq; abundãti errore ſit.Cæteraq; oĩa ex ea figura ita dici oſtẽ
di:ut productio hæc & extremitas largã & fluentẽ uim & copiã declararet.Hæc enim;A.G.a quo
miror cur deſciuerit Priſci.& in Scauro potius ꝗ in his duobus tribuſue aſtipuletur:an quia grã
maticus Scaurus & Priſcia.ſimilitudine profeſſionis coniunctus.Caſſelius uero iuriſcõ.&.A.G.
orator:Apollinariſq; philoſophus.Puto Seruiuꝫ ſecutũ potius:ꝗꝗ ab eo libenter diſſentire ſolet.
Ait enim ille tũ alibi:tũ.x.æneidos:moribunda morienti ſimilis:Quod ita eſſe Saluſt.oſtẽdit:qui
ait:Quaſi uitabundus per tramites & ſaltuoſa loca exercitũ ductare.Nullũ exemplũ Seruius ma/
gis contra ſe proferre potuit:ut modo oſtendi.Audi quã ſubfigit rationẽ:nam iugurtha nõ ui
tabat legatũ:ſed eũ uitare ſimulabat:ita loquit̃ quaſi expoſuerit uitabũdũ,dici a ſimulatione:& nõ
a ſimilitudine:Nõ ſimulabat uitationẽ legati:ſed timorẽ.Præterea ſi qua foret ſimilitudo:ea ſimi/
litudo atq; ſimulatio intelligitur per illud quæ ſi nõ:per illud uitabundus:Addit adhuc rationeꝫ:
Nã quia nomen eſt:ideo ſignificat ſimilitudinẽ:nõ paſſionẽ:& alia deinceps:ubi nullũ robur ra/
tionis eſt.Sed ꝑter rationes illoꝝ ipſe quoq; Priſcia.iprudẽs cõfeſſus eſt qđ negabat.Quæro eniꝫ
nũqd homo rubicundus:quod ille fecit cæteris in bundus ſimilis rubẽti eſt:an uere rubẽs:ꝑfecto
uere rubẽs.Ergo idẽ erit rubicundus & rubens:quæ ſentẽtia Caſſellii eſt:quæ & breuior eſt :nec
minus fortaſſe uera:ꝗ illa ſiue Gelii ſiue Apollinaris:cũ frequentiſſime ſic accipiant̃:populabun/
dus populãs:errabundus errãs:ſed nõnunꝗ.ut Gelius ait:uehementiã ſignificãt quã breuiter &
ipſe cõplectar:idẽ ſignificant quod participia frequẽtatiuoꝝ:Luſitãs:riſitans:erratitãs:lectitans:
populatitans:ſi reperiremus:Quod cũ non ſit ad hæc:ut,reor:in bundus terminata decurrimus.

De exeuntibus in cus quomodo comparatiuos ſuperlatiuoſq; faciant. Ca.xii.

MAgnificus honorific⁹:munificus:nõ ex ſe gignunt cõparatiuos ſuplatiuoſq;:ſed ex aliis
quæ in uſu nõ ſunt:ac ne poſſunt quidẽ eſſe magnificens:honorificens: munificẽs. Nõ
enim dicim⁹ magnificior':honorificior:munificior:ſed magnificẽtior:honorificẽtior:
munificẽtior.& in ſuplatiuo magnificẽtiſſimus:honorificẽtiſſimus:munificentiſſimus.
Mirificus tamen mirificiſſimus facit:ut ter.Mirificiſſimus eſt patruus tuus.Et.M.Cato teſte Priſc.
contra thermũ de Ptolemæo rege optimo atq; beneficiſſimo.Et accius in.viii.didaſcalion:Et ma/
gnificiſſimo excellẽtiſſimoq; honore.Omnia ergo a facio ſic cõpoſita ac terminata hãc regulam ſe/
quunt̃:mirificus:beneficus:maleficus:ueneficus:uulnificus:tabificus:luctificus:pacificus:morbi
ficus:ſacrificus:& ſiqua ſunt alia:quæ oĩa aſcititiũ cõparatiuũ ſuplatiuũq; habẽt aliquãdo etiã.Sunt
ne alia noĩa eiuſdẽ naturæ:Certe ſunt ea quæ formant̃ a dico & a loquor:& ſiqua reperirentur a ſe/
quor:maledicus maledicẽtior maledicẽtiſſimus.Benedicus autẽ nõ inueni:ꝗa nec benedico inue/
nit̃:licet eo Priſcia.utat̃:& hoc tpe utamur more græcoꝝ quoꝝ auctoritate dedimus uerbo accuſa/
tiuũ præter naturã ſuã:cũ poſtulet datiuũ:ſicut maledico:qđ & ipm nũc ad imitationẽ græcoꝝ ha/
bet etiã aliquãdo accuſatiuũ.De benedico.unius uocis loquor:nõ duarũ.Nã tũc & aliud ſignificat:
& aliter regit.Præterea fatidicus:ueridicus:Iuridicus uero rarũ uerbũ eſt:cauſidicus magis ſubſtan
tiuũ:A loquor ſunt plura:a ſequor fortaſſe nulla niſi pediſſequus:quod ſubſtãtiuum eſt:Magnilo/
quus:grandiloquus:altiloquus:uaniloquus:doctiloquus:uerſutiloquus:fatiloquus faciunt com
paratiua magniloquẽtior:grãdiloquẽtior:& itẽ cætera ſuplatiua magniloquẽtiſſimus:grãdiloquẽ
tiſſimus:altiloquẽtiſſimus:& reliqua.Sed eoꝝ poſitiua poſſunt eſſe tũ participia magniloquẽs grã
diloquẽs:tũ noĩa,magniloquus:grãdiloqu⁹ ꝑter unũ ſuauiloquus:qđ neſcio an dici poſſit ſuauilo
quus.Maledicẽs plane ꝑticipiũ ẽ:ſed & maledicus dicimus qđ in fatidicus & ueridicus nõ fit:neq;
in illis ſuperiorib⁹ magnificẽs:honorificẽs:munificẽs quæ participia eſſe nõ poſſunt:cũ hæc fuerit
futura uera uox.magnifaciẽs:honorifaciẽs:munifaciẽs. De exeũtib⁹ ĩ ceus:ĩ eus:& ĩ tius.c.xiii.

FInita in ceus pauca ſunt:materiãq; ſignificãt:ut herbaceus:betaceus:maluaceus:ex ma
teria herbæ maluæ betæ:harũdinaceus:ferulaceus:roſaceus:triticeus:hordeaceus:teſta
ceus:tofaceus:harenace⁹:cretaceus:argliatius.ex materia harũdinis:ferulæ:tritici:hor/
dei:roſæ:teſtæ:tofi:harenæ:cretæ:argillæ.Hoc tamẽ differunt a materialibus:ꝙ illa ma

Ayuntamiento de Madrid

giſ totũ ſignificãt.hæc partẽ.Ager enim cretaceus non idẽ eſt ꝙ cretus:nec harundinaceus ſurculus:quod harũdinea fiſtula.Vnũ eſt natũ & poſitũ in creta aut harundine alterũ ex corpore ac materia cretæ & harundinis facta.& panis triticeus hordeaccuſue:nõ ex ſolo tritico hordeoq́ cõpoſitus eſt:ſed ex aqua quoq́.licet triticeus utriuſq́ harũ de qbus loquor formatũ uideri poſſit:& magis illius cuius ſunt creteus harundineus & ſimilia.nã triticaceus facere debet:niſi dicimus enphoniæ cã ſyllabã eſſe ſublatã:Quod mihi ita uideť:qa diſtincta eſt ſpecies eoꝝ quæ exeunt in ceus:& eoꝝ que exeũt in us.Huius generis eſt uinaceus cũ eſt adiectiuũ:ut uinaceo grano legimus quendã ſuffocatũ pro acino uuæ & uinacea ſubſtãtiuũ plurale pro granis uuæ iã pſſæ.Dicimus tñ mons terrenus potius q̃ terreus ac terraceus.Sũt itẽ noĩa finita in tius deſcendẽtia ab habẽtibus t in ultima ſyllaba:& ſi a nominibus qdẽ ſignificãtia materiã.Si a ſupinis uero paſſionẽ quandã:ut cratiti⁹:ſtramẽtiti⁹:lateritius:cemẽtitius:pauimẽtiti⁹.Itẽ fictitius:cõmentitius:pigneratiti⁹:fœneratitius:cõductiti⁹:aſcriptitius:dedititi⁹.Rẽ fictitia ac cõmetitia:quæ ficta & ad tp̃s cõmẽta & excogitata. Res pigneratitia aut fœneratitia:quæ data eſt pignori:aut ad fœnus ꝑtinet.Domus ꝯductitia:quæ cõducta eſt.Homo aſcriptitius:dedititiuſq́:qui ad aliquã rẽ aſcript⁹ eſt:& qui ex numero eoꝝ eſt:qui ſe in alterius imperiũ dediderunt.

## De ui cõparatiui.De minus.De magis. Ca.xiiii.

COmparatiuũ pro minori ul accipi q̃ ipſum poſitiuũ habeat:ait Priſcia.ut Virgi.Triſtior & lachrymis oculos ſuffuſa nitentes.Triſtior eniꝫ hic ex parte triſtis accipiť.Sæpe per ſe poſitũ pro ipſo poſitiuo:ut Comites ſenioris aceſtæ:pro ſenis.In quoꝝ utroq́ eſt cauſa cur aliqd nos addamus.Nã illud triſtior plane pro triſtis:uõ pro ex ꝑte triſtis accipiť:ut ait Quinti.Vtimur uulgo cõparatiuis pro abſolutis:ut ſiqs ſe infirmiorẽ appellãs:non dixit pro minus q̃ infirmus.Et hoc ſenior potius pro ualde ſenex:q̃ tantum ſenex:ut idẽ Quint.de Iſocrate. Eoq́ iã ſeniore.Octauũ.n.& nonageſimũ cõpleuit annũ p̃cipere Ariſtoteles pomeridianis ſcholis cœperit.Et Ouidius de triſtibus:Soſpite ſic te natus ſit quoq́ ſoſpes.Et oliꝫ imperiũ regat hoc cum ſeniore ſenex.Ideo cũ Seruio non ſentio dicente ſm Varronẽ.Senior & minor cõparatiua ſunt per imminutionẽ.Eſt enim ſenior nõ ſatis ſenex:iunior nõ ſatis iuuenis ĩtra iuuenem:ſicut pauperior intra pauperẽ.Dixit autẽ hoc Varro in libris ad Ciceronẽ:quã rẽ a Varrone tractatã cõfirmat etiã Plinius.Hoc Seruius:ſi uere hoc Varro & Plinius ait.Quis nõ cernit ſibi ipſi repugnare rationem hãc:Eſt enim natura cõparatiui ſuperare in ea q̃litate:quã obtinet poſitiuus.Quæ ſuperatio quotiens incolumis eſt:nõ poſſis tũc dicere factã eſſe diminutionẽ.Ponamus exẽplũ huic rei ſimillimũ. Autiqor te ego ſum:id eſt maior te natu ſum.Itẽ adoleſcentior ego te ſum.i.minor te natu ſum.Ita iunior te ſum:id eſt minoris ætatis q̃ tu.uidelicet ſupero te paruitate ætatis.Quẽ in modũ accipiť illo in loco Seruii.Ergo nõ per imminutionẽ:ſed ꝓprie.Quare ut in iunior fallíť:ita in ſenior falli dicendus eſt.Quæ tñ oĩa:ut ſentio pro poſitiuo accipi ſolent:quẽadmodũ ocius pro ociter:minus pro nõ ſemp fere accipiť.Frequentiſſime tñ iunctũ aut cũ quo ꝓut ſim minns.i.ſi non quo minus.i.nõ:ſicut quo ſecius etiã pro ut nõ:qa de hoc cõparatiuo minus feci mentionẽ:aliqd etiã de ipſo dicã. Placet autẽ mihi nõ modo a paruũ uenire ſed etiã a parũ:ut parũ pecuniæ habeo:non autẽ paruũ pecuniæ:ergo minus pecuniæ ad parũ pecuniæ potius q̃ ad paruũ pecuniæ uideť referri. Addam aliqd ecõtrario de magis. Ait idẽ Priſcianus:oĩa cõparatiua mittere aduerbia ſimilia neutro generi.Atq́ magis nõ in us exit more alioꝝ:ſed in is ꝙ cõparatiuũ eſſe & uis ipſa huins uocis indicat:& multo poſt neſcio quo modo fareť hic auctor.Præterea ꝙ maius nullũ aliud aduerbiũ eſt:& aliquod eſſe debet.Dicimus enim iuſtius queror:melius ſcribo:peius cãto:plus gaudeo:miuus doleo:maius gaudeo nõ dicimus:ſed magis ꝙ a magnũ poſitiuo cõparatiuũ eſſe uel hinc palam eſt:ꝙ oẽs ſic loqmur:Magis poterat Põpeius q̃ Gæſar:ſed poſtea maxime potuit omniũ Cæſar.Ex quo apparet eiuſdẽ poſitiui quod eſt magnũ:cõparatiuũ eſſe magis:cuius ſuplatiuũ eſt maxime mutata u.in g.& antepoſita:Quod cũ ita ſit:cur per magis & poſitiuũ reſolui cõparatiuũ.Priſcia.uoluit:tacens de cæteris:quæ eundẽ uſum præſtãt.Fortior plus fortis:uehementius fortis:ualidius fortis:& quæ ſunt eiuſmodi opinor ꝙ nõ putabat hoc eſſe cõparatiuũ:ut ꝙ a uoce cõparatiuũ receſſerat:aut ſi putabat abſurdũ uideať cõparatiuũ ꝑ cõpatiuũ reſolui cũ poſitiuo:cũ p̃ſertiꝫ ip̃m magis more alioꝝ cõparatiuoꝝ reſoluendũ ſit.Quod fieri neqt:ne alia qdẽ poterũt.Quale eſt:ſi dicã.Quod eſt iſtoꝝ maius hædificiũ:aut quod ualidius:abſurdũ:ut dixi:qbuſdã uideri poſſit:ſi reſoluatur magis magnũ:& ualidius ualidũ.Adde ꝙ ſicut reſoluit cõparatiuũ per magis:debuit reſoluere ſuꝑlatiuũ per maxime:ut fortiſſim⁹ grecoꝝ Achilles:maxime fortis grecoꝝ.nõ autẽ ſuꝑ oẽs græcos fortis. Nã hoc modo ſupra ſe fortis erit qd̃ fieri neqt.Itẽ ſine appoſito fortiſſimus Hercules nõ dr̃ cõmode ualde fortis:ſed ualidiſſime:id eſt maxime fortis.Nã qd abſurdius q̃ cũ exponamus cõparatiuũ per cõparatiuũ:exponere ſuꝑlatiuũ ꝑ poſitiuũ.

## Cõparatiuũ ad unũ.Suꝑlatiuũ ad plura. Ca.xv.

INter cõparatiuũ & ſuperlatiuũ ea in primis quæ apud græcos differentia eſt:ꝙ cõparatiuũ refertur ad unũ:ſuperlatiuũ ad plura.quod reprehendit Priſcia.inquiens.Fit autem cõparatio uel ad unũ uel ad plures tã ſui generis q̃ alieni.q̃uis græci honoris cauſa ſuæ gẽtis magis q̃ ratione ueritatis dicunt nõ poſſe ad multos ſui generis fieri cõparationẽ.Alii

autem dicunt hanc eſſe ratione̅ ꝓpter quam non utunt̃ tali cōparatione.ꝙ cū ad plures ſui generis
ſit cōparatio:ſuplatiuo poſſumus uti:ut fortiſſimus græcoꝝ Achilles.Sed ſuplatiuus multo alios
excellere ſignificat.Cōparatiuus uero poteſt & paruo ſuperante̅ demonſtrare.Vnde etiā diminu
tione̅ iuræ accæpit apud nos maiuſculus:minuſculus.Hæc Priſcia.a quo tā pro græcis q̃ pro latinis
diſſentio.Nā quæro a Priſciano quonā modo græci diſtinguerent ſenſum cōparatiui a ſenſu ſuper/
latiui:cū ipſi cōparatiuo quoqꝫ gtūm tribuāt:niſi hac ratione:ut hoc ad unū.illud referat̃ ad plura.
Loquor quotiens cōparatio fit ad eos qui ſunt eiuſde̅ generis.Nā ad eos qui ſunt alieni neceſſario
quoqꝫ utūtur gtō per cōparatiuū:cū ablatiuo carent.Cū dico cōparatione̅ more Priſciani tā ſuper/
latiuiq̃ cōparatiui intelligi uolo.Atqui apud latinos iſta ambiguitas nō eſt:qui cōparatiuo ablatiuū
tribuimus:de hoc paulopoſt reſpondebo.Tñ tanti mome̅ti eſt illa græcoꝝ ratio:ut eā latini ad for
mā græcæ conſtructionis imitati ſint:hoc eſt ut cū gtō iungerent cōparatiuū utiqꝫ inter duo.Nā ſu
perlatiuū non dubiū eſt habere locū inter plura:ut aiacū fortior fuit Thelamonius: & manuū me/
lior eſt dextra.Si uero tres aiaces fuiſſent:diceremus non fortior:ſed fortiſſimus:ſicut digitoꝝ lon
giſſimus eſt.nō longior medius.Hora.O maior iuuenū:inqt Ad duos enī Piſones filios:patre̅qꝫ
ſcribebat:Ouidius in pſona Medeæ:quæ duos filios habuit.Cū minor e pueris iuſſu ſtudioqꝫ uide̅
di:Conſtitit ad geminæ limina prima foris.Et Cæſar ſiue alius pro Cæſare in cōmentario:& in te/
ſtamento Ptolemæi patris.Hæredes erant ſcripti ex duobus filiis:maior:& ea quæ ætate antecede
bat.Ideo maior Aiax & minor ille Thelamonius:hic oilei filius.Maior & minor Atrides:ille Aga/
me̅non:hic Menelaus.Maior Cato & minor.Maior & minor Scipio:de duobus africanis.Maior
Cyrus & minor:ſiue ſuperior & poſterior:Nā tp̃s ſignificamus:non dignitate̅ maiore̅ minore̅ue.
De malis tñ non maior & minor dicimus:ut Dionyſius ſuperior & Dionyſius inferior.Qui nume
rus cū ſuperat non per cōparatiuū:ſed per poſitiuū aut per ſuperlatiuū loqmur:ut magnus Alexā/
der:magnus Pōpeius:Fabius maximus:Valerius maximus.Et hæc eſt græcoꝝ ratio in qua nobis
cū illis conuenit:ꝙ ad unū ſui generis utendū eſt comparatiuo:ad plures ſuperlatiuo.Ideoqꝫ curio/
ſiſſimus in loquendo:& reconditiſſimæ ſcie̅tiæ Macro.in Satur.mihi non probatur:ubi dixit.Age
Serui non ſolū adoleſcentiū qui tibi æquæui ſunt:ſed quoqꝫ oīum doctiſſimus.Non.n.eiuſde̅ gene
ris adoleſcens cū ſenibus:non aliter q̃ ſi dicā.Ego ſum doctiſſimus Romanoꝝ & Carthagine̅ſium.
Si Romanus ſum:tollendū eſt carthagine̅ſiū.ſi carthaginenſis:tollendū eſt romanoꝝ.Si neutrum
utrūqꝫ male iungit̃.Et Priſcia.in primo:oīuꝫ eſt breuiſſimū eoꝝ quæ diuidi poſſunt:id quod diuidi
nō pōt non aliter q̃ ſi dicas:hæc eſt pulcherrima ſuarū ſoroꝝ:cū ſit dicendū:hæc eſt pulcherrima ſo/
roꝝ.Nā ſoroꝝ ipſa una eſt:ſuarū nō eſt.qd aute̅ ad plures generis diuerſi?Ne̅pe nos qui ſextū caſuꝫ
habemus:ſimillimū gtō adhibemus:ut Achilles troianis fortior fuit:& ego ſum doctior carthagi
nenſibus:qui nō ſum doctiſſimus Romanoꝝ:& tu doctior es ſenibus:iuuenū longe doctiſſimus.
Græci eode̅ gtō utunt̃:ut ſit hæc differe̅tia:ſuplatiuū ad plura ſui generis:comparatiuū ad plura di/
uerſi generis cōparari.Quod Priſcia.rep̃he̅dit nolens illā differentiā inter hos gradus eſſe:ſed hāc:
ꝙ ſuplatiuū multū:cōparatiuū parū excellere ſignificat.Quæ ratio p̃ter quā non ſatis defendi opi/
nione̅ græcoꝝ:atqꝫ adeo uſum latinoꝝ:etiā falſa eſt.Neqꝫ enim:ut ipſe uult:qa cōparatiuū diminu/
tione̅ accipit:ideo parū ſignificat:& nō potius multū:qa diminui pōt:& præſertim cū dicat cōpara
tiuū aliquādo trāſcendere ſuplatiuū:ut Achilles fortiſſimo troianoꝝ Hectore fortior fuit.Sed ego
in hoc nō laboro:ꝙ cōparatiuū modo traſce̅dat:modo minuat̃:quæ res nō mutat naturā cōparati/
ui. Aiaduertendū eſt quo ſolo ipſi gradus cōparationis pōderātur:ꝙ cōparatio unū gradū obti/
net ſiue primū.Suplatio uero ultimū.Atqꝫ ego ſentio nō ad ſingulas res:ſed ad gradus quoſdā illa
refere̅da ſunt.Nā ubi multa fuerint eiuſde̅ generis:nō tñ cadit ſuplatio uno eminente:cæteris pari
bus:ut ſi inter plura uaſcula:aut plura nauigia ad unā magnitudine̅ facta.aliqd ſit longe capacius &
grādius:nō recte dicas hoc eſt oīum maximū:neceſſe eſt:ubi ſuplatio eſt:ibi ſit & cōparatio:ut ali/
qd ſit maius aliquo & ite̅ alterū maius hoc quod erit iā maximū oīum.Et in troianis ſunt aliqui for
tes:atqꝫ alii adhuc qui uocātur fortiſſimi.Itaqꝫ nunq̃ citra tertiū numerū ſit ſuperlatio.At Priſciano
uidet̃.ſi cætera paria nauigia aliquod paulo antecederet:dicendū maius cæteris:ſi multo maximū
omniū.Quid ergo ſi inter hæc ipſa paria unū:utcūqꝫ emineat:eiuſde̅ tñ generis nō diuerſi quomo/
do dicendū erit?Cōparatiuū nō refert̃ ad ea quæ plura ſunt eiuſde̅ generis:& ſuplatiuū non habet
locū inter paria:malim ego dicere per cōparatiuū.ſed in ablatiuo: ut maius cæteris.Nā inter duo:
ut dixi damus gtūm.Quidā dant gtūm etiā ubi plura duobus ſunt:ſed tātūmodo eccleſiaſtici:præ/
ſertim imitati græcos auctores unde interp̃tantur.Nulla enim lr̃a eſt latina noui teſtame̅ti.Dicunt
ergo maior diſcipuloꝝ:minor fratrū:ſiue qa cæteri pares ſunt.Vnus aute̅ aut excellat aut excellat̃:
ſiue nō magnifecerūt hanc differentiā ſuplatiui & cōparatiui:altero pro altero hoc eſt cōparatiuo
pro ſuplatiuo ute̅tes:ut ex illo loco dat̃ intelligi:qui uult ĩter uos maior eſſe ſit uere minimus.Cur
nō dixit maximus minimuſqꝫ:aut maior minorqꝫ:niſi ꝙ pro maximus poſuit maior: in quo græcū
ſecuti ſumus.In illo aute̅ licet huc parū ptinet græcū nō ſeqmur.Nunc manent:fides:ſpes & chari/
tas:tria hæc:maior hoꝝ eſt charitas.Cur nō aut maior harū:aut maius hoꝝ?Græci genitiuū huc in

Ayuntamiento de Madrid

generibus unum habent:qui eſt του τον. Verũtamen potuiſſet latinius dici maximũ:niſi græcos
imitari uoluiſſemus. Græcos inꝗ unde traduxerunt:nõ autẽ ueteres illos:ex qbus grãmatica con
firmatur. Nã ut charitas eſt maior cæteris:ita cæterarũ duarũ:ut opinor:altera alterã ſuperat:ra/
roqꝫ reperitur numerus triũ ubi non potius ſuplatio cadat:quæ tres diuerſas exigit quantitates:ꝗ
cõparatio. Ideoqꝫ græci contenti fuerunt dicere cõparationẽ ad unũ ſuplationem ad plures:quaſi
oĩa inter ſe aliud ab alio diſtantia. Quin ipſe Priſcianus:quanꝗ diſſentit:tamen paulopoſt quaſi im/
prudens quod negauerat cõfeſſus eſt:prior referri ad unũ:prius ad plura:quod antea Diomedes:
Donatus & Seruius dixerant Ideoqꝫ iungi ablatiuo more cõparatiuorꝝ:hoc autẽ genitiuo more
ſuplatiuorꝝ. Quæ nõ ſignificant melior & optimus:quẽadmodũ ipſe uult:ſicut nec potiſſimũ pro
optimũ. In Phormione apud Terent. Vbi diuites qd ſumas potiſſimũ:ſed in his oĩbus principali/
or principaliſſimus:& principaliſſimũ. Quod cũ ita ſit in ſumma colligã:& breuiter dicã ut a prin/
cipio inſtitui:cõparatiuũ inter duo eſſe:ſuperlatiuũ inter plura:ſi modo tria ſunt imparia:ueluti ſi
in duas partes diuiſa ciuitas eſt:ut bello ciuili Põpeii & Cæſaris:recte dicas:maior pars quiritũ ſe/
quebatur Põpeiũ:minor Cæſarem:Non autẽ maxima:aut minima:niſi accipias pro ualde magna
maximã:& pro ualde parua minimã:Sin in tres partes:ut in eodẽ tpe triũuirali dicendũ erit maxi
ma pars quiritũ ſequebatꝰ Octauiũ:maxima pars legionũ erat cũ Lepido:maxima pars nauiũ erat
cũ Antonio:nõ maior. In quorꝝ utroqꝫ ne qs putet neminẽ hæc ignorare:peccauit Lactãtius uir la/
tinus plane & facundus:qui in ſecundo libro inſtitutionũ inqt. Vt poſſis dubitare quos dicat po/
tiſſimũ:ſtultiores illos ne:qui falſam religionẽ ſuſcipiunt aut qui nullã. Et in. vii. ut ea ipſa quæ dice
rẽ:non noſtris:ſed aliorꝝ potiſſimũ litteris confirmarẽ:potiſſimũ dixit pro potius:Duæ enim par/
tes erant:non multæ:ut apud Quintilianũ:Hoc loco quærã neceſſe eſt:quæ ratio fuerit ut iuuenis
ad parricidũ ſuo potius gladio uteretꝰ:Tametſi nõ abſurde hic potiſſimum dici poſſet:quaſi ſuo ex
oĩbus potiſſimũ. Et in illo Lactantii quoqꝫ ſi tale foret:nõ aliorꝝ:ſed noſtris potiſſimũ quaſi ex om/
nibus potiſſimũ:eruntqꝫ multæ partes:& totidẽ quot ſunt genera litterarũ:uel nõ aliorꝝ:ſed nr̃is
potius:erũtqꝫ due partes:hinc noſtræ litteræ:illinc alienæ. Idẽ Lactãtius in primo:Oẽs ſybillæ unũ
deũ ꝑdicãt:maxime tamen Erythrea:quæ celebrior & nobilior inter cæteras habetꝰ. Celeberrima
& nobiliſſima dicendum erat. Cicero autẽ quodã loco in qd dico aptiſſime oſtendit:cũ ait in Piſo
nẽ. Mecũ quæſtorẽ imprimis ædilẽ priorẽ:ꝑtorẽ primũ cũ cunctis ſuffragiis populus Ro. faciebat
Aedilẽ priorẽ dixit:qa duo tm̃ erant ædiles:ſicut duo cenſores & duo cõſules. Cæteri aũt fere oẽs.
magiſtratus multi:ut ꝑtor quæſtorqꝫ:inter quos ſe creatũ dixit:aut primũ aut inter primos. Cuiꝰ
rei ſiqs fidẽ deſideret:bini ſemꝑ ædiles nominantꝰ a Terẽ. Ipſe Cice. pro Milone inqt:Septẽ ꝑto/
res octo tribuni plæbis:illius aduerſarii defenſoris mei. Nã quæſtores pene ſinguli:ſingulis ꝓuin/
ciis ꝑficiebantꝰ. Et exẽplo Lactãtii admoneor:ut dicã illã præpoſitionẽ inter tã cõparatiuo:ꝗ ſup
latiuo poſſe dari:ut cõſtat ſuperioribus:quæ rettuli exẽplis:& Quintiliani in gladiatore:Qui in/
ter nos ut apparet:fortior fuit:& in geminis lãguentibus:Dii ꝓhibeãt:ut ex duobus filiis uilior
incipiat eſſe piurus. De ſuplatiuo ipſe paulo ante ꝓtuli exẽplũ. Celeberrima inter oẽs & nobiliſſi/
ma habetꝰ:quæ ſi pares ꝑter unã fuiſſent:utendũ putarẽ comparatiuo:ut fecit Lactantius. Solemus
quoqꝫ in interrogando & dubitando dare utrũ cõparatiuo:quid aũt ſuperlatiuo:ut idẽ Quint. Ita
nõ tantũ utrũ ſit melius:ſed qd ſit optimũ quæritꝰ. Iterũ ex duobus uter dignior:ex pluribus qs di/
giſſimus. Et Cice. Cũ quærere uidetꝰ oratnr utrũ potius aut qd potiſſimũ dicamus:tamen aliquan/
do damus qd etiã cõparatiuo. Sed ego ad altiora ducẽte ſtilo tranſeo:& ad ea quæ oratorꝝ magis
ſunt:ꝗ grãmaticorꝝ:& magis latine eleganterqꝫ loq uolentium:ꝗ eorꝝ qui ad normã grãmaticæ pe
riti eſſe contenti ſunt. Quare ſeparemus ea quæ de hac re ſuperſunt dicenda:& eis ſuum locum aſſi
gnemus. Quæ & ſi poſſent poſterius tractari:tamen quia ad meteriam graduum pertinent in hoc
potiſſimum loco exequamur rem dignam auribus ſtudioſorum de exactiſſima antiquorum latini/
tate & elegantia. M. T: Ciceroni. M. qꝫ. Fabio Quintiliano præcipue obſeruata duobus luminibus
atqꝫ oculis:tum omnis ſapientiæ:tum uero eloquentiæ latinæ.

De quiſqꝫ cũ ſuperlatiuo. De omnis cũ poſitiuo & aliquãdo cũ ſuplatiuo. Ca. xvi.

IGitur ſuplatiuus aſciſcit ſibi qſqꝫ:relinqt aũt oĩs uel cũctus poſitiuo ut optimus qſqꝫ:ſa/
pientiſſimus qſqꝫ:pro eo ꝙ eſt unuſqſqꝫ qui eſt bonus ac ſapiens:uel oẽs boni & oẽs ſapi
entes. Nõ enim liceret dicere boni quiqꝫ & ſapientes quiqꝫ. nec oẽs optimi & cuncti ſa/
pientiſſimi. Nõ recte ergo Priſ. in procemio oium iudicio cõprobatꝰ eruditiſſimorꝝ. Idẽ
intelligo ſi ſuperlatiuus in alio caſu ponatur ꝗ illud quiſqꝫ ſic maximo qſqꝫ aio diuitias deſpicit Va/
lentiſſimi qſqꝫ corporis longe abeſt a ſapiẽtia. At uero cõparatiuis non qſqꝫ conuenit:ſed oĩs. Vege
tius tamen non ꝑpolitus ſane ſcriptor inquit:Honeſtiores quiqꝫ milites. pro honeſtiſſimi quiqꝫ. Et
Lactantius de opificio:nã ſi ita eſſet placidiora quæqꝫ aĩalia uel nihil fellis oĩo uel minus haberent ꝗ
feræ. Maluiſſem ego dicere oĩa placidiora aĩalia:ut Quint. in ægro redempto. Rus:ſeruulos:pena/
tes:& oĩa utiliora ꝓperanti feſtinatione parentis addixi. Expoſitiuis autẽ illa excipiũtur quæ carẽt
ſuplatiuo:qualia ſunt quæ habent i uel u ante us:ut pius:& ſtrenuus:quæ nõnunꝗ patiuntur ſupla



Ayuntamiento de Madrid

tiuũ.Ideoq; utrãq; rationẽ ſequuntur:oĩs:plus:& pius quiſq;.Saluſtius in Iugurthino:Nã ſtrenuus
quiſq; aut occiderat in prœlio:aut grauiter uulneratus diſceſſerat:Ipſe mallẽ dicere ſtrenuiſſimus
quiſq;:piiſſimus quiſq;.Quidã tamen Saluſtiani codices ſcriptũ habent ſtrenuiſſimus.Carent etiã
ſuplatiuo illa numeralia Secundus:tertius:quartus:quintus & deinceps.Nã primus etiã cũ nume/
rum ſignificat:ſuperlatiuũ eſt:& ultimus.Dicimus itaq; primo quoq; tempore:primo quoq; die:
Quod imperitiores putant eſſe coniunctionem quoq;:quæ habet primã breuẽ:cum hic ſit longa.
Cicero in Philippicis:Primo quoq; die conſules ad Senatũ referant.q̃ hic nõ tam oĩs q̃ unus om/
nium primus dies ſignificatur.Idem pro Rabirio:Tertio quoq; uerbo excitabatur:& pro eodem
Rabirio:Quinto quoq; anno de moribus noſtris iudicaretur.Cæſar cõmentario quinto:Legione
producta cognoſcit non decimũ quẽq; eſſe reliquum militem ſine uulnere.Suetonius in uita Cæ/
ſaris:Et intercalario menſe ſublato unus dies:quarto quoq; anno intercalaretur.Quod ineruditi
ſic pronunciare ſolent:omni quarto anno eſſe biſextũ:omni q̃nto anno fit luſtrum apud romanos
græcoſq;:omni q̃nquageſimo anno iudæi ag̃t iubilæum: cũ ſit dicendũ quinquageſimo quoq;
anno.Vulpianus apud iuſtinianũ libro.xxvii.ait:militẽ quaſi milleſimũ quenq; dictum.i.omnem
qui ex millenario numero ultimus:tamẽ accipiendus eſt nõ ultimus:ſed quiſq; ex eo numero.Nã
cum dico dabo tibi ex ouibus decimã quanq;: non eam intelligo quæ decima in numerando eue/
niet:ſed unam de decem quæcũq; ſit uel ut abſolutius loquar:ſingulas ex denis ſiue ex decẽ: quas
tu elegeris.Itaq; unaquæq; poteſt eſſe decima.Et exemplo Cæſaris conſtat decimũ quẽq; eſſe unũ
ex numero denario.Ita dicamus milleſimum quenq; unũ ex uno millenario.Iuriſperiti noſtri ele/
gantiæ latinæ ignari intelligunt militem ex mille maxime ſtrenuum. Vnde puto errorẽ ortũ de
uocitãdis militibus hoc tẽpore inſigne quoddã dignatiõis ferẽtibus.Sed ad rẽ hinc etiam factum
eſt:ut dicamus unuſquiſq; & ſingularis quiſq; non ſingulariſſimus quod non reperit̃:ſicut nec uni
cus habet unicior & unicíſſimus.Quotus & iungit̃ cũ quiſq;:ſed tamẽ diuerſa rõne a ſuperioribus
Nunq̃.n.fere utimur hac dictiõe:niſi interrogatiue: & niſi ſignificatiõe quæ eſt quot.Quotus.n.
frequẽter ſignificat quot:ut Mart.Dic quotus es q̃ti cupias cœnare nec unũ Addideris uerbũ:mẽ
ſa parata tibi:id eſt quot eſtis: & quot tecum habes.Cic.pro Ligario Quotus.n.iſtud q́ſq; feciſſet
ideſt nullus uel rarus.Oui.de arte:Forma dei munus:forma quota quæq; ſuperbit.i.nulla uel rara
Non uenit in mẽtem an cũ aliis nominibus iungatur quiſq;.Hoc tamẽ ſcio non habere genitiuũ
pluralem dũtaxat cũ adiectiuo iunctum:ideoq; utimur genitiuo ſingulari pro plurali.Idem enim
eſt optimi cuiuſq; animus:quod omnium bonorum animus.Vnuſq́q; autem ideo nõ facile patit̃
ſuplatiuum: quia illud unus uim quandã ac naturam: ut pauloante oſtẽdi: ſuplatiui obtinet: poti/
uſq; dicimus unuſquiſq; bonus quam unuſquiſq; optimus.Atq; hæc hactenus de quiſq;.

De ut & ita cum ſuperlatiuo:de quo & eo cum comparatiuo. Cap.xvii.

ADdamus de ut ita & ſimilibus. Duplicat̃ ſuplatiuũ:uel altera ex p̃te nomẽ:ex altera ad/
uerbiũ:uel utrinq; nomẽ:uel utrinq; aduerbiũ cũ his ĩdeclinabilibus quæ noĩaui.Cice/
de oratore:Vt q́ſq; optime græce ſciret:ita eſſe neq̃ſſimũ.Idẽ in eodem.Vt.n.q́ſq; opti
me dicit ita maxime dicẽdi difficultatẽ:uarioſq; euẽtꝰ orõnis:expectationẽq; hoĩum
pertimeſcit.Idẽ de officiis:Vt quiſq; animi magnitudine maxime excellit:ita & maxime uult prin
ceps omniũ uel potius ſolus eſſe.Quintilianus:quod ut lõge optimũ:ita difficillimũ.Et iterũ:Nõ
ut q́cq; primũ dicendũ:ita primũ occurrit:in quo caueamus:ne pro q́cq; dicamus quodq;:Multũ
enim refert inter hæc duo.In Catone maiore utrũq; ſuperlatiuũ ſuſtulit Cicero:ut quiſq; ætate an
tecedit:ita ſententiæ principatũ obtinet:quod facere alibi ſolemus:ut in illo.Homo in primis do/
ctus:non imprimis doctiſſimus ne duas res ſuperlationẽ habentes coniungamus.Iuſta igitur cau
ſa quare Cice.ſuperlatiuos p̃termiſit:quæ cauſa Donato in eunu.Terent.nõ fuit qui ait:Vt quiſq;
miſer eſt:ita ſenior uidetur.Nã p̃ter id q nõ adhibuit ſuplatiuũ etiã cõfuſionẽ quandã fecit ex po/
ſitiuo & cõparatiuo:q ita emẽdemus tũ per aduerbiũ ſic ut q́ſq; maxĩe miſer eſt:ita maxime ſenex
uidet̃:tũ per nomẽ ſic:ut q́ſq; miſerrimus eſt:ita annoſiſſimus uidet̃:tũ per alterũ nomẽ.ita ut q́ſq;
maxime miſer eſt:ita annoſiſſimus uidet̃:uel ut q́ſq; miſerrimus eſt:ita maxime ſenex uidet̃:tũ per
cõpatiuũ.nã & hoc idẽ efficit q́d ſuplatiuũ hoc modo quo q́ſq; miſerior:uel quo q́ſq; magis miſer
eſt:eo ſenior uel eo magis ſenex uidet̃:Quod ita licere fieri exẽplo ꝓbandũ eſt Quint.ſecundo in/
ſtitutionũ Quo q́ſq; ĩgenio minus ualet:hoc ſe magis attolere ac dilatare conat̃.Et paulopoſt.Erit
eo etiã obſcurior:quo quiſq; deterior.Iuſtinus autẽ ſiue trogus ſuplatiuũ cũ comparatiuo miſcuit:
inquiens li.xvi.Locupletiſſimus ut q́ſq; eſt:ita plures eq̃tes in bello ſuo regi p̃bet.Ego dicerem ita
plurimos quin & ab illo ſcriptũ fuiſſe ſuſpicari libet:Dicebã pauloante nõ licere dicere in prmis do
ctiſſimus.idẽ ſentio de inter primos & cũ primis.licet Saluſtius:ſi modo codex nõ ſit mẽdoſus:ali
ter dixerit ac ſane quod difficillimũ eſt:in primis & p̃lio ſtrẽnuiſſimus erat & bonus cõſilio.Simi/
lia his ſunt in paucis cũ paucis:interꝰ paucos:itẽ ſup oẽs:ante alios:p̃ter cæteros.Sed hæc & ſi poſi/
tiuo frequẽtius gaudeãt:tamẽ nõnunq̃ patiunt̃ ſuplatiuũ:ut Pli.li.xxvi.de uſu abſinthii cõuenit di
cere herbæ facillimæ atq; inter paucas utiliſſimæ.Vir.in.vii.Petit ante alios pulcherrimus omnes

Ayuntamiento de Madrid

Turnus auis:atauiſq; potens. Et in eiuſdē operis primo. Pygmalion ſcelere ante alios immanior oēs.

De tantum & tanto ſimilibuſq;: quōmodo iungantur gradibus. Cap. xviii.

Hoc magis & eo magis idē eſt q̄d tāto magis. Itē quo magis idē eſt q̄d q̃to magis. Quare admoneor ut aliquid de hoꝝ nominū natura pcipiam poſitiuos magis decere tantū & q̃tum comparatiuos tanto & quanto. Cicero: Quanto es maior: tanto te geras ſummiſſius. Non autem quantū es maior: tantum te geras ſummiſſius & contra Quātū potes tantū elabora: nō autē q̃to potes tāto elabora. Lactātius tamē pter morē oratoꝝ īquit: Quāto freq̄uēter impellit̄ tāto firmiter roborat̄. Et Boetius in dialecticis dixit: paulo æquales hic pro paulū dicens paulo: ille pro frequentius firmiuſq; frequenter firmiterq;. Tolerabilius: quod fecit poeta Catullus: Tanto peſſim⁹ oīum poeta: Quanto tu optimus omniū patronus. In ſuperiori Lactantii exēplo Bis peccatū eſt in utroq; membro. Quidam peccant in altero: ut ſi dicat̄: quanto frequētius impellitur: tāto firmiter roborat̄: uel quanto frequenter impellitur tanto firmius roboratur: uel q̃to frequenter impellit̄ tanto firmius roborat̄ niſi ita uenuſte dicas ut Virg. in .xii. O præſtās animi iuuenis q̃tum ipſe feroci Virtute exuperas: tanto me impenſius æquū eſt conſulere: & Quintil. in primo: Quid autem aliud in noſtris legionibus cornua ac tubæ faciunt quorum cōcentus q̃to eſt uehementior tantū romana in bellis gloria cæteris præſtat: quod nō licuiſſet aliter dicere. Proxime aūt ad uim cōpatiuoꝝ accedūt illa aduerbia ante & poſt: ſiue præpoſitiōes: ut tanto ante ego ueni q̃to poſt tu ueniſti. Et illd̄ nomē ali⁹ & ſuū aduerbiū aliter & huic ſimile ſec⁹ ut Quint. At q̃to alius fuit ille infeliciſſimi iuuēis affectus & Terē. Verū aliter euēire multo itelligit Et Cice. Multo ſecus euenit. Nā quod dico de tāto & q̃to idē intelligo de aliquāto: de multo de paulo cæteriſq; ſimilibus. Rurſus q̄d de tātū & q̃tū: idē de aliquātū de multū de paulū & de reliqs. Sed qa hæc tranſeūt in aduerbia: ideo nōnunq̃ de his quæ exeūt in um loquor: abutimur pro his quæ exeunt in .o. pſertim qñ nō eſt illa cōtrapoſitio duoꝝ: ut ſuperioribus exēplis oſtendimus. Iuue. Deſpiciam qui ſcit quātū ſublimior atlas Terē. Cuius frater aliquātulū eſt ad rē auidior Quint. Ac quidā ſi forte ſuſceperint negocia paulū ad dicendū tenuiora: ea conuitiis implēt. Ita in aduerbiis pticipiiſq; multū ante: uel multo ante: paulū poſt uel paulo poſt: Verbis autē ſemp fere cōuenit per um potius q̃ per o. Exceptis ab ante præ a poſt cōpoſitis more eoꝝ unde cōponunt̄: ut multo præſtat: & multū præſtat Saluſtius: Multo præſtat beneficii q̃ maleficii immemorē eſſe. Ita multū uel multo anteceſſi: paulū uel paulo poſt habui tua negocia meis. Tā & q̃ſimilia atq; eadē uident̄ tantum & quātum ideoq; raro cū comparatiuo iungunt̄: ut Virg. Tā magis illa fremēs & triſtibus effera flāmis. Quā magis effuſo crudeſcunt ſanguine pugnæ. Cū ſuperlatiuo frequentius: ut tā hic eſt oīum optimus q̃ nobiliſſimus. Saluſti. Quā qſq; peſſime fecit: tā maxime tutus eſt: quod idē ualet: ac ſi diceret ut quiſq; peſſime fecit: ita maxime tutus eſt. Teren. Nāq; adoleſcens q̃ minima in ſpe ſitus erit: tā facillime patris pacē in leges conficiet ſuas. Solent poni tam & q̃ ſeparatim: & alterum ſine altero: utrūq; in ſignificatione uehemētiæ: ut Cice. In tā optima cauſa non debeo timere. i. in tam ualde ac per ualde bona cauſa. Et iterū: Nō dū erat ueſtris tā grauiſſimis tanq; multis iudiciis ignominiiſq; conciſus. i. iudiciis ueſtris ignominiiſq; tantopere grauibus. De q̃ hoc ſit exemplum Tu es homo q̃ iucundiſſimus id eſt ualde uehementerq; iucundus. Sed de hoc differendum latius: ideoq; non in eundum locum includam.

De per & q̃ cum gradibus. Ca. xix.

Idem nāq; pōderis in cōpoſitione habent per & q̃: ſed alterū poſitiui ppriū eſt: alterū ſuplatiui: ut ppulchre: pbelle: pdiligēter: q̃ ppulcherrime: q̃ optime: q̃ diligētiſſime: quoꝝ exēploꝝ referta ſunt oīa. hoc intelligit̄ quotiēs accipit̄ q̃ pro ualde ſiue uehementer. At contra q̃ pro q̃tum nunq̃ cū ſuplatiuo: ſemp cū poſitiuo: ut Cic. q̃ moroſi ſunt qui amāt: ex hoc tu potes intelligere. Vides utq̃ pro q̃tum non poteſt adiūgi: uerbo principali dūtaxat in recto modo loquēdi: hoc eſt quādo nō figurate loqmur: ut exprobrādi deridēdiue cauſa: hoc modo q̃cito ueniſti: q̃ſuauis homo es. Loquor aūt quotiens duo uerba in eadē orōne inſunt: ſemp cū uerbo nō pricipali iūgi q̃ pro ualde frequēter uno uerbo cōtētū eſſe: & in duobus principali poti⁹ gaudere nōnunq̃ altero: ut ubi eſt lucrū eo q̃primū aduolas. Et ibi eſt lucrū quo tu q̃primū aduolas. At in hac differētia poſitiui & ſuplatiui aliqui ſe obiiciēt: afferētes Ter in an. Reiecit ſe in eū flēs q̃ familiariter. Et in Eunuc. Poſt illa tēpora tu ſcis q̃ intimū te habuerī. In quoꝝ exēploꝝ priore eſt q̃ pro ualde cū poſitiuo: In poſteriore q̃ pro quātū cū ſuplatiuo. Ego uero accipio illud q̃ familiariter pro q̃tū familiter figurate: q̃ſi o quātū familiariter: & hoc accipi pro poſitiuo. ſicut pximum. Dicimus nāq; hic eſt mihi magis pximus ita hic eſt mihi magis intimus: Neq; tamen in hoc toto meo opere tā licētiā poetarū cōſector: q̃ uſum oratoꝝ. Neq; ſi qd aliter penes auctores reperiatur: mihi obeſſe debet: nō legē ſcribo: q̃ſi nunq̃ aliter factū ſit ſed qd̄ frequētiſſime factitatū eſt: pſertī a. M. T. M. q; Fabio: apud quos ſi quādo reperiat̄ q̃ cū poſitiuo pro ualde aut cū ſuplatiuo pro q̃tū: auſim affirmare mēdoſe ſcriptū: ut in phemio de ora. Quā boni p diu nulli: q̃ſi de ualde bonis: & nō potius de bonis loquat̄: uera ſcriptura erat boni p q̃diu nulli: aut potius cum boni pdiu nulli. aliter enim uidet̄ nō cōgrue dici: qd̄ uitiū ſcribendi utinā in paucioribus eſſet: Quod Cice. Ipſe illo ſuo



Ayuntamiento de Madrid

eruditiſſimo ſæculo: qđ uix credibile uidetur: queritur ita ut apud latinos mēdoſiores ſint codices latini q̃ græci: q̃q̃ apud græcos lōge ſit difficilior ſcribēdi q̃ apud latinos ratio: Nā cur nō ſæpius q̃ pro ualde cū poſitiuo in illis reperiremus: ſi ꝓbaſſent potius q̃ reſpuiſſent. Quare in hac re nō uerebor reprehendere Boetiū: Priſcia. & elegātiorē utroqꝫ Lactātiū: primo ſup topica Cice. ita ait: Noſti oblatrantis morſus inuidiæ: noſti q̃ facillime in difficillimis cauſis liuor iudiciū ferat: Mallē dixiſſe q̃ facile. Secūdus li. xviii. Ita ideo ex uno libro. Cicero: Tot uſus ꝓponere ſtudui: ut docerē q̃ frequētiſſime hac cōſtructione uſi ſunt auctores eloquētiæ latine. Latinius erat q̃ frequenter ſunt uſi: uel q̃ frequētiſſime uſos Terētius ita libro primo inſtitutionū: Et q̃ multa alia de deo nr̃is hoibus locutus eſt ſimilia. ꝑmulta ego dixiſſem: Idē li. vi. Hoc aūt duplex ſacrificii genus q̃ ſit ueriſſimum: Trigemiſtus Hermes idoneus teſtis eſt. Et in principio ſtatim libri de opificio inq̄t: Quāminime ſim q̄etus ſummis etiā neceſſitatibus ex hoc libello poteris æſtimare. Puto. Cice. q̃ ſit uerū: & q̃ parū ſim q̄etus: potius fuiſſe dicturū: qui ſcribēs ad Trebatiū in ꝓemio ita ait. Sed dū fuimus una tu optimus es teſtis q̃ fuerim occupatus: nō dixit q̃ ſumme occupatus: aut q̃ maxime occupatus aut q̃ occupatiſſimus fuerim. Quod autē dixi de q̃: nō debet illud iūgi cū ſuꝑlatiuo quotiēs ſignificat q̃tū unū uerbū excipit̃ poſſum: & quæ idem ſignificant: quæo: ualeo: licet & ſiqua ſunt alia ut ſcribas q̃ optime potes. Nec recte dicas: Scio q̃ optime ſcribas quod p̄ter auctoritatē ſummoꝝ auctoꝝ etiam rōne utimur: Quia ubi eſt uerbū potes: ibi q̃ nō iungitur cū ſuꝑlatiuo: ſed cū uerbo: ſic ſcribas optime q̃ potes. In aliis autē neq̄t iungi cū uerbo: ſic. Scio optime q̃ ſcribas: niſi ſit alter ſenſus. Ergo illud plane latinū nō eſt: Quāprimū mare intraui: exorta tēpeſtas eſt: ſed cūprimū potero: mare intrabo: uel cūprimū potero: uel ut primū: uel ubi primū mare intraui: aut utprimū: uel ubi primū potero: mare intrabo: latinū erit. Ex his quæ dixi colligit̃ ubi eſt q̃ pro quātū: ibi quoqꝫ poſſe poni ipm q̃tū: ut Cic. de amicitia: Niſi qꝫ tāta eſt īter eos: q̃ta maxīe pōt moꝝ ſtudiorūqꝫ diſtātia. Quīnt. in. ii. Cū aliq̄d adhibita q̃ta maxīe pōt cura diligēter elimauerit: ut quoqꝫ in locū: q̃ uel quātū ſucce dit. Nūc ſine ita: nūc cū ita primo modo ſic ut apud eūdē in. xii. Nō omittēda ps hæc orōnis: ſed exigenda ut optime poſſumus. & Cice. in Philip. Quas honorificētiſſimis uerbis ipſe cōſeq potero: cōplectar mea ſentētia. Altero modo ſic: ut apud eūdē de oratore. Hæc ut breuiſſime dici potuere: ita a me dicta ſunt. De poſitiuo autē nemini dubiū erit q̃ & ut cōuenire nō poſſum: ut idem in phil. Sed reliquū curſum uitæ q̃ q̄dē poſſum: breuiter ꝑſtringā: & ut potui breuiter. perſtrinxi. Recte ergo q̃ pro quātū cū poſitiuo & ſuꝑlatiuo: intercidēte uerbo poſſum. Male autē cū cōparatiuo ſiue ſine poſſum: ut q̃ plura uolumina ille cōpoſuit: dicēdū eſt cōplura: nō q̃ plura: ut q̄dā male ſcribūt: In aduerbio quoqꝫ ſuꝑlatiuo nōnūq̃ legimus cōplurimū pro plerūqꝫ: ſiue per poſſum: ut naraui rē geſtā q̃ breuius potui: aut q̃ potui breuius. Cuius hic q̄dē ſenſus: ſed tamē barbare ꝓlatus eſt. Narraui q̃ breuiſſime potui: q̃q̃ hoc ſecundū pōt accipi in eū ſenſum: qui eſt breuius q̃ potui: ſiue ut apertius loquar: breuius q̃ potuiſſem. Primus modus ſic accipi nō pōt: nec hoc q̄dē barbaria caret: licet huius loci nō ſit. Iſte eſt nimis iuuenis ad dādū ſibi tale negociū: quod ſic latine diceret̃. Iſte eſt nimis iuuenis aut iunior: q̃ ut ipſi det̃ tale negociū: uel eſt iunior q̃ cui tale negociū det̃: Cuius rei plurima ubiqꝫ exēpla ſunt: ut Quin. Sed hoc aptius eſt q̃ ut ꝓbādū ſit. Idē in. x. Ideoqꝫ ne ſuſcipiēdæ q̄dē ſunt cauſæ plures q̃ q̄bus ſuffecturū ſe ſciat. Et ita opus inchoat̃ Valerii Maximi. Vrbis Romæ: externarūqꝫ gētiū facta ſimul ac dicta memoratu digna: quæ apud alios diffuſa ſunt: q̃ ut breuiter cognoſci poſſint. i. latius ſunt diſꝑſa: ita ut nō breuiter poſſint cognoſci. in eādē rationē cadit ille modus: q̃lis eſt: Maiorē geris ueſtē q̃ pro habitudine corporis: ut Curtius: Maiorē q̃ pro magnitudine ſiluæ reddebat ſonū. Illud hoc loco iocoſum inſerere nō pudebit. Siq̄s interrogatus huius poſitiui ꝑpulcher qui cōparatiuus ſit: & qui ſuꝑlatiuus: nō aliter bene reſpōdebit: niſi ita multo pulchrior q̃ pulcherrimus. Ex his autē duobus de q̄bus diu dixerimus per & q̃ cōflat̃ unū ꝑq̃: quod utri dandū erit poſitiuo an ſuꝑlatiuo. Vtrūqꝫ enim in eo ꝑtē ſibi uēdicat: certe poſitiuo: uel q̄a anterius eſt: uel q̄a indecēs uideret duo aduerbia uehemētiā ſignificātia ſuꝑlatiuo īponi. Dicim⁹ ita ꝑq̃ doctus: ꝑq̃ eruditus: ꝑq̃ pulcher: Et ſicut uerbo ſolet p̄poni ꝑ: ita ꝑq̃: ut pueli: ꝑplacet: ꝑq̃ ueli: ꝑq̃ placet. Plini⁹ iunior in epiſtolis: Perq̃ uelim ſcire niſi iterpoſitū ſit q̃ īter p̄poſitionē & uerbū cū quo illa copulat̃: q̃le apud Terētiū: Perpol q̃ paucos reperias meretricibus fideles euenire amatores: qđ ſic reſoluit̃: Pol ꝑq̃ paucos. Boetius tñ in cōmētariis logicæ breuioribus ſꝑlatiuo dedit dicēs: Apud ſcriptores q̄dē græcos ꝑq̃ rariſſimos. Et Pōponius de origine iuris digeſtoꝝ Iuſtiniani libro primo. Nam ante eū Seruius duos libros ad Brutū ꝑq̃ breuiſſimos ad edictū ſubſcriptos reliq̄t. Et facūdus ſcriptor Curtius lib. iiii. Beſſum quoqꝫ bactrianoꝝ ducē ꝑq̃ maximo poſſet exercitu coacto deſcēdere ad ſe iubet. Sed huiuſmodi exēpla tā rara ſunt: ut dubitē an librarioꝝ ſit culpa: certe ipſe ſic loq non auſim: Aulus q̄dē Gelius hoc quod p̄cipimus ſemꝑ cuſtodiuit. Cæterū ut eſt in loquendo curioſior: pro ꝑq̃: ita loq̄t̃ ſane q̃ utile: uoce admodū q̃ ſuaui: oppido q̃ libēs: nimis q̃ ineptū: quæ aduerbia idē pollēt: quod per pro ualde: Vſitatius tñ eſt ꝑq̃: ut ꝑq̃ utile: uoce ꝑq̃ ſuaui: ꝑq̃ libens: ꝑq̃ ineptū: Tametſi Cæſar cōmētario. xiii. Quibus rebus oppido ꝑq̃ pauci ſub pellibus acquieſcebāt. Et Seruius Sulpitius ad Ciceronē ſcribēs ita incipit: Poſteaq̃ mihi renūciatū eſt de obitu filiæ tuæ ſane q̃

Ayuntamiento de Madrid

pro eo ac debui: grauiter moleſteq́ꝫ tuli. Et ad eundem Cælius ita etiã incipit. Sane quã litteris Cæſaris ſumus cõmoti. Nam Caſſius cis Euphratem parthoꝝ copias eſſe ſcripſit. Et Brutus quoqꝫ Decius ad eũdem: Nam ſuos ualde q̃ paucos habet. Et iterum in eadem epiſtola: Sane quam gauiſus ſum: Quid plura: Ipſe quoqꝫ ad fratrẽ Cicero Nam quod de Pompeio Caninius ait. Sane quã refrixit: Non ſuccurrit mihi ſiquod aliud exemplũ apud Cice. repperi: Et Titus Liuius neſcio an alibi quã lib. xlviii. Cũ haud facile eſſet: aut ea quæ abiicerent̃. aut quæ aduerſus ea dicenda erãt memoria cõplecti. Nec. n. multa ſolum: ſed etiã plæraqꝫ oppido q̃parua erant Hæc igit̃ dant̃ poſitiuo: illa uero magis ſuplatio multo & lõge in eo fere ſignificato quo ſolet quã cum ſuperlatiuo: ſed cũ hac tamen differentia: quod huic quã nõ tribuimus genitiuum illũ ſuplatiui proprium: ut ablatiuũ accuſatiuumue cum præpoſitiõe ut fit ſine ipſo quã. M. T. Acerrimũ autem ex omnibus noſtris ſenſibus eſſe ſenſum uidendi. Et iterũ. Quẽ Craſſus dilexit ex oĩbus plurimũ: nõ dixit quã acerrimũ aut q̃plurimũ ex oĩbus ſiue inter oẽs.

De longe: multo: facile: ualde: Cap. xx.

ID quod fit in multo aut in longe pro ualde: & in facile pro non dubie. ut Quin. li. ii. Declamãdi rõ: ut eſt ex oĩbus nouiſſime inuenta: ita & multo eſt utiliſſima. Idẽ Lõge oĩum quos quidem mihi audire cõtingit: pſtãtiſſimus Domitius Afer: &. M. Tullius: Sed ego neqꝫ eis aſſentiar: neqꝫ harum diſputationũ inuentori & principi lõge omniũ in dicendo grauiſſimo & eloquentiſſimo Platoni. Idem pro Rabirio: Virum unũ totius Græciæ facile doctiſſimum Platonẽ. Amat etiã lõge ut multo ſecũ iungi cõparatiuum: ut Virg. in. ix. At pedibus lõge melior Lycus: & ea de q̃bus antea diſputaui: alias: aliter: ſecus: ante: poſt: præ: ut lõge præſtãs: lõge pſtat. Quinti. Sed cum lõge pcedunt ingenia uiuentiũ: Et cætera quæ ſuplationem quandã hñt: & pxime ad cõparatiua accedunt: ut lõge ſupat: lõge uincit: & ea quæ diuerſitatem more illorum: ſecus: q̃lia ſunt: diuerſus: diſſimilis: alienus: ut lõge diuerſus: lõge diſſimilis: lõge alienus. Princeps ne adiectiuum quidem eſt more poſitiuoꝝ: tamen quia ſuplationem ſignificat aſciſcit ſibi lõge: ut Idem. Nouem uero lyricorum lõge Pyndarus princeps: & facile pro eo quod eſt haud dubie. M. Tullius pro Roſcio: Non ſolum municipii latinitatis ex quo erat: ſed etiam regionis illius & uicinitatis uirtute: exiſtimatione: nobilitate facile princeps. Præterea cum præcipuus: cum primus: cũ ſecundus: & ſi qua alia ſunt: ut Quintilia. de Euripide loquens in affectibus: Tum in omnibus: tum in his qui miſeratione conſtant: facile præcipuus & admirandus maxime eſt: Sic facile primus: uel facile ſummus Facile uero ſecũdus dicimus: nõ ad ordinẽ reſpicientes: ſed ad dignitatẽ: q̃le eſt: Tu es facile ſecundus a rege: hoc eſt facile poſt regẽ pmus. Lõge igitur pro ualde ppriũ eſt: exceptis paucis cõparatiui & ſuplatiui: Ipſum autẽ ualde poſitiui & uerbi: ut ualde diues: ualde paup: ualde laudat: ualde uitupat: Nec auſim dicer̃ lõge diues: lõge laudat: nec ualde ditior: ualde ditiſſimus: Hæc autem quæ a me de aduerbiis tradunt̃: nõ fuerũt intentata ueteribus grãmaticis: nã nuper cum iam iſta cõpoſuiſſem inueni in bibliotheca beneuentana Sergium ſuper Donatum ita dicentẽ: Donatus dicit quinque tantum aduerbia poſitiuo eſſe iungenda: tã: magis: maxime: minus: & minime: ea ſcilicet ratiõe: quoniam uim in ſe habent comparandi: atqꝫ ideo non debent cõparationis caſibus iungi: ne uideatur comparatio geminata: Qui enim dicit tam doctior: pene hoc dicit doctior: quod latinitas non patitur: Probus autem dicit omnia aduerbia quæ uim augẽtis aut minuentis in ſe habent: non debere coniungi nec comparatiuo: nec ſuperlatiuo: ut ſunt iſta ualde: multum plurimum: per & ſimilia: nam iſta omnia tantum poſitiuis caſibus debemus adiungere. Idem Sergius longe poſt ait: Comparatiuo & ſuperlatiuo quinqꝫ hæc comparationis aduerbia non apponemus: ut tam: minus: minime: magis: maxime: quæ tamen ſoli poſitiuo adiicientur. Hæc quæ tres auctores tradunt: & imperfecta ſunt: nec omnino uera: ut ex his datur intelligi: quæ ipſe præcepi. Dicimus enim multo fortiſſimus: & ego ſum tam te fortior: q̃ te nobilior & tam omniũ fortiſſimus: q̃ nobiliſſimus: Comparatiua uero addi non oportere comparatiuis: ne præcipiendum quidem eſt. Quod autem poſuit minime & maxime & ſimilia Sergius: non recte poſuit. Nam minimũ eſt proprium aduerbium ſuperlatiuũ: minime uero pro negatione accipitur: quaſi nequaq̃: ut hic homo eſt minimũ litteratus: id eſt pauxillum litteratus: & ego ſum minime litteratus: id eſt idiota: nil prorſus habens litteraturæ.

De proprietate quadam comparatiui. Ca. xxi.

AT qꝫ hæc hactenus: illud ad extremum adiiciamus: de comparatiuo cõſuetiorem ſermonem eſſe per accuſatiuum: q̃ per nominatiuum in illis: quale eſt. Tu maiorem laudẽ aſſecutus es patre tuo: tuiſqꝫ maioribus. Vix audeas dicere tua laus eſt maior patre tuo. Tamen ſolemus aliquando ſic uti: Virg. in. viii. Non ſecus igni potens: nec tempore ſegnior illo. Et Quint. de apibus pauperis: Vnum rogo ne cui minor dignitate ueſtra uideatur cauſa litis meæ. Et in tertio inſtitutionũ: Non debes apud prætorem petere fideicommiſſum: ſed apud cõſules maior prætoria cognitione ſumma eſt: fortaſſe uideat̃ mollius in obliquo caſu: quod ita ſi nõ eſt: uolo tamen annotatum eſſe: qꝫ inconſueta uox auribus hæc uidetur eſſe: maior ſumma pecuniaria eſt prætoria cognitione: pro eo quod eſt maior ſumma: q̃ ut apud prætorem peti poſſit. Minor cauſa dignitate ueſtra: pro eo quod eſt minor q̃ ut uideatur digna quæ apud dignitatẽ ueſtrã



Ayuntamiento de Madrid

agatur.Et Vulcanus nõ ſegnior illo tẽpore:pro eo quod eſt ſegniori tempore:q̃ illud fuit.A quo
nõ diſſimile illud eſt:Ego ſum maior.xx.annis:pro eo ꝙ ego ſum maioris ætatis ea quæ eſt:xx.an/
noꝝ uel minoris ætatis.xx.annoꝝ.Nã & hoc licet dicere quale etiã eſt.Ego ſum maior.xx.annoꝝ:
id eſt ætate tali:uel ego ſum ætatis maioris ætate.xx.annoꝝ.Frequẽtiſſime aũt huiuſmodi genere
orationis utimur:ubi adeſt hoc nomẽ opinio ut ſum ditior opiniõe hoiũm:q̃ſi opinio hoiũm diues
ſit:& non ſic accipi debeat magis:q̃ opinio hominum ſentit.uel q̃ homines opinãtur.Cicero Bru/
tum ſuum ſic exorſus'eſt.Cũ e Cilicia decedens Rhodum ueniſſem ibiq; de Quin.Hortenſii mor/
te eſſet allatum:maiorem opinione hominum cœpi dolorem:pro eo quod eſt maiorẽ:q̃ ille quem
in me homines opinantur.Nec illud ab multũ recedit:cum dicimus.Nihil iſto homine peius:ni/
hil tuo patre abiectius:nihil hoc uino ĩſuauius:pro eo quod eſt nullus iſto homine peior:nemo pa
tre tuo abiectior:nullum uinum hoc inſuauius.Rurſus in hac laude:nihil iſto homine melius:nihil
patre tuo generoſius:nihil matre tua ſanctius:nihil uxore'tua uerecũdius:nihil hoc uino ſuauius.
Dictum eſt de omnibus rebus non tantum de ſingulis:interdum etiam ubi nihil plus comprehen
ditur in uniuerſo:q̃ in pte:ut nihil eſt te litteratius:nihil eſt illo prudentius:nihil eſt iſto inhumani/
us:nihil plus ſignificetur hoc modo:q̃ ſi dicas:nemo te litteratior:nemo illo prudentior:nemo iſto
inhumanior:quoniã litteratura:prudentia:inhumanitaſq; nõ niſi in hoĩes cadit.Quid ergo in neu
tro genere potius q̃ maſculino & fœminino platũ eſt:Nẽpe qa neſcio qd plenius & ſuauius in neu
tro genere.Ideoq; tali ſermone delectati auctores ſunt:ut ipſoꝝ crebra exẽpla documẽto eſſe poſ/
ſunt quæ ingrẽtibus notiora erũt:q̃'ut a me hic afferri debeãt.

De cõpoſitis a ſomnus.Ca.xxii.

A Somnus compoſita quædam ſunt ſecundæ ſemper decli.quædam tertiæ:Secundæ:Ci/
cero in Verri.Hic etiam cum ſemiſomnus ſtuperet.Et Cælius in Antonium.Ipſum nãq;
offendunt ſemiſomno ſopore profligatum.Et Salu.in Iugurthino.Signo dato caſtra ho
ſtium inuadunt:ſemiſomnos partim:alios arma ſumentes fugant.Inſomnem & exſom
nem draconem ſæpe legimus.& fere hanc differentiam ſeruatam inuenimus.Hæc admonui:ut in
nominibus quæ ancipitem in compoſitione declinationem ſortita'ſunt:tamen ſciamus uſum fre/
quentiorem imitandum.Seneca autem de breuitate uitæ ait:Quam multi extrema crapula ſemi/
ſomnes & graues.

De exeuntibus in oſus.Ca.xxiii.

NOmina quæ exeunt in oſus:partim a noĩe deſcendunt:partim a uerbo:partim ab utroq;
& ea qdẽ quæ deſcẽdũt a noĩe:habitionem ſiue uehementiã:copiãue ſignificãt & affecti/
onẽ:ut aĩoſus:ingenioſus:lacertoſus:neruoſus:ſaxoſus:aquoſus.Hæc copiã ſiue uehe/
mẽtiã habitionẽq; ſignificãt:ꝙ habẽt in ſe uehemẽtiã ac copiã aquæ:ſaxoꝝ neruoꝝ:lacertoꝝ:inge
nii animi.Vinoſus:mulieroſus:libidinoſus:ſeditioſus:factioſus:ꝙ affectus eſt ad hæc & amat uinũ:
mulieres:libidinẽ:ſeditiones:factiones.Rurſus ea quæ a uerbo ſunt.partim actionem ſignificant:
partim paſſionem:partim utrunq;:ſtudioſus faſtidioſus:ſtomachoſus:iniurioſus:contumelioſus:
curioſus:ſemper actiue ab auctoribus accipi ſolent.Ocioſum eſt in re aperta inculcare exẽpla:quæ
uulgo ſunt plurima.Hæc enim accipiuntur pro his qui operam dant ſtudio:qui faſtidiunt qui ſto/
machantur:qui iniuriam contumeliamq; faciunt:qui nimis curant niſi uelimus hæc a nominibus
uenire non a uerbis:ut frauduloſus:qui fraudem facit:quod a fraudula diminutiuo uidetur uenire
potius q̃ a fraude:quemadmodum meticuloſus qui timidus a meticulo magis q̃ a metu:& ſomni/
culoſus magis a ſomniculo q̃ a ſõno:& ſiticuloſns a ſiticula magis q̃ ſiti uenit.Tenebricoſus quoq;
reperitur & tenebroſus:licet quædam ab uſu regulaq; recedant montuoſus potius q̃ montoſus:la
lutoſus q̃ ſaltoſus:tortuoſus q̃ tortoſus:Verũtamen quæ ſunt quartæ declinationis aſſumunt u.ut
uultuoſus:actuoſus.fructuoſus.Ideoq; illud in pſalmo:oues eorum fœtoſæ legendum eſt fœtuo/
ſæ a fœtus:ſicut'e diuerſo pleriq; ſcribunt monſtruoſum pro monſtroſo.Luca.mõſtroſiq; hominũ
partus.Nec modo in oſus nomina quartæ declinationis:uerum etiam in arius:ut ſalutarius:actua
rius:fructuarius:cũ noĩa ſecundæ declinationis careant u.ut aſinarius:caprarius. Odioſus & inui
dioſus paſſiuæ:Ille enim ſignificatur qui odio habetur & cui inuidia:nõ is qui odit & inuidet.Hæc
paſſionẽ ſignificant utiq; cũ a uerbo ueniunt:ſecus cum a nomine.Nã odium moleſtiam quoq; an
tiquitus ſignificabat.Teren.in phor.Nunq̃ odio tuo me uinces.Et iterum.Si porro eſſe odioſi per
gitis:id eſt moleſti.Cice.Ad atticum.Sed cum horas tris fere dixiſſet:odio & ſtrepitu ſenatus co/
actus eſt aliquando perorare.Et in Catone maiore:Infirmo corpore odioſa eſt oĩs offenſio.Et de
oratore.Verũ ſi placet quoniã hæc ſatis ſpero uobis quidem certe maioribus moleſta & putida:ad
reliqua aliquanto odioſiora pergamus.odioſiora dixit quaſi moleſtiora.Inuidia autem præter illã
ſignificationem nota eſt.uel dicto uel facto in alterum maliuolentiæ conciliatio ut ſi qs referat oſtẽ
dat ue calamitates ſuas:ut auctori calamitatum odium cæteroꝝ concitet:& hoc uocatur inuidiam
facere:uel uocare:aut adducere in inuidiam.Inde inuidioſa res:quæ atrocitatem facti augens inui/
ſum illud uel illius auctorẽ facit:& inuidia quaſi atrocitas uel detractio.In quã ſignificationẽ acci/
pio illũ uerſum.Inuidiã nimio cultu uitare memento.Nã latentem inuidiam quia non deprehen/
do;uitare nequeo:ſed eam quæ extrinſecus ſignificatur uel uoce uel geſtu cũ populus ĩdigne fer/

Ayuntamiento de Madrid

re ſe indicat in aliquo nimium & inſolentem corporis cultum. Ideoqꝫ ſubiſigitur. Quæſi nõ lædit tamen hanc ſufferre moleſtũ eſt. ſ. hanc uel uoce uel geſtu: uel utroqꝫ modo detractionẽ. Quare illud quoqꝫ terẽtianum. Ita ut ſine inuidia laudem inuenias & amicos pares. Et illud Saluſtii. Licet e Demoſthene ſit ſumptũ: inuidiã gloria ſuperaſti. Formidoloſus: laborioſus: operoſus pariter actiue paſſiueqꝫ accipiunt. Terẽtius. Egon formidoloſus: id eſt ego ne qui timeam. Saluſtius. Regibus boni q̃ mali ſuſpectiores ſunt: ſempqꝫ his aliena uirtus formidoloſa eſt: id eſt quæ formidatur. Cic. Videtis ut ſenectus nõ mõ languida nõ ſit: uerũ etiã operoſa: id eſt quæ agit: & rebus agendis operam dat. Idem pro Cælio. Vos laborioſos exiſtimet quibus ocioſis ne in cõmuni quidem officio liceat eſſe. Ouidius. Moles operoſa laboret. Operoſa quæ ab aliquo operata eſt: nõ quæ aliquã facit uel uehemẽtis operis: & multarũ operarũ. Ita res laborioſa: uel qꝫ in ea laborẽ capiamus neceſſe eſt uel qꝫ plena laboris eſt. Voluptuoſus quoqꝫ & religioſus licet e uerbis nõ ueniunt: tamẽ iſtis ſimilia ſunt: ut affectionem ſignificẽt & habitionem ſiue plenitudinem: ſimulqꝫ actiue accipiãtur: & paſſiue. Voluptuoſus homo qui per quã amat uoluptatem: res uoluptuoſa quæ in ſe habet uoluptatem uel quæ plena eſt uoluptatis: & qua homo delectatur: ille recipit: hæc res recipit. Religioſus homo qui amat religiõem. Sepulcra & monumẽta religioſa ſunt: id eſt habent in ſe religionẽ. Ille adorat: hæc adorantur. Præterea glorioſus: famoſus: & imperioſus: nõ nihil & ipſa cæteris differunt. Nam licet legamus glorioſam uictoriã: id eſt plenam gloriæ. Et apud Iuuenalem Famoſos equitum cũ dictatore magiſtros: & imperioſos populos hoc eſt latũ impiũ poſſidentes: tamẽ dicimus ita glorioſum hominem affectatorem gloriæ ut uinoſum cupidum uini: & mulieroſum nimis appetentẽ mulierem: qualis miles glorioſus apud Plautum & Terẽtiũ. Et famoſum pro infami & turpi: ut famoſa mulier quæ noſcitur impudica eſſe. Et imperioſus oſtentator imperii in exercẽda ſæuitia: qualis Torquatus apud Liuium: qui filium ſæuitia ob imperiũ contemptum occidit: unde imperioſus appellatus eſt. Verum glorioſus & imperioſus quando honeſtæ ſignificantiæ ſunt pro gloriam imperiumqꝫ habẽte habitionem plenitudinemqꝫ ſignificant: Quando inhoneſte: affectionem ut dixi. Similiter quæſtuoſus & ſumptuoſus ab affectione magis q̃ ab habitione ſiue plenitudine ueniunt. Quæſtuoſus homo eſt auidior quæſtus & lucri undiqꝫ lucra quæritans. Sumptuoſus q̃ auidior eſt ſumptus q̃ quæſtus: & immoderatum ſumptum facit: id eſt immoderatas impenſas. Quæ duo magis poſſunt accipi actiue q̃ paſſiue: magiſqꝫ ad homines pertinẽt: ut homo quæſtuoſus. homo ſumptuoſus. Luctuoſus uero magis ad rem: ut res luctuoſa: hoc eſt plena luctu. Neſcio an liceat de homine miſero & afflicto dicere homo luctuoſus: ſicut fortuna huius luctuoſa. Ab induſtria autem nõ habemus induſtrioſus: ſed induſtrius: nec a uirtute uirtuoſus more græcorum qui αϖο τουαρετη: non dicunt αιρετοσ: licet habeant αιρετοσ: ſed pro illo dicunt tum αγαθοσ: id eſt bonus: tum αϖο υλαιοσ: id eſt ſtudioſus: Ariſtotele quoqꝫ & aliis quibuſdam teſtantibus: quod Cice. ad Herennium imitatus eſt dicens: Ideoqꝫ bonis uiris & ſtudioſis amicus erat. Moroſus a more uenit: non a mora. Primam enim habet lõgam: ut mos moris: Significat eum qui nimis exacte: nimiſqꝫ ad unguem fieri oĩa poſtulat: ut aliquando ob id indignetur atqꝫ iraſcatur: ut Suetonius de Cæſare: Circa corporis curam amoroſior ut non ſolum tõderetur diligenter: ſed etiam uelleretur. Et idem de Tyberio: Sed affectione & moroſitate obſcurabat ſtiluꝫ: Cicero de ſenectute: At ſunt moroſi & anxii. & iracundi & difficiles & ſenes: Et idem ſecundo de oratore. Me quidem hercle illa ualde mouent ſtomachoſa: & quaſi ſummoroſa ridicula: non cum amoroſo dicuntur: tum enim non ſal: ſed natura ridetur. Suetonius accepit pro cupido nimis exactæ diligentiæ. Cicero adiungit impatientiã & iracũdiam: in ſignificato tamen illo ſuperiore poſuit in oratore: Vſqꝫ adeo moroſi ſumus: ut nobis nõ ſatiſfaciat ipſe Demoſthenes: Deniqꝫ ſic dicitur moroſus a nimia diligentia & ſeueritate: ut curioſus: a nimia cura: quotiens plus diligentiæ q̃ oporteat impẽdimus rebus: uel noſtris uel alienis. Noſtris: quũ minutiſſima quæqꝫ diſqrimus & nullius frugis. Alienis cũ de rebus cæteroꝝ occultioribus nõ ſatis cũ pudore pſcrutamur aut interrogamus: Sed non tam a cura curioſus uidetur deſcendere: q̃ a curia: cuius cõpoſitũ eſt magis in uſu incuria: id ẽ negligentia: tametſi curia a cura uocatur. Atqꝫ ut curioſus a peruerſa cura uocatur: ita cerebroſus a peruerſo cerebro. Vnde Horatius: Donec cerebroſus proſilit unus: id eſt inſanus & pũerſi cerebri. Pannoſus & ipſum aliqd differẽtiæ habet. Is enim dicitur pannoſus qui craſſo panno ac uili optus eſt. nec de hoc niſi de paupere dicitur: quæ exempla ſunt plurima.

De uerbis inchoatiuis falſo ſic dictis. Ca. xxiiii.

GRammatici auctores uno ore uniuerſi qui de hac re ſcriptum aliquid reliquerunt: aiunt illa uerba in ſco ut caleſco: frigeſco ſignificare inchoationem. ideoqꝫ inchoatiua. illa in ſo ut uiſo. deſiderium: ideoqꝫ deſideratiua: Illa in rio: ut eſurio meditationem: ideoqꝫ meditatiua appellari: in quibus omnibus ab omnibus diſſentio. Sed Priſcia. eruditoꝝ nuper irmopotiſſimũ reſpondebo: qui ut ordinem ſequar: inqt in illo Vergilii uerſu: Aegreſcitqꝫ medendo: ſignificare inchoationẽ. Qualem medicũ uoluit eſſe Priſ. quo curante qs incipiat ægrotare: q̃q̃ quomodo curari quis ante poſſit: q̃ ægrotus ſit: Neceſſe eſt ergo ut ante ægrotare cœperit: Et cum dicitur ægreſcere: intelligatur intermedẽdum ægriorem fieri. Et hoc de Turno Vergilius intelle-

Ayuntamiento de Madrid

xit:cuius augebatur ægritũdo ad Latini ſalubria conſilia:ſicut de Didone prius dixerat:Expleri mẽ-
tem nequit:ardeſcitq́ tuendo. Quid igitur attinet exẽpla repetere.cũ nũq̃ in ſenſu inchoationis
reperiatur. An illud apud Quintilianũ hoc ſignificat. Tenuit conſuetudo quæ quottidie magis in-
MVltis in locis Priſcianus teſtatur nihil intereſſe an utamur primitiuo:an deriuatiuo in illis ꝓnominibus mei:tui:ſui:Quid eſt.n.inquit meus eſt filius:niſi mei filius & a ibi mei ager eſt & mei agri inſtrumẽtũ:& mei agro dedit:& mei agrũ colo:Similiter mei agri:& mei agrorꝫ:& mei agros dicimus.Similiter tui agrũ & tui agros:ſui agrũ & ſui agros:& noſtri agrũ & noſtri agros:ueſtri agrũ & ueſtri agros.Et alibi:Amat ille ſuũ filiũ & amat ſui filiũ:bene dicit ſuo filio & bene dicit ſui filio.Petit a me ut ꝓſim ſuo filio:& proſim ſui filio:& in aliis adhuc locis niſi hac ratione ut ipſius utar uerbis.Si ipſa tñ poſſeſſio in poſſeſſorẽ faciat trãſitionẽ:non eſt cõgruũ uti pro genitiuo primitiui poſſeſſiuo:qa uim habet cõpoſiti græci:ut Ciceroni redit ſuus filius:nõ ſatis cõmode pro hoc dicit̃.Ciceroni redit ſui filius:nec Ciceronẽ laudat ſui filius:pro ſuus filius:& ſimilia.Quia nec apud græcos bene dicit̃:niſi more attico pro ſimplici accipiat̃.In quo Priſcianũ falli:uel ex hoc argumẽtũ eſt:ꝙ nulla ut fere ſolet:auctorum exẽpla attulit:& de cõtrario illorꝫ uſu reticuit.Ego autẽ qm̃ de his triũ ꝓnominũ genitiuis inter me & Priſ.quæſtio eſt aliquãto altius repetã de natura genitiui & de uſu doctiſſimorꝫ auctorꝫ diſputabo:& licet nõ pauca in hãc rẽ mihi dicẽda ſint:nõ ꝑſequar tamẽ paruula quædã & minuta ut tot uerbis ille fecit:ſed quæ eruditiſſimis euadere uolẽtibus ſint gratiſſima:quæ cũ ignota fuerint Priſ.declarat eũ nõ ſatis ſtilo oratorio eſſe exercitatũ.Genitiuus oĩs:ut taceam ſiqui ſunt alii modi:aut actiue:aut paſſiue accipit̃.Adde etiã poſſeſſiue:quod pene pro actiue accipio.Actiue ut ꝓuidentia dei:bonitas dei:paſſiue ut timor dei:cultus dei.Ibi deus ꝓuidet:& benigne agit:nõ ipſi ꝓuidet̃:& benigne fit.Hic timet̃ & colit̃:nõ timet nec colit.Poſſeſſiue ſedes dei:regnũ dei Atq; in huiuſmodi oratione intellectus aptus atq; unus eſt:ita in illis ambiguus & anceps:amor dei:charitas patris:ſuſpicio uxoris.Dubiũ ẽ de utroloꝗris:an de amore quẽ deus ĩ nos habet:an de eo quẽ nos in eũ:de charitate patris in filios:an filiorꝫ in patrẽ:de ſuſpicione naturali:an de ſuſpicione uxoria.Taceo ꝙ aliquãdo ambo hi genitiui eidẽ orationi adſunt:ut in Cato.maiori Cic.Quid de P.Licinii Craſſi & põtificii & iuris ciuilis ſtudio loquar:Craſſus ſtudet quod eſt actiue:uis ut ſic dicã ſtudet̃ quod eſt paſſiue.Iterũ de offi.li.i.Quare.L.Scyllæ.C.Cæſaris pecuniarũ trãſlatio a iuſtis dñis ad alienos nõ debet liberalis uideri:Tria igit̃ pronoĩa de qbus agimus:ſola oĩu; binos genitiuos ſortita ſunt unos:mei:tui:ſui alteros qui iã exoluerũt:mis:tis:ſis:in quorꝫ pene locũ ſucceſſerũt deriuatiua meus:tuus ſuus:horꝫ binorꝫ genitiuorꝫ antiqtati placuit alteros actiue ſignificare:alteros paſſiue.Nam illa mis:tis:ſis.ut cõiectura ducor:actiue ſiue poſſeſſiue ſignificabãt ut hæc ipa meus:tuus ſuus.Vnde pronomina poſſeſſiua uocitãtur.Ennius in ſecũdo.Ingens cura mis cõcordibus æqparare.Plautus in penulo.Da diẽ hunc ſoſpitẽ rebus mis agẽdis.Quãuis idẽ in milite & iterũ in mercatore ſtis pro

Ayuntamiento de Madrid

tui uideri poſſit acciperet:tamē hic cū Ennio mis poſuit pro meis:nō mei quod nō licere fieri:auctoritatē ex auctoribus repetamus:nec accipi nūq̄ mei:tui:ſui:niſi paſſiue. M.F. Qu. Et qđ iter iſta difficillimū fuit:amore mei uicit etiā matrē ſuā. Ci. Quod deſideriū tui ferre non poſſet:& me tui pudet: Vir.in.vi. Quiq; ſui memores alios fecere merēdo. Teren. Hoc unū ſcio hanc meritā: ut memor eſſe ſui. Nō ſignificať hic amor meus:quē in alterū habeo:ſed ut ſic dicā:de me quem alter habet:& quo amor. Itē nō deſideriū tuū:ſed alterius de te:& pudor nō tuus:ſed de te:& memoria nō ſua:ſed de ſe. Similiter in plurali dūtaxat duoꝝ. Nā ſui nō uariat uocē genitiui pluralis: at ne ſingularis qdē ut Priſ. placet. ſis. n. nō reperiť:ut tis:mis. Ideoq; opinor & hæc duo illius exēplo pariter itercidiſſe:cū ꝓſertim iuicē eoꝝ ſuccedant deriuatiua. Habent itaq; hæc duo ꝓnomina in plurali noſtrum & ueſtrū:quæ reſpondent ad illa mis:tis:& itē noſtri & ueſtri:quæ reſpōdent ad illa mei:tui: ut nemo nr̄orū:nemo ueſtrū:nō aūt nemo noſtri:nemo ueſtri. Rurſus habete curā noſtri:ſicut habemus curā ueſtri:nō autē habete curā noſtrū:ſicut habemus curā ueſtrū. Siqs exēpla deſiderat: ſibi facile repire poterit. In diuerſa opiniōe Seruius grāmaticus eſt qui ait: Noſtri autē & ueſtri gtūs pluralis eſt autiqtus:& ex græco deſcendēs: ſicut ſingularis eſt mis & tis: & hoc eſt unde dicimus noſtri cā fecit':hoc eſt noſtrū. Forſitā. A.G. ut poſtea apparebit:eſt ſecutus: Sed hos & Priſ. cū aliis in errorē:ut auguror induxit:ꝙ interdū inueniunt hæc nō ad aliā referri ꝑſonā: ſed reciproca eſſe: ut Ego oīa facio amore mei:tu illud feciſti gratia tui Oblituſq; ſui eſt ithacus diſcrimine tāto:ſed nō fuit cauſa cur errarent. Nā ita his paſſio eſt:ut in illis: nec alio modo aliquid ego facio amore meiipſius q̄ tu amore mei: Vt enim diligor abs te:ita deligor a me: ut eſt apud Ouidianū Narcyſum: Vror amore mei:& tu ſic ab altero:ita a teipſo deligeris:& ſibi qſq; amicus eſt ut alteri. Eſt alia præterea cauſa cur errarent ꝙ uident hæc quæ nos diſtinximus:per actiue & paſſiue in multis indifferenter poni:ut cauſa mea & cauſa mei fama mea & mei:imago mea & mei:poteſtas mea & mei: uſus utilitaſq; mea & mei:mēoria mea & mei. Interdū etiā ipſa deriuatiua pronoīa paſſiue accipi ut apud Terē. ut apperet facile deſiderio id fieri tuo:uidelicet ꝙ tu deſideraris:nō ꝙ deſideraſ: Quale eſt accuſatio mea & crimē meū. cū accuſor criminis: q̄ſi accuſatio mei & crimē mei:ſed nō ſatis ſollertis fuit facile falli: Nam hoc ultimū ubi paſſiue poſitū eſt pronomē deriuatiuū:quod qdē rarum eſt:nō magis cōtra me facit q̄ cōtra ueteres oēs qui hæc ꝓnoīa poſſeſſiua uocauerunt:id eſt ſignificantia poſſeſſionē:quod ut dixi:rarū eſt. Ideoq; non paſſim hoc reperias: Nō enim dicas pro eodē dolorē tuū & dolorē tui:ut dixit Terē. Deſideriū tuū pro tui:quod ſcilicet ipſe non dicerē. Verū quādo qdē nō infinita hæc oīa ſunt quæ natura quadā ab uſu alioꝝ recedunt:non grauabor de nōnullis ſigillatim dicere:dū nō grauentur audiētes legēteſq; hæc audire uel egere. Dicā tamē breuiter:& res digna ſcitu imprimis:in qua uidemus maxios etiā eſſe allucinatos. Primū eſt:cauſa mea ueniſti & cauſa mei. Cauſa mea accipiť poſſeſſiue:eo modo quo uia mea ueniſti: pecūia mea feciſti ſumptū:iter meo ſumptu feciſti. Cauſa mei uero paſſiue:eo modo quo beniuolētia mei. Modus tñ ꝑor eſt uſitatior. Quid aūt de hoc Seruius idē ſentiat:poſtea uidero:fama mea & fama mei eiuſdē ratiōis eſt:& mea fama frequētius dicimus. Imago mea. ſ. quæ mea eſt:ut ſtatura mea forma mea imago mei nēpe quæ de me eſt. Sed prior modus uſitatior: Hæc quæ ſequunť in utrāq; ꝑtē frequētiora:ut alterū tamē alterius ſenſus ſit. Mēoria mea actiue quod ego recordor. Memoria mei quod alii de me recordātur:uel mētionē habent:ſæpe etiā poſſeſſiue eo modo quo fama mea: dolor meus quē ipſe patior:dolor mei:quē alius de me patiť:uel forſitā ego ipſe ſimq; dolens meā uicē: ſicut dicimus miſereor mei. Copia mea poſſeſſiue quā ego poſſideo: copia mei paſſiue qua ego poſſideor. Vt faciā oib⁹ copiā mei nō meā. Meretrix facit oībus copiā ſui:nō ſuā. Ptās mea quā habeo:mei qua habeor:nec pulchre dicas alterū pro altero:ut tu uides ptātē meā quāta eſt nō mei. habes ptātem mei:nō meā:niſi aliud ſignificet pro eo ꝙ habes eandē ſimilemue poteſtatē: ut apud Cice. de bello Marſico: Octauius oībus faciebat ſui cōueniēdi ptātē. Vtilitas mea aliud eſt q̄ utilitas mei. Ibi poſſideo:hic poſſideor. Quin. Sed ut aliquid ꝓſtaret patriæ utilitas mei:id eſt de me:nā fieri pōt ut in eadē re nō ſit utilitas ſua alicui cū utilitate ſui qdā legūt utilitas mei Idē: Quid nunc agā: aut quē ultra eſſe uſum mei diis rapugnantibus credā:uſus inq̄ eſt nō meus: ſed ex me aliorū. Adhuc idē: Præſens quidem illa protinus redditur merces:ꝙ omnibus quibus inſedere:odorē mellis inſpirat:& breui contractu uim ſui relinquunt:uim non ſuā:ſed ex ſe. Quomodo te captū amore mulieris illa malet habere copiam ſui q̄ ſuam. Faſtidium meum quo ego alios faſtidio: faſtidium mei quo ego ab aliis faſtidior. Vt idē ſeu mulier omnibus expōita mortalibus uanitatē faſtidio mei deſpectuq; captauit. Hæc ſunt & his ſimilia:non tamen plurima quæ ancipitem naturā habent. Cætera uero minime. Nō enim ſic dicimus:pulchritudo mei:fortitudo tui:longitudo ſui:ut imago ſui: non prudentia:non ingeniū:nō ſapientia:non ꝓbitas:nō uirtus:nō innumerabilia. Quod ſi tā parua res eos mouit:debuit e diuerſo illud magis mouere:quædam quæ nō multa ſunt habent ancipitē ſignificationē:ſed quā nemo niſi cæcus non diſcernat:ut pars:dimidiū:mēbrum:mediū quid: aliquid:multū:& ſiqua alia. Quis enim non uideat cum dico hæc eſt pars mea:nō de corporis mei parte intelligi:ſed de hereditatis:& iterum hæc eſt pars mei:nō de hæreditate:ſed corpore: Manus



Ayuntamiento de Madrid

pars mei eſt:non mea.Fundus pars mea eſt:non mei.Dimidiũ tui maius ait eſſe:q̃ dimidiũ ſui pro/
fecto de corpore intelligo:dimidiũ tuum maius ait eſſe:q̃ dimidium ſuum:de p̃da aut de cibo:aut
de ſucceſſione aliiſq; ſimilibus intelligendũ eſt.Medium tui tangam non mediũ tuũ:e medio tui ꝑ/
diit:non e medio meo.Vt auferam iniquitatẽ e medio mei iſrael.Membrũ cum pro parte accipit
eandem rõnem ſequit:ut Hic puer membrũ mei eſt:quaſi pars mei.Sin pro membro al quo:& in
ſuo ſignificato ita accipit:ut caput:ut manus:ut pes.Hic puer membrũ meũ eſt:quaſi ſic ut caput:
& manus.Hic digitus mẽbrum meum eſt:nõ mei.Item.Quid mei tetigiſti:qd tui uidi:aliqd tui
uirgo perdes:ſi uenatũ prodibis cũ adoleſcẽtulis:nõ aliqd tuũ:niſi dicamus tui a neutrali genere.
ut Cic.de orato.libro.iii.Exquo uereor.ne nihil ſim tui:niſi ſupploſionem pedis imitatus:id eſt de
tuo nõ de te Vlyxe ſiqd tui Polyphemus p̃hẽdet:id omne deuorabit.Mei nihil attigit:Quicqd.n.
attigiſſet mei:ſtati cõtriuiſſet.Multũ mei ille auferre põt:ſed plus tui.Plus inq̃ de te:q̃ de me:non
de tuo & de meo.Itẽ quicqd Melibœe diripui:aliqd meũ fuit:nõ mei.Nunc redeo ad Seruium:qui
ait tui cauſa feci:& tua cauſa feci:hanc diſcretionẽ habent:ut tui cauſa tunc dicamus:ſi aliqd ipſi ad
quẽ loqmur:præſtiterimus:ut puta tui cauſa te defendi.Vir.in.xii.Victus amore tui:cognato ſan
guine uictus.Cõiugis & mœſtæ:lachrymis uincula oĩa rupi.Tua uero cauſa cũ alteri aliqd alterius
cõtẽplatione p̃ſtamus:ut tua cauſa mãcipiũ tuũ defendi.Si Seruius tantũ de hoc uocabulo cauſa lo
qtur:& nõ in uniuerſum de oĩbus huiuſmodi:nõ recte attulit exẽplũ alterius uocabuli:p̃ſertim nõ
nihil naturã differẽtis.Si uero de oĩbus nõ põt una lex dari diuerſis:ut ſupra oſtendimus:ſi tamen
lex eſt:& nõ potius cõtra legẽ oĩum uteter.Nã ut ego dicebã:cauſa ſæpius cũ ꝓnoĩe deriuatiuo co
pulatur:atq; hoc qdẽ indifferenter ſiue aliena ſit cauſa:ſiue tua.Veluti ſiqs dicat:Epicurus uult oĩa
cuiq; agẽda eſſe cauſa ſua:mihi mea:tibi tua:illi ſua:nobis noſtra:uobis ueſtra:nõ mihi tua aut ſua:
nec tibi mea:nec illi noſtra:nec nobis ſua:nec uobis noſtra.Hic nihil opus eſt admiſcere primitiuũ.
Sed ne ſine exẽplo loquar:qđ ipſe fecit.uno uero contẽtus ſum pro ex Quint.Mea depugnaſti cau
ſa:tua periſti.Atq; hoc qđ Seruius p̃cepit nobis:ipſe cõſtanter uſus eſt:neminẽ tamen ſecutus:q̃le
eſt illud in.vi.æneĩ.Nõ ſpe ſalutis:ſed mei cauſa:& in.viii.Hæc ſigna mei cauſa fiũt:& in.ix.Vult.n.
intelligi ſui cauſa matrem ſecutã.Verũ qd mirũ de Seruio:cũ.A.Gellius & qdẽ antiqor:nõ mo/
do nullum exitũ in hac quæſtione poteſt reperire:ſed etiã nõ optima ſentit.Ita.n.inqt.Cur igitur
Ter.Pœnitet noſtri:nõ noſtrũ:nihil hercle mihi uenit in mẽtem niſi auctoritas cauſa uetuſtatis:nõ
minus anxie nec ſup̃ſtitioſe loquentis.Paulopoſt.Sed proculdubio qui rectiſſime loqui uellet:no/
ſtrũ potius dixerit:q̃ noſtri.Et iccirco importuniſſime fecerunt qui in pleriſq; Salu.exemplaribus:
ſcripturã ſynceriſſimã corrupunt.Nã cũ ita in catil.ſcriptũ eſſet.Sæpe maiores noſtrũ miſerti plæ/
bis Ro.noſtrũ aboleuerũt:& noſtri ſubſcripſerunt ex quo in plures libros mendæ iſtius indoles
manauit.Tu.A.G.de genitiuo noſtri loqueris:nõ de noĩatiuo noſtri plu.numeri.Vtrum rectius
ſit:at exẽplũ Salu.ut mihi & cæteris placet:in noĩatiuo caſu nihil ad rẽ facit:neq; ad exẽplũ Terẽ.
& hi qui ut tu uis.Salu.ſcripturã corruperũt:nõ in genitiuũ mutauerũt ſonũ illũ:ſed in nominati
uũ:per quẽ caſum nõ audeas tu dicere corrupte nos loqui:immo quantũ ego ſentio:corruptius.
Eſt.n.una eadẽq; uox noſtri:ab eo quod eſt ego genitiui caſus:& noĩatiui ab eo quod eſt noſter.
Neq; uero ego repugno.A.G.dicẽti mutatã eẽ ſcripturã:a noſtrũ in noſtri noĩatiuũ:tñ nõ geniti
uũ.Nã neq; reliqs recte in genitiuũ mutaſſet.neq; rationẽ mutaſſet.Quin potius fateor & hoc li
bẽtius:ꝙ unicũ illud exẽplũ qđ ipſe & Plauto ꝓtulit.fortaſſe mẽdoſum eſt dicẽs.Duoꝝ labori ho
minũ pepciſſem libẽs:mei te rogãdi:& tui mihi reſpõdendi.Ait aũt Gel.mei hoc in loco Plautus
nõ ab eo dixit quod eſt meus:ſed ab eo qđ eſt ego.Itaq; ſi dicere uelis patrẽ mei pro patrẽ meũ:qđ
græci modo dicũt inuſitate qdẽ:ſed recte ꝑfecto eaq; ratione dicas:qua Plautus dixerit:labori mei
pro labori meo.Nolo eqdẽ tã cõfidẽter:ut fecit Gel.ſcripturã mendoſam dicere & affirmare quod
inexploratũ habet.Taceo ꝙ dãnat fortaſſis ĩmeritos:qui nec corruperũt ſcripturã:& melius ſic di/
ci putauerũt.Quæro cũ ueriſimiliꝰ ſit aliquos ſcripturã illã mutaſſe Saluſtii:ĩ qua nihil abſurdi erat:
q̃ hãc Plauti:qui grãmaticoꝝ leges:q̃ſi eſt Priſ.& Seruius:& Donatus:qui hũc poetã in ſchola lecti
tabãt facere uidebat:ſi ita diceret.Duoꝝ labori hominũ pepciſſem libẽs:meo te rogãdi & tuo mi/
hi reſpõdẽdi.Nulla nãq; grãmaticæ ratio uidet hoc poſſe tueri:quin quotiẽs per indiuidua exponi
mus ſigillatim quod dixeramus per uniuerſum:eodẽ caſu utamur ſic Duobus hoĩbus laborem de/
traxi:neceſſe eſt dicamus mihi.ſ.& tibi:nõ autẽ meũ & tuũ:tñ ut ſentio in genitiuo ꝑmiſſum eſt:ut
affert hic accuſationẽ duoꝝ hoĩu;:mei & tui:ſiue meã & tuã:q̃le hoc loco fit:ſed dicẽdũ potius per
ꝓnoĩa deriuatiua:qa poſſeſſio ſiue actio ſignificat:nõ paſſio.Quod ego mutatũ eſſe uolo dicere ab
ipſo.A.G.ſed a grãmaticæ ꝓfeſſoribus:quoꝝ nihil eſt ſup̃cilio ſup̃bius:nihil quoq; improbius:&
ad emẽdandos libros uel corrũpẽdos potius magis audax.Præterea Pla.licentia uerboꝝ põt dici
uſus:in qua fuit plane nemo liberior.Poſtremo qd habet momẽti ex uno auctore:& eo poeta af/
ferre unũ exẽplũ in tãto numero oĩs generis auctoꝝ.Qui a deo reſurgerũt dare actiuã ſignificati/
onẽ his tribus genitiuis primitiuoꝝ:ut eos mutarerint in alterã uocẽ:genitiuis aliarũ dictionũ cũ
qbus cõiũcti erãt:natura repugnãte minime mutatis:ut Cic.in Gabiniũ & Piſonẽ.Dico mea uni/

Ayuntamiento de Madrid

us opera remp.eſſe liberatã.Idẽ ad Atticũ.Solius.n.meũ peccatũ corrigi nõ p õt.Idẽ pro Murena.
Et tuo ipſius aĩo cõiecturã ceperis.Nõ dixit ac ne dicere qdẽ potuiſſet mei unius opera:mei ſoli
us peccatũ tui ipſius aĩus:& in plurali Quin.Deinde cũ ſatis uires eoꝝ explorauerint:ſuæ ipſoꝝ fi
duciæ ꝑmittũt:nõ dixit ſui ipſoꝝ fiduciæ.Quid multis:cũ etiã apud recẽtiores de xp̃ianis loquor:
hoc ſit obſeruãtiſſimũ:ut in pſalmo.xl.&.lxviii.ſm hebraicã ueritatẽ:quoꝝ alter ita incipit:Dñe cla
maui ad te:feſtina mihi:exaudi uocẽ meã clamãtis ad te.Alter ſic:Audi deus uocẽ meã loquentis:
a timore inimici ſeruauit aĩam meã:& in.lx.ſecũdũ aliã e græco trãſlationẽ:Dñe memorabor iuſti
tiæ tuæ ſolius.Eſt aũt ſolius nõ fœminini generis:ſed & maſculini:ut ex græco apparet:referturq;
ad dñm:nõ ad iuſticiã.Itẽ lib.regũ.ii.Suſtulit de latere meo ancillæ tuæ dormiẽtis:& in euãgelio
Lucæ:Et tuã ipſius aĩam ꝑtrãſibit gladius.Nec deſunt qdã impite docti:qui conant̃ illud exponere
tuã ipſius aĩam aliud eſſe:ꝗ tui:ſi tui dicere liceret:hoĩes ignaros nõ ſolũ theologiæ:ſed etiam litte
rarũ:interrogẽt græcos & reperiẽt penes eos unde nos ſumpſimus tui eſſe:nõ tuã:cũ illi nõ habe
ant in his ꝓnominibus quã nos elegãtiã.Ideoq; apud eos eſt pater noſter uel noſtri:qui es in cælis:
ſanctificet̃ nomẽ tui:adueniat regnũ tui:fiat uolũtas tui ſicut in cælo & in terra.Panẽ noſtri uel no
ſtrũ da nobis hodie:& demitte nobis debita noſtri uel noſtrum:ſicut & nos dimittimus debitori
bus noſtri uel noſtrũ:quæ nos ne barbare loq̃remur mutauimus in ꝓnoĩa deriuata.Ex quo appa
ret nõ modo illud.A.Ge.maiores noſtri per genitiuũ cõtra grãmaticã:uerũ etiã illud maiores no
ſtrũ cõtra uſum potiuſq; in tali genere utẽdũ deriuatiuo noſtri ꝗ primitiuo noſtrũ:Licet hac rõne
nõ uterent̃.Nec uſꝗ cõtrariũ exẽplũ reperire cõtingit:niſi unũ in epiſtola ꝗdã.Cic.ad Curionẽ ſic
dicẽs.Eã aũt unius tui ſtudio me aſſeq poſſe cõfido:qđ & ſi defendi poſſet ſtudio pro grã & fauore
uel amore alioꝝ erga te:ut apud Hora.ad Liuiũ:Ne ſtudio noſtri pecces:tñ mali dicere id factũ eẽ
uitio librarioꝝ:Ac ne ſemꝑ culpã reiiciã in librarios:falſo dabo argumẽtũ:cur & prius & nũc meri
to in illos ĩpetũ faciã.In ꝓxima ſtatim epiſtola legit̃ bis tyrãno.P.Lẽtulo pro eo qđ eſt trib.plebis.
Et in p̃cedẽte li.ad Lẽtu.qui eſt illius opis p̃mus:bis etiã idẽ uitiũ eſt in ſecunda & in.xi.epiſtola.Et
cũ oĩa:ut reor:maximã enĩ partẽ uidi exẽplaria:quæ in Italia ſunt mẽdoſa & deprauata hoc uitio eſ
ſent:nullus tñ tãtũ flagitiũ aĩaduetterat.Itaq; ſicut illud emẽdauimus ita hoc quoq; emẽdare & in
p̃ſtinã ſinceritatẽ reſtituere audeamus:Sic eã rẽ tuo unius ſtudio me aſſeq poſſe confido.Nec alia
cã factũ eſt:ut Terẽ.dixerit:Saluus ſu; meo p̃ſidio atq; hoſpitis:& nõ p̃ſidio mei atq; hoſpitis.Quĩ.
quẽ imitari Petrarcha ſi ſciuiſſet nõ titulũ opi ſuo ĩdidiſſet de ſui & alioꝝ ignorãti:ſed de ſua.Aliud
nãq; eſt ignorãtia ſui & ignorãtia ſua.Si tñ ſenſit de ignorãtia quã de ſe habuit recte dixit:& uulgo
dicamus:ſcio tuas diuitias qui te pauꝑem quereris:nõ tui diuitias.Aſpice liberos meos qui dicor
orbus:nõ mei liberos:cernãt ſua p̃dia qui mihi unũ fundũ ĩuidẽt:nõ ſui p̃dia:ubi nõ mõ genus diſ
ſimile ẽ antecedẽti & relatiuo:ſed etiã nũerus:ꝗꝗ ꝙ ualidiſſimũ eſt:ĩgẽs differẽtia ſignificatiõis eſt
ĩter p̃mitiua ꝓnoĩa & deriuatiua:Sed iſta oĩa fieri cogit:ꝙ nõ licet p̃mitiuis gẽitiuis dare ſignifica
tioẽ; actiuã:cuius rei & illud maximũ argumẽtũ aptiſſimũ eſt:qđ ſubiiciã nulli adhuc grãmaticoꝝ
ĩtellectũ:qđ dicimus mea:tua:ſua:nr̃a:& ur̃a:ĩtereſt & refert:nõ aũt mei:tui:ſui & ueſtri.Eſt autem
illud:mea:tua:ſua nõ ex ꝑte ante:ut qdã uolũt ſed ex ꝑte poſt:nõ aliter ꝗ cũ dicimus:Hoc ĩtereſt illi
us:ꝗſi hoc eſt officiũ illi⁹:ita hoc ĩtereſt mei:ſi liceret mei aliter accipe ꝗ paſſiue.Nũc dicius mea ĩ uo
ce poſſeſſiua:ſed ita tamẽ ut ſit p̃mitiuũ & ſubſtãtiuũ:nõ adiectiuũ.Deniq; ita ac ſi dicerẽus mis.Re
gi autẽ ex ꝑte poſt atq; adeo hoc uerbũ habere ante ſe ntũm:ſicut ſum es eſt:ſed ĩ neutro ge.qs du
bitet:cũ oĩa ſint plẽa exẽploꝝ:Ci.ꝓ Plãtio:Siqd mea mĩus ĩtereſt:id te forte magis delectat.Et pro
eodẽ:Nõ ſolũ qd cuiq; debeã:ſed qd cuiuſq; ĩterſit.Et ꝓ Sibylla:Ur̃a enim ꝗ cũ ſumma integritate
& elegãtia uixiſtis:hoc maxime ĩtereſt.Et pro lege manilia:Illud p̃mũ pauli refet:ubi etiã dicere poſ
ſemus:Illud mea ꝑui refert:ſed hoc nihil ad p̃ſens tp̃s:Hæc oĩa reſoluunt̃ ĩ uerbum ſubſtãtiuũ hoc
mõ.Siqd mĩus meũ eſt:qđ cuiuſq; ẽ ueſtrũ:hoc eſt maxĩe illud ꝑui momẽti eſt:ut appeat nõ differ
re:naturã uerbi ſubſtãtiui.& hoꝝ duoꝝ ĩpſonaliũ:niſi ꝙ illud naturaliter poſt ſe ntũm poſtulat:hoc
gtũm:ſed actiõis ſiue poſſeſſiõis more uerbi ſubſtãtiui:Sed hoc in cæteris noĩbus ac ꝓnoĩbus nihil
dubitatiõis hẽt:quoꝝ genitiui actiue paſſiue:poſſeſſiue:& ſiqs eſt alius modus:accipiunt̃:Mei aũt:
tui ſui diuerſam naturã habẽt.Quid igitur faciendum erat:Hæc paſſiue accipiũtur ſiue ꝑſſeſſiue:
nõ actiue nec poſſeſſiue.Illa uerba uolũt poſt ſe gtũm actiuũ ſiue poſſeſſiuum.Dãda ergo fuit uox
poſſeſſiui pro ſignificato primitiui:non genitiuus poſſeſſiui.qui idẽ erat qui eſt primitiui.Sed ab
latiuus ꝗ natura eſt gtõ ſimillimus:& ĩ genere fœ.uel tanꝗ medio triũ generũ:uel ſuauitatis gratia
ne durũ uideret̃ meo noſtro:tuo ueſtro & ſuo.Ideoq; hi ablatiui iũgi ſibi patiunt̃ adiectiua illa tanꝗ
actionẽ paſſionẽq; ſignificãtia in gtõ:ut ſupra demõſtrauimus.Sic mea ſolius intereſt:tua unius re
fert:ſua ipſius intereſt:nõ mei ſolius:tui uni⁹:ſuiipſius:niſi in alia loquẽdi figura:de qua mox ſubii
ciam.Vnde maxĩe palã fit nunꝗ hos gtõs ſumi niſi paſſiue:ut habeo curã mei ſolius:non meã ſolius
hẽo curã tui unius:nõ tuã unius:unuſqſq; curã gerit ſuiipſius nõ ſuã ipĩus.Cura ita eſt:qa hic paſſio
ſignificat̃ ubi ſupius uel actio uel poſſeſſio.Cuius rei exẽplũ ſuffecerit ex Teren.Hẽ tot mei ſoliciti
ſunt cã ut me expleãt.Et planũ qdẽ iã facimus tres gtõs;mei:tui:ſui paſſiue ſꝑ poni:meus:tuus:ſu

Ayuntamiento de Madrid

us:plærūq; poſſeſſiue.Ideoq; cum utēdum eſt illis primitiuoꝝ genitiuis mutari ſonū de i in a.Nūc
aliqua addenda ſunt de his dictionibus quæ legitime cōiunguntur cū huiuſmodi pronominū ge-
nitiuis .Nō enim oēs poſſunt Ante oīa nullū ſubſtantiuū in conſortio ſuo ſubſtinent:ut fili noli do
mo recedere reſpectu mei patris.qđ nō tam placuiſſe Priſ.reor q̄ per imprudentiā eſſe lapſum:cū
dicit:mei Priſ.eges:tui Priſ.egeo:& alibi:Ego Vir.tu Vir.ille Vir.Mei Vir.tui Vir.illius Vir.Hæc
enim oratio declarat meū Priſcia.Vergiliūue:aut tuū non me Priſc.Vergiliūue:aut te nō aliter q̄ ſi
dicas:Eges mei p̄ris:egeo tui dn̄i:qđ ꝓfecto nō eſt p̄mitiuoꝝ ab eo qđ eſt ego & tu:ſed deriuati-
uoꝝ ab eo qđ eſt meus & tuus:neq; diſcrimen facit q̄ hic appellatiuū nomē eſt:ibi ꝓpriū.Vir.Siq̄
tui corydōis habet te cura:uenito.Et alibi:Aeneæ mihi cura tui:& iterū:Aeneæq; mei.Quæ a me-
us:tuus:non ab ego tu:ueniunt.Itaq; ſic emēdemus Priſ.qui cū de lingua latina cōponit:antiq̄taté
omnē corrigēs:nomen ſuū latine ꝓloq neſciunt.Mei qui ſum Priſ.eges tui egeo qui Priſ.es,uel me
Priſciano eges:te Priſ.egeo:uel tui:uel te Priſ.egeo.Nā illud apoſtoli ad corinthios:Salutatio mea
manu Pauli e græco eſt ſumptū οασ ϖασ μοσ τηεμηχειρι ϖαυλου. Tertiū uero exemplū quod idē
protulit illius Pri.eget:recte dicitur.Non habent.n.cætera ꝓnomina ancipitem naturā ut illa tria
de quibus diximus.Adeoq; uerum eſt hos ipſos genitiuos reſpuere conſortiū ſubſtantiui:ut ne in
poſſeſſiuoꝝ q̄dē forma illud pati uelint.Vidimus licere dicere meā unius operam:tuū ſolius ſtudi
um.non tamen dicemus meū Laurentii ſtudiū:ſuum Priſ.prædiū:ſed meū eſt ſtudiū qui ſum Lau-
rentius p̄diū ſuū qui eſt Priſ.Neq; tamen ob id excludo:ſi genitiuos hos paſſiue accipiamus eo mo
do quo exēplū ponemus.Nā ut ſuperius docui:aliquando duos genitiuos alterū actiue:alterū paſ
ſiue poſitū una iungi:Vt quid de.P.Licinii Craſſi iuris & ciuilis:& pontificii ſtudio loquar:Ita ſit in
pronomine:ut idem auctor ad Atticum Fuit mihi & laus noſtræ gratulatio tua iucunda:& timo-
ris conſolatio gratia.Et iterum:Vehemēterq; tua ſua memoria delectat̄.Quod ſi igit̄ hæc ꝓnomi-
na ſiue in genitiuo paſſiue:ſiue mutata in uocē poſſeſſiuoꝝ actiue nō admittunt genitiuos ſubſtāti-
uoꝝ:nō q̄d nō admittunt oīum adiectiuoꝝ:Non opinor:ſed prope ſoloꝝ participioꝝ participia-
liūq; gerundioꝝ:& frequētiſſime illoꝝ triū:ut q̄dā uolunt pronominū unius.ſolius:ipſius:& ſi qua
alia quæ rara ſunt:de quibus mox dicā:per genitiuū cū participio.Cic.ad Lētulū:Quocūq; tēpore
mihi poteſtas præſentis tui fuerit:per fœmininū:ſed cū gerūdio.Ouid.heroidū:Copia placādæ ſit
modo parue tui:per uocē mutatā in poſſeſſiuū:ut ad Cic.Cato:Libenter facio:ut tuā uirtutē inno-
centiā diligentiā cognitam in maximis reb⁹ domi togati.armati:foris pari induſtria adminiſtrari
gaudeā Cic.de oratore.L.Craſſum quaſi colligendi ſui cauſa ſe in Tuſculanū contuliſſe.Sed hoc ge
rundiū eſt:& ea exēpla que ſupra attuli:quoꝝ unū fuit.Suſtulit de latere meo ancillæ tuæ dormien
tis:ad quod pronomē malo referri illud dormientis:qđ eſt adiectiuū:q̄ illud ancillæ:quod eſt ſub-
ſtantiuū:ita ut ſi abfuiſſet participiū:uix tolerabile fuerit futurū:quale Boetii.Tollātur mœſti nunc
mea fata ſenis Quin.ſolet etiā omittere ꝓnomē.Vt accipi fateor illū:q ſolus quoq; nō ſequebatur:
quē nō gaudiū redēptionis:nō læticia prælati:nō orātis erexit pater amplexus.Et in eodē li.Rus:
ſeruulos:penates:& oīa utiliora ꝓperanti feſtinatione parentis addixit:omiſit ſui:ut eſſet non læti-
tia ſui prælati.& meus:ut eſſet nō meus:orantis amplexus.Et iterū mea ut eſſet feſtinatione mea
parentis.Poeta etiā frequenter.Oui.heroidū:Deniq; q̄ſquis erat caſtris iugulatus achiuis:Frigidi
us glacie pectus amantis erat.Idem Illa meis oculis ſpecies abeuntis inhæret:Cum premeret por-
tus claſſis itura meos.Auſus es amplecti colloq; infuſus amantis.Oſcula per longas iūgere præſſa
moras.i.tua abeuntis:& mei amantis.Idē in eodem opere ſed inuſitatius:Et fleſti:& noſtros uidiſti
flentis ocellos noſtros dixit pro meos uel flentis pro flentiū.Eſt.n.illud flētis genitiuus ſingularis:
non accuſatiuus pluralis.quod accentus ꝓbat:cū accuſatiui habeant ultimā longā:quæ hic non eſt.
Hoc dixit:quia q̄dā hunc locū exponunt per accuſatiuū.Illa diuerſitas numeroꝝ meos ſiue noſtros
amantis:uix alii q̄ poetæ ꝑmiſſa.Poſtremo hæc pronomina:ſiue in primitiuoꝝ genitiuorū:ſiue in
poſſeſſiua uoce:ut dixi:maxime gaudēt illis tribus ſolius:unius:ipſius:quoꝝ multa exēpla iā protu
li.Nec ab re fuerit:ſicut unius:ita duoꝝ:triū:quattuor poſſe dici.Itē oīum cuiuſq; pluraliū:& ſiqua
adhuc ſunt:ut ueſtram duoꝝ:uel ueſtram trium:uel ueſtran omniū operā deſidero : pro ueſtroꝝ.
Cicero de oratore lib.iii.Sed uoluntati ueſtrum omnium parui . Cuiuſq; aptius cum pronomine
ſui:ſiue ſuus coniungitur:ut uellem noſſe quæ ſit ſua cuiuſq; ſententia:nō ſui cuiuſq;.Brutus ad Ci-
ceronem:Qui ueſtris paucoꝝ reſpondeat laudibus:pro ueſtrum Verum iam huic quæſtioni finē
imponamus.

## De meme:tete:tutu:ſeſe. Ca.xxxix.

EAdē fere hæc tria pronomina geminari etiā ſolent:priora quidem per figurā:meme:te
te.Tertium ſine figura.Virgi.in.ix.Meme adſum qui feci:in me cōuertite ferrū.O rutu
li Et in.xi.Meme duce ferrū corripite o rutuli.Et in.xii.Verte comes tete in facies:Sed
hoc uideri pōt ſine figura.Nō.n.eſt te ac te & ardēs:ut apud Quin.Tete hoc loco mu-
lier interrogato.In noīatiuo plane ſemp figuratū eſt:ut Cic.in Antoniū:Tutu faces illas incēdiſti.
Seſe ut dixi:nunq̄ figuratū eſt:ut idē:Hic uiri fortiſſimi ſanguine aſpſus:ſceleratā gratulātibus ma
nū porrigēs:in tēplū Iouis cōtulit ſeſe:id eſt,ſe.

## De noſtras:ueſtras:cuia . Ca.xl.

Ayuntamiento de Madrid

NOſtras:ueſtras:& cuias nõ tantũ patriam nationẽq; innuunt:ſed etiã partes & quaſi ſe-
ctã:ut ueſtrates philoſophi ſunt ita populares & fauorabiles:ut nr̃ates:qui Epicuri ſcho-
lam prodiderunt:& cuitates philoſophi uos eſtis. Stoici ne:an academici an peripate-
tici:an noſtrates Epicuri: Cice. putares ne unq̃ accidere poſſe:ut mihi uerba deeſſent:nõ
ſolũ i ſta ueſtra oratoria:ſed hæc etiam leuia noſtratia. De iſte & ille Ca.xli.

ISte & ille ſi audire Priſ. uolumus:hoc differunt ꝙ iſte ſpacio propinquiore:ille autẽ lon
giore intelligitur. Cuius auctoritas plurimos in errorem induxit:qui pro iſtud dicunt
illud: Veluti ſi ad hominẽ longe poſitum ſcribas: Siquid noui in illa urbe eſt:mihi notum
facias; pro eo quod eſt illa urbe qđ non mediocre peccatũ eſt. Nam de me loquens dicere debeo:
hoc caput:hæ manus:hæc ciuitas de te uere illud caput:iſtæ manus:iſta ciuitas. De tertia autẽ pſo-
na illud caput:ille manus:illa ciuitas. Cic. ĩ Antonium. Remoue pauliſper iſtos gladios:& in eodẽ
lib. Tu iſtis faucibus:iſtis lateribus iſta gladiatoria totius corporis firmitate tantũ uini in Hippiæ
nuptiis exhauſeras ut tibi neceſſe eẽt in cõſpectu populi ro. uomere poſtridie:hoc eſt iſtis tuis fauci
bus:iſtis tuis lateribus:iſta tua firmitate. Vnde naſcunẽ aduerbia:iſtic:iſtĩc:iſtac iſtuc iſtrorſum:iſto.
Vt idẽ ad Lentulũ. Qui iſtinc ueniunt aiũt te ſupbiorem eſſe factum.i.qui ab iſta prouincia in qua
agis:huc in Italiã Romãq; ueniunt. Aliquãdo iſte accipiẽ pro hic ut idẽ & in eodẽ. Cũ iſto corpore
ſtẽt cum gladiis armati. Et Quint. Iuuenis iſte de quo ſumma in rebus humanis mõſtra ꝑfingunẽ. Et
iterum. Hic inuenis patris ſui hæres ſolus inuentus eſt. Ille quoq; iuuenis nõnunq̃ per dignitatem:
aut per eminentiam ponitur:indicãs eſſe ꝙ omnes debeat noſſe:ut Alexander ille magnus:ille cen
ſorinus Cato Architas ille Terentius. De hic & de is:& de idem:& ad hoc. Ca.xlii.

HIc & is habent potius illã:de qua modo memini Priſciani differẽtiam. Vt hic ſpatio pro-
pinqores uero longiore intelligaẽ:multis tamen in locis utrunq; locũ habet:ut qui præ
fert uirtutẽ diuitiis:hic ſane fortis eſt:uel per cõpoſitionẽ:ut quæcunq; mulier adultera:
eadẽ uenefica eſt:& fere per hæc duo ꝓnomina licet ſic loq:nec per ulla alia: licet poetæ
utanẽ ille ꝓ is:qa amboꝝ eadẽ pene ſignificatio eſt:ut Hora. de arte poetica. Quid didicit patriæ:qd
debeat & qd amicis. Quo ſit amore parens:quo frater amandis & hoſpes. Quod ſit cõſcripti:quod
iudicis officiũ:quæ ptes in bellũ miſſi ducis:ille ꝑfecto. Reddere pſonæ ſit conueniẽtia cuiq; Quare
ſanctis uiris e græco trãſferẽtibus ſic ꝑmittamus dicere. Nõ qui ſeipm cõmẽdat:ille ꝓbatus eſt:ſed
quẽ deus cõmendat. Poſſunt autẽ hæc eadẽ duo de qbus loquor ꝓnoia & alio mõ uſurpari:ut Ale
xãder paruis copiis fretus ſupauit Dariũ cũ infinito exercitu:& id in adoleſcẽtia:uel & hoc in adole
ſcentia. Itẽ & hoc mõ pauca ueſtis & ea detrita & ſordida:potius q̃ & hæc:paucis nũmis ſupbit:nec
is ſuis:ſed aliunde corrogatis:potius q̃ & his. Idẽ quod eſt ab is cõpoſitũ quaſi pro etiã poni ſolet:
ut Cice. Eſt huic coniuncta beneficentia quã eandem uel benignitatem:uel liberalitatem appellari
licet:ideſt quam etiam. Quin. ſi cauſam ueneficii dicat adultera non Marci Catonis dãnata iudicio
uidetur qui nullam adulteram:non eandem eſſe ueneficam dixit. In hoc pronomine idem annota
ui quiddam diſſimile ab is. Ibi poteſt addi copulatiua:hic non poteſt:quod tamen affirmare non au
ſim:ut quãcunq; in ſedem migrat apium rex:in eã & apes ipſæ comitatur. Ac ſi dicam in eandẽ. Tol
lam copulatiuam ſic:in eandem apes ipſæ comitãtur. Nam idem habet in ſe uelut uim copulatiuæ.
Hoc compoſitum cum præpoſitione ad ſignificat præterea:ut apud Saluſtium Cognoueram par-
uis copiis bella geſta cum opulentis regibus. Ad hoc ſæpe fortunæ uiolentiam toleraſſe:facundia
græcos:ſcientia belli gallos ante romanos fuiſſe. De cum præpoſitione. Ca.xliii.

CVm præpoſitio per appoſitionẽ nõ fũgiẽ rei notanti inſtrumentũ:ſed comitẽ:& hoc eſt
qđ Quint. ait ut quæramus nũqd apud nos ſit uis quædã ſeptimi caſus:& apud græcos
ſexti. Nã inqt cũ dico haſta ꝑcuſſi:nõ utor ablatiui natura. Nec ſi idẽ græce dicã datiui:
ꝓpter qđ Seruius & qdã alii plane affirmãt eſſe ſeptimũ caſum. Quod aũt non utamur
ablatiui natura. hãc cauſam exiſtimo:ꝙ ablatiuus aut ui nois regiẽ:aut ui uerbi:aut aduerbii:aut po
ſtremo intercidẽte ꝑ̃poſitione:quoꝝ nihil hic fit:niſi uolumus errorẽ quorũdã ſequi:qui ſubintelli
gũt ꝑ̃poſitionẽ cũ. Et quomodo ſubintelligi põt:quæ ne poni qdẽ põt: Nã ꝑcuſſi cũ haſta. inaudi-
tũ eſt. Inſtrumẽtũ.n. ꝑcuſſionis haſta eſt. Peccauitq; nõ icelebris huius ætatis uir:qui ſcripſit gladiũ
qui cũ ſe ꝑcuſſerit eduxit. Percuſſit igiẽ gladio:nõ cũ gladio. Impuli te pugno:nõ cũ pugno. Video
te oculis:non cũ oculis. Tãgo te manu nõ cũ manu. Deleuit epiſtolam lachrymis: Abſterſit ſordes
aqua. Siccauit cretã liquæfecitq; cærã igni. nõ aũt cũ lachrymis cũ aqua cũ igni. Sꝫ hoc fefellit ꝙ ali
quãdo illa ꝑ̃poſitio uideri poſſit iũcta nomini inſtrumẽtũ ſignificanti:ut acceptus eſt a nobis cũ ho
nore. Magna cũ beniuolẽtia ſcripſit:cũ mira affabilitate me allocutus eſt:cũ dira truculẽtia me aſpe
xit. Verũtamẽ hi ablatiui nõ inſtrumẽtũ ſignificãt:ſed cõiũctionẽ. Siqdẽ acceperũt me hoies iſtru-
mẽto corporis nõ honoris ſed honore comite. Scripſit miniſteriũ manus nõ beniuolentiæ ſed hac
ſocia. Allocutus eſt lingua operatrice affabilitate pſenti. Et aſpexit iſtrumẽto oculoꝝ truculẽtia ſuf-
foſoꝝ:quæ nihil facit ad ipſam inſpectationẽ:ſed oculi. Sũt qui uelint Priſcianũ ſenſiſſe cũ haſta per
cuſſi dici poſſe:uel hãc præpoſitionem ſubintelligi. Ego uero affirmo neminẽ antiquoꝝ neq; pro-

Ayuntamiento de Madrid

tuliſſe hanc:neq; ſubintellexiſſe: De circiter. Ca.xliiii.

Circiter Pri.inquit ad tempus ſolum pertinet:ut ciciter kal.Ianu.Immo & quidē frequē/tius ad numerum:ut circiter duū milium militum:circiter decem miliariorum.Sed ali/quādo etiam ad locum: ut Caſſius Emina.Lapidem fuiſſe quadratum circiter in medio arcæ iunctum candelis quoq; uerſum. De uerſus. Ca.xlv.

VErſus contra naturā præpoſitionis ſemper poſtponitur:ut Italiam uerſus.Megaram uer ſus Liui.Duo romana uno loco propius Albā:tria albana Romā uerſus.Saluſti.Deinde philemon aræ quē locum Aepyptum uerſus finem imperii habuere carthaginēſes.Cic. de diuinatione.Qui cum exercitu luſtrato Aretinum nerſus caſtra mouiſſet.Surſum ſi/ue ſuſum uerſus frequenter legimus:nōnunq̃ dicitur uerſum:ſicut aduerſum.Nā ita uerſus ſicut aduerſus.Vnde quoq; uerſus:id eſt in unā quāq̃ partē:& quocunq; & in utrāq; partē.& deorſum uerſus.Atq; neſcio quomodo non reperio hanc inter præpoſitiones eſſe numeratam:an quia poſt ponitur:& non præponitur.Nec tenus quidem proponi ſolet:de qua nunc dicam:& tamē eſt præ poſitio.An quia præpoſitionis uice non fungitur:quotiens alia adeſt præpoſitio.Vt occidentē uer ſus:quod quidem modo aduerbium eſt:ut uſq;:quæ & ipſa ſic aliquādo in oratione collocatur:ut ad occidentem uſq;. De tenus. Ca.xlvi.

TEnus ut dixi ſemper poſtponitur:atq; in ſingulari utiq; cū ablatiuo:ut hactenus quate/nus uerbotenus:capulotenus:In plurali uero cum genitiuo:etiam nō ſolum cum abla/tiuo:ſed quantū ego ſentio cum genitiuo:tunc autem neceſſario:ut uenuſtius fit:præ/ſertim more græcorum:cū res uel gemina:uel numero ſingulari carens:neq; hoc apud poetas ſolūmodo:ſed etiam apud oratores.Virg.Crurum tenus hiſpida nanti:& iterum.Et cru/rū tenus a mento palearia pendent.Quin.in.xii.Sed ille uir bonus qui hæc non uocibus ſibi tantū nota atq; nominibus aurium teuus in uſum lingua præceperit:ſed qui uirtutes ipſas penitus men/te complexus ita ſentiet.Cælius.Iam illi rumores de comitiis tranſpadanorum cumarū tenus calue runt.Curtius.Pauci hoſtium tenus exacti penetrauere ad portum:Eſt autem ſignificatio uſq; ad. Vmbilico tenus:uſq; ad umbilicum:Aetiopia tenus:Nilo tenus:uſq; ad Aetiopiam & Nilum.Ali/quando etiam pro non ultra:ut geſſit conſulatum titulo tenus:ideſt non ultra q̃ titulo cuiuſmodi nonnulla ex ſuperioribus exemplis ſunt. De pridie & poſtridie aduerbiis. Ca.xlvii.

PRidie & poſtridie quemadmodnm tenus genitiuo ſeruiunt:& nōnunq̃ etiā accuſatiuo ut pridie illius diei:poſtridie nonarū decembriū.Cic.ad atticū.Pridie compitalia memē to.T.Liuius libro.vi.Etiā poſtridie idus rebus diuinis ſupſederi iuſſum.Inde ut poſtri/die kalendas:ac non eadem religio eſſet traditum putant.Idē lib.xlviii.Pridie parilia me dio ferme die atrox cum uento tempeſtas coorta:de quo uide plura infra in Nudiuſtertius.

Dd hei:heu:&heuheu:ueh:& procul. Ca.xlviii.

Ei quoq; & heu ſimile qd obtinent:tamen alterū datiuo:alterū accuſatiuo iungitur : ut

h Heu mihi qualis erat:quātum mutatus ab illo Hectore.Terē.Heu me miſerū.Et fere cū huiuſmodi pro nominibus.Nam cum alio nomine frequentius per exprobrationem:ut Vir.Heu ſtirpam inuiſam.Et Plinius li.vii.Heu dementiam ab his initiis exiſtimantium ad ſuperbiam ſe genitos.Aliquando etiam cum nominatiuo: ut idem Vir. Heu pietas heu priſca fides.Teren.in adelphis.Heu miſeram.Illud uero in pſalmo.Heu mihi quia incolatus meus pro/longatus eſt.Neſcio an uitio factum ſit librariorum.Quale illud in euangelio.Aſcendit in arborē ſiconiorum.quia inde tranſiturus erat:quod ſcribendum eſt illac.Et illud ad romanos : Tu aūt cū oleaſter eſſes:inſertus es:pro inſitus:& in actibus apoſtolorū: Egreſſi ſumus foras portā iuxta flu/mē:pro extra portam.Heuheu nulli caſui ſeruit:ut idem in buccolicis.Heuheu quid uolui miſero mihi:Veh quoq; datiuo.Marti.Capere cauſidicus fertur mea carmina:qui ſit Neſcio:ſi ſciero ueh tibi cauſidice.Hæc appelles licet ſiue aduerbia ſiue interiectiones:nā hac inter partes orationis nō numero ſiue etiā ꝑpoſitiones.Procul apud quoſdam caſui ſeruit:ut apud Curtium:procul urbem.

Quædam aduerbia comparatiua:ſuperlatiuaq; regere accuſatiuum. Cap.xlix.

COmparatiua aduerbia & ſuperlatiua præter ſuam conſtructionem ablatiui & genitiui: ut ſcribo melius te:& optime omniū:aliquando ſeruiunt accuſatiuo. Vtiq; ea quæ a præ poſitionibus ueniunt:illarum naturam ſeruantia. Cicero ad Octauium. Cur caſtra me/dio itinere longius aduerſariorum caſtris & propius urbem mouentur.Idem ad Atti/cum.Tamen eſſe officium meum putaui exercitum habere q̃ proxime hoſtem.Saluſtius.Proxime Hiſpaniam mauri ſunt neq; hæc regere poſſunt datiuum:ut Priſciano placet:quale uult eam propi us ſtabulis armenta tenerent.Datiuus hic non regitur natura comparatiui:ſed ipſius nominis:nō aliter q̃ ſi dicam:nauigo te propinquius terræ.Et quoniam ipſa rei ſerie quædam de complexu ora/tiōis dicere incepimus:iam de hoc ipſo diſſeramus:ſimulq; de natura indeclinabilium dictionum quarundamq; aliorum ab eo potiſſimum incipientes quod huic loco ſimulatum eſt.

De o uel prolata uel omiſſa. Cap.l.

Ayuntamiento de Madrid

O Fortuñati: quoꝝ iam mœnia ſurgũt Aeneas ait: & alibi. O fortunatos nimiũ bona ſi ſua norint Agricolas. hic accuſatiuus eſt: ibi uel nominatiuus: uel uocatiuus eẽ poteſt. His enim tribus caſibus indifferẽter auctores utuntur. Cice. O uariam uolucrẽq; fortunam: Neq; hoc in tertia pſona tantũ: ſed etiã in prima & ſecunda: ut idẽ: O me miſerũ: o te infœlicẽ: etiã non appoſito pronomine: ut idẽ. O miſerũ & deteſtabilẽ hominẽ: ſi hæc ignoras. Idem O te miſerũ: o te infœlicem. Quæ exclamatio ad omnẽ affectũ conuenit: uel miſerationis: uel indignationis. Simili modo in nominatiuo & uocatiuo: ut idem. O fortunata mors: quæ na nræ debita pro patria eſt potiſſimum reddita. Et iteruʒ: O magna uis ueritatis: quæ cõtra omnium ingenia: calliditatem: ſollertiam: contraq; factas hominum inſidias: ſe per ſeipſa defendit. Idem: O nox illa: quæ pene æternas huic urbi tenebras attuliſti. Et iterum: O nonæ illæ decembres: q̃ me cõſule fuiſtis. Aliquando ab illo ſuperſedemus utiq; in re leuiore: neq; ita magni caloris: ut indignũ facinus & hominem nequã: qui non dubitaret uel in foro alea ludere: uel cũ lege de alea cõdẽnatis. Cice. uerba ſunt in antonium. Et Pli. iunior ad Octauium. Hominem te patientem uel potius durum ac pene crudelem: quia tam inſignes libros. tam diu teneas. Quod ſi excandeſcerimus: dicendũ eſſet o hominẽ nequã: & hominẽ patientẽ. At ſine indignatione: ut apud Valeriũ Maximũ lib. iii. Sed mihi uti iſta cõditione uitæ nõ eſt opus: ſine ullis imaginibus: nobilẽ animũ. Aliquanto hoc remiſſius eſt: q̃ ſi dixiſſet: o animum ſine ullis imaginibus nobilẽ ideſt ſine maioꝝ nobilitate nobilem. Ideoq; Teren. leuioris caloris interiectione uſus eſt. Huic tã grauis raſtros quæſo: ſed hoc ſimile eius ſpeciei: cuius mentionem nõ faciã.

De Mene cum infinitiuo & accuſatiuo. Ca. li.

MEne incepto deſiſtere uictã. Nec poſſe Italia teucroꝝ auertere regẽ: & iterũ. Mene iliacis occũbere cãpis. Nõ potuiſſe: tuaq; hanc animã effundere dextra: Hæc Vir. ad Terentiã autẽ Cice. Me miſerũ in tãtas calamitates mea culpa incidiſſe: & iterũ in Bruto: Tũ Brutus admirans tantã ne fuiſſe obliuionẽ inquit in ſcripto præſertim: ut ne legens: quidem ſenſerit quantũ flagitii cõmiſiſſet. In his oĩbus placet mihi ſubintelligi uere ne ita eſt me non poſſe auertere Italia regem teucroꝝ & cætera. Plinius iunior ad Hadrianũ Hominem ne romanum tam græce loqui id eſt uere: ne ita eſt uel oportet: uel oportuit: ne ſine oportet: Teren. in andria. Seruõ fortunas meas me cõmiſiſſe futuli.

De en & ecce: ſuiſq; cõpoſitis. Ca. lii.

EN & ecce in eadẽ pene ſignificatione amant nominatiuũ & accuſatiuum: apud comicos uero hem pro en affectui ſeruiens: quo oratores non utũtur: quemadmodũ nec eſt pro at: qđ eſt poetarũ ſyllabã illã breuẽ interiectionẽ. ſ. longã facientiũ. Adiungitur autẽ en nominatiuo pariter & accuſatiuo: tũ indicando: tũ exprobrando: Indicando Vir. En Priamus: ſunt hæc etiã ſua præmia laudi. Exprobrando. En agros & qua bello troiane petiſti: Heſperiã metire iacens. Seneca in Agamẽnone. En paridis hoſtẽ. Iuue. lib. ii. En habitũ quo te leges & iura ferẽtẽ Mõtanũ poſitis audiret uulgus aratris. Oratores ſæpius exprobrãdo: & ſæpius per nominatiuũ. Quin. En improbitas Cice. En crimen: en cauſa: cur regẽ fugitiuus: dñm ſeruus accuſet. Ecce ſimiliter cũ utroq; caſu iungitur. Idẽ Ecce tibi ſtatus noſter. Cũ accuſatiuo autem non memini me apud oratores legiſſe: ſed ne apud poetas quidẽ. Nã illud apud Teren. in eunucho. Ecce aũt alterũ neſcio qd de amore loqtur. Alter ſcribi debet: nõ alterũ. Donato quoq; pbãte. Sed demus aliquando reperiri: ut ſemel apud Plautũ in bacchidibus. Opus ne erit tibi aduocato: triſti: iracundo: ecce me. Eccũ eccã. eccos: eccas: ellũ: ellã: ellas: cõpoſita ſunt & ſecũ uidentur gerere caſum: ſed non gerunt: quæ Priſcia. cta reſoluit: ecce eũ: ecce eã: ecce eos: ecce eas: ecce illũ: ecce illã: ecce illos: ecce illas. Sergius quoq; commentatus Donatum ait: Nihil ſignificat ellum: niſi ecce illum. Pauloq; poſt: Ergo cum ellum ſit ecce illum: ellam ecce illã: nihil poſſumus dicere: niſi magis demonſtratiue. Sed pace Priſc. Sergiiq; & aliorum: hoc nec uerũ: nec cõueniens ſignificatum eſt. Nã inter ecce eum & ecce illum: quid intereſt: Potius dicendũ erat eccum ecce hũc: eccos ecce hos: de quibus agimus. Talis erat conuenientior interpratatio: ſed q̃ nec uera foret. Reſoluuntur enim hæc per aduerbia: non per pronomina: eccum ecce hic ſubintellige uirum de quo agebamus. Eccã ecce hic ſubintellige fœminã: de qua mentio erat. Ellũ ellam: ecce illic uirũ fœminãue ſubintellige de quo de quaq; agebatur. Nam ut de homine qui ante cõſpectũ noſtrum abeſt: recte dicas ecce ille: uel ecce ego: ſiue ecce illũ uel ecce me: ita male loquaris ellũ hominẽ: uel ellũ me: & rurſus de lõge poſito eccum: Ter. Eccũ Parmenonẽ: & eccũ me. Nẽpe non ecce eũ: quaſi aliqs alius ſit præter hunc Parmeno & ecce eũ me: quẽ me & quem eum quæris: Plautus in mænechmis: Atq; eccã: & in mercatore. Ecce illũ uideto. Eccũ ergo Parmenonẽ: id eſt ecce hic Parmenonẽ: & eccũ id eſt ecce hic me: & ellũ Parmenonẽ dicentes: nõ ſic loqmur: quaſi de parũ noto: ut ſolemus cum dicimus ecce ille Parmeno: quaſi ille tibi incognitus: ſed auditus. Ellũ igitur Parmenonẽ ſignificat ecce illic Parmeno: ſiue Parmenonẽ. Sed an poſſit ecce habere accuſatiuũ: nõ ante indubitatum habebo: q̃ exẽplum uidero: niſi illud tale ſit apud Vir. En quattuor aras. Ecce deus tibi Daphni: duoq; altaria Phœbo. Pocula bina nouo ſpumantia lacte quotannis: Craterasq; duos ſtatuam tibi pinguis oliui. Sed de proſa magis dubitare me dico.

De age: agite: ãgedum. Ca. liii.

Ayuntamiento de Madrid

AGe ſingularẽ numerũ deſiderat:agite pluralẽ:agedũ uero nõ ſingularẽ tãtũ ſed etiã plu
ralẽ:neq; id modo in carmine.ut Proptius.Vos agedũ:ſed etiã in ꝓſa:ut Quintil.Age-
dũ ſi uidet̃ extra portas ꝓſpicite ſqualida arua & ſpinis obſitas ſegetes:ſe meſos arborũ
trũcos.Cice.Agedũ cõfer te nũc cũ illis uitã Publii Syllæ uobis populoq; Ro.notiſſimã.

De an:& aut:ne uel ue.& horum conſimilibus. Ca.liili.

AN & aut cõiũctiones ſunt.Quin.inqt.Male tamẽ interroges hic:aut ille ſit.Nos cũ talẽ
tantũq; auctorẽ habeamus:tñ pleriq; multis iã ſeculis peccauerũt ac peccant:qđ grande
flagitiũ eſt.Sed duæ cauſæ eos decipiũt.Fere.n.nunq̃ decipimur niſi mẽdaci q̃dã ſpecie
ueritatis:& ut inqt Ho.Decipimur ſpecie recti.Vna ꝙ interꝑtãtes e græco nõ reperimus hãc apud
illos differentiã:qppe cũ græci unã.n.habeãt utriq; noſtrarũ reſpõdentẽ:putã pro una uoce græca
unã latinã poſſe ſufficere.Altera ꝙ reperiunt apud nos in interrogãdo aut.Et primæ qdẽ opinioni
hoc reſpõſum ſit:eos male mereri de lingua latina:qui dimidiũ uerboꝝ faſtidiunt:nã plerũq; utun
tur aut more græcoꝝ & interrogãdo & ſine interrogatione:an oĩno relinquẽtes:Sequẽti quod tñ
caput huius erroris eſt:ita reſpõdemus:ſi paulo diligẽtius aduertiſſent:nõ in aut:ſed in an interro-
gationẽ cõſiſtere dep̄hendiſſent:ut apud Cice.An uero Romulus ille:aut paſtores:aut conuenas
cõgregaſſe:aut ſabinoꝝ cõnubia cõiuxiſſe:aut finitimoꝝ uim rep̄ſſiſſe eloquẽtia uidet̃:Non eſt hic
multiplex interrogatio q̃ſi de hoꝝ ſingulis interrogetur:ſed duplex ſic.Nunqd Romulus hæc oĩa
fecit eloquentia:Hæc una pars eſt interrogationis:ſupple an non fecit:& hæc erit altera pars.Itẽ es
tu ſtoicus:aut peripateticus:aut academicus:hæc interrogatio & bene dici põt:& male.Nam ſi nõ
cõſtet iterrogãti te eſſe philoſophũ:bene interrogauit:ſupplẽdaq; eſt duplex an:ſic:Es ne tu ſtoic⁹
an epicureus:& an nõ:Sin cõſtet illi te eẽ philoſophũ ex aliq̃ harũ ſectarũ:ſed cuius ſis ignorans:de
ipſa iterroget male quæſiuit:cũ an nõ aut dicẽdum fuerit:& ubi nos modo poſuimus duplex an cõ
mittẽdũ ſit es tu ſtoicus:an epicureus:an ꝑipateticus:an academicus:quæ iterrogatio põt tendi in
infinitũ.Illa uero ſemꝑ eſt duplex:hic ad ſingulas particulas binæ interrogatiões ſunt ibi in uniuer-
ſum duæ.Cũ.n.quæro an ſtoicus:ſubintelligit̃ altera iterrogatio ediuerſo ſic:an nõ.Itẽ es ne epicu
reus an nõ:es an nõ academic⁹.Afferamus aliud aptius exẽplũ.An eſt hic illo nobilior:an plus pro
ſalute mea laborauit:An cui magis hoĩes cupiãt:an formoſior & magis dignus:cui filiã meã collo
cẽ:Hic octo interrogationes ſunt:qa octies interrogatio reperit̃.Ex quo patet nõ eſſe iterrogati-
onẽ in aut:ſed in an.Interrogationẽ inquã cõtrarioꝝ:q̃lis eſt illa:Quid dicã aut qd faciã:Quid non
dicã aut qd non faciã.Inter hæc nõ ambigimus.Sed ipſa ambo ſimul ambigimus:ſecus in illa ha-
beã an maneã:de duobus ita quæro:ut utrũ mihi faciendũ ſit:dubitẽ.Ideoq; nõ ſolũ interrogãdo:
ſed citra iterrogationẽ quoq; utimur an:ubicũq; aliqd cõtrarietatis ineſt:ut dubito an uiuat pater:
an mortuus ſit.Et in maiori numero neſcio an pater ſit Romæ:an ualeat:an uiuat:an uẽturus ad me
ſit.Muta uerbũ dubitationis inſcientiæq; in diſſimile aliud uerbũ:ſic Scio an uiuat pater:an mortu
us ſit.Itaq; uerbis huiuſmodi dubitationis & inſcientiæ damus ſubiũctiuũ cũ an:uerbis uero opini
onis & ſcientiæ indicatiuũ cũ quod & aut:ſic.Opinor ꝙ pater aut mortuus eſt:aut grauiter ægro-
tat.Quod p̃ceptũ eſt de an:hoc quoq; p̃ceptũ ſit de ne:quæ plerũq; una ſola q̃ & ſemꝑ in parte pri-
ma collocat̃:ut bonus ne uir eſt:an malus ẽ:Aliqñ cũ ſocia:ſed id ſæpius apud poetas:ut Vir.Quæ-
rere cõſtituit qui teneãt:hoĩes ne:feræ ne.Sæpe hoc mõ:illuc eã nec ne ignoro:hoc dubitatiue.
Interrogatiue quoq;:ut pro Flacco Cic.Vtruꝫ multis p̃tori Flacco licuiſſe:nec ne.i.licuiſſe:an nõ:
Quidã ſuꝑuacuo addũt alterũ an:ſic.Neſcio an bene faciã:nec ne:Atq; ut oſtẽdi quoſdam errare in
aut:nõ uidẽtes in quo differat ab an:qdã ita faciunt in uel:putãtes poni pro an.i.interrogatiue:&
dubitatiue:ſiue iterrogatiue:ut iſtud eſt aurũ uel auricalchũ:neſcio ſi ſit aurũ uel auricalchũ.Immo
ſcis ꝙ eſt aurũ uel auricalchũ:& neuter ueſtrũ dubitat:ꝙ uel hoc:uel illud eſt.Sed ne ſcitis an hoc:
an illud ſit.Ideoq; & tu iterroga aurũ ne ſit an auricalchũ:& tu reſpõde ꝙ neſcis an ſit hoc:an illud.
Illud autẽ quod eſt apud Quin.Quærẽdũq; arbitrãtur iuſtũ ne ſit ſacrilegiũ appellari:qđ obiiciat̃
uel futurũ:uel amẽtiã.Poteſt qbuſdã mouere dubitationẽ:quaſi in re dubia loquamur per uel atq;:
adeo ipſum uel miſceamus cũ ne ſiue an.In quo minime dubitãdũ nobis eſt.Talis.n.ibi locutio eſt
quærẽdũq; arbitrãtur iuſtũ ne ſit appellari aliqd uomine ſacrilegii:an nõ.uel ſit iuſtũ aliqd appella-
ri furtũ an nõ.uel aliqd ſit iuſtũ appellari amẽtiã an nõ.Ve magis accidit ad uel:q̃ ad an:ut duobus
tribuſue mẽſibus:ideſt duobus uel tribus menſibus.Raroq; reperitur geminaum:niſi adiuncta ſit:
ut ſiue hoc:ſiue illud:aut adiuncta ne pro nõ.Vt apud eũdẽ.Cauendũ etiã neue ſit maior trãſlatio:
q̃ oporteat:neue quod ſæpe accidit minor:neue diſſimilis.Cic.Ita iungitis:ut neue aſpere concur
rant:neue uaſtius diducantur.Lucanus ſine cõpoſitione aliqua.Nec quenq̃ iã fere poteſt Cæſar ue
priorẽ Põpeius ue parẽ:An & ne cõiungi ſolẽt pro an:quod magis poeticum eſt:ut apud æmulos
Virg.Dic mihi Dameta cuiũ pecus:an ne latinũ:Illud Ciceronis multi ita legunt.Quo mihi etiam
indignus uidetur obtrectatũ eſſe Gabinio dicã:an ne Põpeio:an ne utriq; id quod eſt uerius ſine in
terrogatione durũ uidet̃:ut Vir.Vrbes ne inuiſere Cæſar.An deus imẽſi uenias maris:An ne no-
uũ tardis ſidus te mẽſibus addas.Ideo dixi durũ:qa per interrogãtiã qddã urgẽtius & inſtãtius eſt

Ayuntamiento de Madrid

in geminatione an̄ ne:q̄ in illa ſimplicitate an qđ hic nō fit:ut ex aliis cōpoſitis elucebit. Nōne fuit ſatius triſtes Amaryllidis iras: Atq; ſupba pati faſtidia:nōne Menalcā:nōne ego te uidi Damonis peſſime caprū Excipere inſidiis in hac interrogatione nōne nō id agit̄:ut rn̄deas ne ſcieti:ſed coga ris aſſentiri ſcieti:nec alia uis orōnis eſt:q̄ ſi diceres an nō:qđ magis urget:q̄ ſolū nō:licet & hoc ſo lū pro illo cōpoſito accipi ſoleat. Alia cōpoſita ſi modo cōpoſita hæc ſunt. Itane:ergone quæ iterro gādo reſpōſionē nō poſcūt:ſed aſſenſum extorquēt.

## De nedū & nō ſolū. Ca.lv.

NEdum duobus modis periti uti ſolēt. uno cū utrāq; ſentētiam eodē claudimus uerbo: altero cū ſuū utriq; ſentētie uerbū damus. Primo mō ſic. Funderē pro te ſanguinē:nedū pecuniā:ſecūdo ſic:Fūderē pro te ſanguinē:nedū pecuniā tibi crederē: & hoc affirma tiue. Negatiue ſic. Nō pderē pro te obolū nedū ſanguinē. Itē non crederem tibi obolū: nedū pro te funderē ſanguinē. Atq; in affirmādo id qđ plus eſt:maioris momenti in prima patre ponendū:in negādo quod minoris eſt. Plus.n. & magis eſt momētoſum fundere ſanguinē q̄ pecu niā: & minus eſt & leuius pdere:an credere obolū:q̄ pdere aut pfundere ſanguinē. Imperiti uero hāc dictionē accipiūt pro nō ſolū:ſic dicētes: Nedū pro te laborē ſuſciperē:ſed etiā mortē: quod ſic dicēdū erat. Mortē pro te ſuſciperē:nedū laborē. Aut per nō ſolū:nā cōtrarius modus eſt a nō mo do per nedū:ſic ne priora exēpla cōueniamus:nō ſolū pecuniā pro te funderē:ſed etiā ſanguinem. Itē nō modo tibi pecuniā crederē uerū etiam pro te ſanguinē funderē: & hoc affirmatiue. Rurſus negatiue: Nō modo pro te ſanguinē non pderē:ſed nec pecuniā. Itē non tantū pro ſe ſangninē nō pderē:ſed nec pucuniā. Itē non tantū pro te ſanguinē non funderē:uerū ne obolū qdē tibi crede rem. Hæc eſt igit̄ differētia inter nedū & nō ſolū:ſiue non modo ſiue nō tantū:aliquādo tn̄ reperi mus hoc poſterius pene per nedū accipi. Cice. in offi.iii. Huic igitur uiro bono:quē Fimbria etiam nō modo Socrates nouerat:nullo modo uideri pōt qcq̄ eſſe utile:quod nō ſit honeſtū. Poſſemus hic dicere pro non modo Socrates nouerat:nedū Socrates: Sed nedū auget ppolletq; alteri parti cui adiūgit̄:nō modo autē æqperat. Ideoq; puto Cice. uoluiſſe æqparare Fimbria romanū. Socra ti græco:dixiſſeq; illud nō modo. ſicut in qbuſdā aliis exēplis. Vt in eiſdē officiis. Ad qđ eſt adhibē da actio quædā:nō ſolū mētis agitatio. Et pro Plātio: Plura ne dicā:tuæ me lachrymæ impediūt:ue ſtræq; iudices:nō ſolū meæ. Hic nō auſim pro nō ſolū dicere nedū.

## De niſi. Ca.lvi.

NIſi quotiens principiū ſentētiæ eſt:indicatiuū deſiderat:alias etiā ſubiūctiuū. Cic. pro Mi lone: Niſi forte putamus dementem Scipionē africanū fuiſſe:qui cū ſ per ſeditionē a. C. Carbone interrogaretur:quid de Tyberii Gracchi morte ſentiret:reſpondit iure ſibi cæ ſum uideri: Et Quin. Niſi forte imperatorem quis idoneum credit: in prælis quidem ſtrenuum & fortem: & omnium quæ pugna poſcit artificem: ſed neq; delectus agere:nec copias contrahere atq; inſtruere: nec proſpicere commeatus: nec locum capere caſtris ſcientem. Præter principia autem ſententiarum ſic: Vapulabis niſi caues uel niſi caueas. In illo ſuperiore niſi uerbum adeſt principale:hic non adeſt.

## De q. Cap.lvii.

QVod ſcribis gaudeo & q ſcribas utroq; modo dr̄. Volo q ſcribas:nō autē q ſcribis. Illius ſupioris hæc ſimilia ſunt:credo: opinor:puto: lætor:uoluptatē capio: & reliq̄. Huius po ſterioris hæc:mādo:iubeo:impo:exigo poſtulo: & cætera. In illo tamē ſupiore cauēdū ē ne diuerſoꝝ modoꝝ uerba copulēus:q̄le foret illud Terē. qđ nōnulli ſic legūt: an q uiā ignorāt:an q iter pferre nequeāt. Cū ſit dicēdū aut ſic. An q uiā ignorāt:an q iter pferre nequeāt: aut ſic. An q uiā ignorāt:an q iter pferre nequeūt:cui ſimile illud aliud ē apud eūdē. Nihil eſt:nihil deſit tn̄:cū ſit potius legēdū deſit:nō deſit:ut bonis auctoribus placet. Et in pœmio Cice. ad Herē nium quidā ſic legunt: Et ſi negotiis familiaribus impediti:uix ſatis ocium ſtudio ſuppeditare poſſi mus: & idipſum quod datur ocii:libentius in Philoſophia conſumere conſueuimus:cum ſit potius dicendum poſſumus:ut modi concordent:qui copula media coniunguntur:q̄q̄ ſonus ipſe utpote in curſu medio piodi conuenientior eſt poſſumus q̄:in poſſimus: Eſt etiam alia cauſa:cur hoc nō li ceat:quam modo ſubiungam.

## De etſi:q̄q̄:q̄uis & licet. Cap.lviii.

ETſi:q̄q̄:q̄uis:licet eiuſdem ſignificatōis ſunt aliqd in utēdo diſcriminis habentia. Nā ma ior quædā dignitas data eſt primis duobus:quæ ſemper aſciſcūt ſibi indicatiuū:dūtaxat ī principio ſtatim orationū:epiſtolarū:libroꝝ:alia duo in hoc loco raro: in cæteris oīa in differēter. Cic. in oratiōe pro Milone: Etſi uereor iudices. Et in epiſtola ad Atticū: Etſi ni hil noui afferebat̄: & in ope ad Herēniū: Etſi negotiis familiaribꝰ ipediti:uix ſatis ociū ſtudio ſuppe ditare poſſumus: & idipſum qđ dat̄ ocii:libentius in philoſophia conſumere cōſueuimus. Quin. in declamatiōe de corpore piecto: Etſi iudices in hac aſprima cōditiōe fragilitatis humanæ:in qua ne mo ppe mortaliū ipune uiuit:hæc oībus natura eſt:ut ſua cuiq; calamitas:præcipue miſera atq; ito lerāda uideat̄. Cic. plege manilia: Quāq̄ frequēs cōſpectꝰ ueſter mihi multo iucūdiſſimus:hic autē locus ad dicendum ampliſſimus:ad agēdū ornatiſſimus eſt uiſus qrites. Idē de offi. Quānq̄ te Mar ce fili annum iam audientē Cratippū:idq; Athenis abundare oportet præceptis: inſtitutiſq; philo ſophiæ. Lactant. tamen ſecundum librū de inſtit. ſic incipit: Quāq̄ libro primo religiones deoꝝ fal ſas eē mōſtrauerim. Alia duo magis poſtulant ſubiūctiuū:nōnunq̄ tamē & indicatiuū:ut dixi apud



Ayuntamiento de Madrid

Hora.ſic quædá epiſtola incipit:Quãuis ſæua ſatis per te tibi cõſulis & ſcis:& apud Quin.declama
tio.Quãuis iudices in tãta maloꝝ cõtinuatõe iá poterá nihil ex accidẽtiũ meoꝝ nouitate mirari:in
aliis ꝑtibus ꝗ in prncipiis parẽ oĩa hæc locũ ſortiunt̃. Habẽt & hoc differẽtiæ duo priora a duobus
poſterioribus:ꝙ illa aliquádo eodẽ modo quẽ de niſi oſtẽdimus:a nullo depẽdẽt.Cice.pro Marcel
lo:Quid enim eſt oĩo hoc ipſu;:diu:in quo eſt aliqd extremũ:Quod cũ uenit:omnis uoluptas præ
terita pro nihilo eſt:qa nulla eſt futura:ꝗꝗ iſte tuus animus nunꝗ his anguſtiis:ꝗs natura nobis ad
uiuẽdũ dedit:cõtẽtus fuit.Sẽper enim ĩmortalitatis amore flagrauit.Nec uero hæc tua uita dicẽda
eſt:quæ corpore & ſpiritu cõtinet̃:hoc fit acrius per interrogationẽ ac ſublimius.Vt ne ſi alia exem
pla afferã:longior ſim ſi dicamus hoc idẽ:ſic.Quanꝗ qs ignorat iſtũ tuũ animũ nunꝗ his anguſtiis:
ꝗs natura nobis ad uiuẽdũ dedit:fuiſſe cõtẽtũ ſempq; ĩmortalitatis amore flagraſſe:

De etſi ſiue tãetſi:idẽ.n. ſunt:& apud eũdẽ:& apud alios repiẽda reliqmus exẽpla
huiuſmodi:licet pauciora:unũ ex Plinio ſatis ſit ad Corneliũ Priſcũ.Dedit.n.mihi quãtũ maximum
potuit:daturus amplius ſi potuiſſet:tãetſi qd homini dari põt maius:ꝗ gloria:laus & æternitas:Hic
non poſſis ponere licet & quãuis.

De cum & tum. Cap.lix

CVm & tum indicatiuũ fere poſtulãt:eſt autẽ in cum qddá minus:in tum qddam maius
& hoc duobus modis:ut aut ganerale aliqd præcedat:ſequat̃ ſpeciale:aut ambo ſint ſpeci
alia.Primo modo ſic:ut apud Quintilianũ:Quod cũ oĩbus confidendum eſt:tum nohis
præcipue:qui rationẽ dicẽdi a bono uiro nõ ſepamus.i.oĩbus multũ:mihi uero maxime.
Altero mõ apud eũdẽ.Quod opus Marcelle Victori tibi dicamus:quẽ cũ amiciſſimũ nobis:tũ exi
mio litterarũ amore flagrãte:digniſſimũ hoc mutuæ inter nos charitatis pignore iudicabimus.i.
multũ ꝓpter amorem tuũ in nos.Plus tamen ꝓpter amorẽ iudicabimus litterarũ.Vix aliter repias
quale eſt Cic.in Verrẽ actione prima:Factum eſt uti cũ ſummũ in ueteribus patronis multis:tum
nonnullum etiá in me præſidiũ ſuis fortunis cõſtitutũ eſſe arbitrarent̃:ſed hoc loco adiectiua ſunt
quæ diſtinguant illud plus & illud minus:in cæteris locis fore adiectiua non adhibent̃:qualia nunc
ſunt ſummũ & nõnullũ.Raro autẽ alius modus ꝗ indicatiuus cõuenit:quale fuit ꝓximũ exemplũ
Idẽ Quin.in.ii.Quid autem eſt ex his de quibus ſupra dixi:quod nõ cũ alia quæ ſunt rhetorũ pro
pria tum certe iſtud iudiciale cauſæ genus incidit.Cic.ad Curionẽ.Graui teſte priuatus ſum amo
ris erga te mei patre tuo clariſſimo uiro:qui cũ ſuis uirtutib⁹:te filio ſuperaſſet oĩum fortunas ſi te
ante uidiſſet:ꝗ uita decederet.Nunꝗ hoc fit niſi ſub uno uerbo:ꝙ ſi quando ſub duobus fieret:nõ
tamẽ in diuerſis uerboꝝ modis diuerſiſq; temporibus:ut fecit Boetius in principio tertii ut reor.
de dialectica libri.Cum in oĩbus philoſophiæ diſciplinis ediſcẽdis atq; tractandis:ſummum in uita
ſolamen exſtimẽ:tum iucundius & ueluti cum quodá fructu etiá laboris arripio:quæ tecum cõmu
nicáda cõpono:niſi forte putamus hoc eodẽ mõ pro Deiotaro ĩcepiſſe Ciceronem.Cum in omni
bus cauſis grauiorib⁹.C.Cæſar initio dicẽdi cõmoueri ſoleá:uehementius ꝗ uel uſus:uel ætas mea
uidet̃ poſtulare:tum in hac re multa ꝑturbant:tamẽ dicitur non tum.Reſpondet.n.ad illud cũ pro
ꝗuis.Vt alio idem in loco:Satis ne cõſtanter facere uideamur:qui cũ præcipi nihil poſſe dicamus:
tamen & in aliis de rebus differere ſoleamus:& in hoc ipſo tp̃e præcepta officii ꝓſequamur:cum.ſ.
pro ꝗuis:aut ſi ſcribitur tum nõ tamen ſcribẽdũ etiá erit ſoleo:nõ ſoleam quale:eſt illud in ꝓœmio
quarti libri tuſculanarũ quæſtionũ:Cũ multis locis noſtroꝝ hominũ ingenia uirtuteſq; Brute ſoleo
mirari tum maxime in iſtis ſtudiis:quæ ſero admodum expetita:in hanc ciuitatem e Græcia trãſtu
lerunt.Idẽ auctor opus de natura deoꝝ ſic Inchoat.Quod qdam deprauare ſolent:dicẽtes ſint pro
ſunt:cũ multæ res in philoſophia nequaꝗ ſatis adhuc explicatæ ſunt:tũ ꝑdifficilis Brute qđ tu mini
me ignoras:quæſtio eſt de natura deoꝝ.Priſ.quoq; uix grammatice locutus eſt in prooemio magni
operis:& quidẽ in prima dictione:atq; adeo in prima ſyllaba:dicens.Cũ oĩs eloquentiæ doctriná
& omne ſtudioꝝ genus:ſapientiæ luce præfulgens:græcoꝝ fontibus deriuatũ latinos proprio ſer
mone inuenio celebraſſe:& cætera quæ tãta ſunt præcedẽtia uerbũ principale:ut nõ modo Demo
ſthenes:qui cõtẽta uoce & uno ſpiritu:cõplures uerſus ꝓnunciabat:ut Hercules:qui ſine ſpiratiõe
unũ ſtadiũ decurrebat.Sed ne nouellus qdẽ Torquatus Mediolanenſis:qui uno ſpiritu tres uini
cõgios ſiccabat:poſſet illã ſententiá atq; ꝑiodũ una uocis cõtentione ꝓnunciare:tandẽ uerbũ prin
cipale ſubiungit:conatus ſum pro uiribus rẽ arduá qdẽ:ſed officio ꝓfeſſionis non indebitam ſupra
nominatoꝝ præcepta uiroꝝ:quæ congrua ſunt mihi uiſa:in latinũ tranſferre ſermonem:cum inue
niam erat dicendum:aut quoniam inuenio.Sed ad tum reuertamur quod ſæpe ſine cũ ponitur ge
minatũ:triplicatum:& in ꝗuis longum multiplicatũ.Sed quãtum ego ſentio in rebus paribus:ut
Quin.Nec indignet̃ Herodotus æquari ſibi Titũ Liuiũ:cũ in narrãdo miræ iucũditatis clariſſimiq;
cãdoris:tũ in cõtionibus ſupra ꝗ enarrari põt:eloquentẽ:ita dicũt.oĩa tũ rebus:tũ ꝑſonis accõmo
data.Taceo de eo modo:quãdo accipit̃ pro aliquãdo:ut tũ hoc:tũ illud dicas:ideſt aliquãdo illud:
uel modo hoc:modo illud.

De quidem. Ca.lx.

QVidem duobus:tribuſue modis accipi ſolet.Vno ad diſtinguẽdas res:qđ apud græcos
pene nimis fit ſæpe:ut unus qdẽ ſic:alius autẽ ſic.Ego qdẽ Romæ ſum:tu uero Athenis:
frater autẽ Alexandriæ.Altero aut quaſi per exceptionẽ illius quod affirmes.Vt apud

Ayuntamiento de Madrid

M.F.Torquebis qdē filiū:ſed fatebiť mater.Adeo ut apud hunc &.M.Tulliū nunq̄ cōiungať quidem & ille:quin huiuſmodi ſequatur exceptio:ut de offi.li.iii.Ab optimis illis quidē uiris:ſed nō ſatis eruditis:& de amicitia:Qui aūt in uirtute ſummū bonū ponunt:præclare illi quidē:Sed hæc ipſa uirtus amicitiam & gignit & continet.Dicendum erat præclare quidem:ut in pronominibus oſtendimus:potius q̄ illi:ſed hoc fecit ut ille cōiungeretur.cum quidem.In ſuperiore modo tantūmodo duobus comitibus quidē uti poteſt:quæ ſunt uero & autē:In hoc ſecundo pluribus præter has duas:uerū:uerūtamen:at:ſed:cæterum:tamen:attamen.Sed tamen atq; in hoc ſecundo modo ipm̄ quidem alternatim poni poteſt:nunc in laudē:nunc in uituperationem:atq; id aut a uituperatione incipiendo & finiendo in laudem aut incipiendo a laude & finiendo in uituperationē, ut tu lentus quidem es & piger:ſed tamen fidelis:Rurſus tu quidem fidelis es:ſed lentus tamē & piger.Tertio modo quo plenius eſt etiam ſermo uulgaris:nullo autem aut uero:aut ſed:aliaue coniunctione ſimili ſequente:ſicut & hæc,ipſa nōnunq̄ ſine quidem ſunt.Cicero:Aut enim nemo:quod quidem magis credo:aut ſi quiſq̄ eſt:ille ſapiens fuit

## De uero:autem:porro. Ca.lxi.

VEro & autem idem ſignificāt:& eodē in loco poni poſſunt:antecedēte utiq; aliq̄ dictiōe Nunq̄ enim ab his ſentētia incipit.Collocantur autē frequenter ut nuſq̄ referantur:ſed tantū diſtinguant ſententiā a ſentētia:ut mea ipſius uerba declarāt ubi ſum uſus modo aūt:Habēt tamē aliquādo neſcio qd differētiæ in utēdo.Cur nāq; nō dicimus:neq; aūt ſicut neq; uero:ut Quintilianus:Neq; uero me lacedæmonii atq; atheniēſes magis mouerit q̄ po.Ro.apud quē ſumma ſemp oratoribus dignitas fuit.Itē tum propter hoc:tum uero ꝓpter illud nō autē tū propter hoc:tum autē propter illud.Contra non dicimus:non uero:ſicut non autē:ut ſum tibi amicus:non autē aſſentator.Muta illud aduerbiū:& habet locum uero ſic:Sum tibi amicus:aſſentator uero nō:uel aſſentator autem nō:& in quibuſdā ſimilibus.Incipimus eni maiora quædam capita per uero potius q̄ per autem Virgil.Iunonē cū Venere ſic loqui incipientē ſic facit:Egregiā uero laudē & ſpolia ampla refertis,Tuq; puerq; tuus.Et ad Sulpitium ſcribēs Cic.ita epiſtola icipit Ego uero Sergi uellem:ut ais:in meo dolore affuiſſes.Præterea non dicas ita age:autem:ſane aut:iā autē.n.autē:ad autē:ut age uero:ſane uero.n.uero:iā uero:at uero.Atq; ut in qbuſdā locis hæc duo &,cætera ſimilia a me prius,enumerata:habent gratiam ſi ponantur:ita in quibuſdam non habent:quale eſt:cū idē uerbū repetitur hoc modo.Quin.pro patre mori poſſum:corā patre nō poſſum:Nō recte dicas:Corā patre autē nō poſſum niſi reticeas uerbū:ſic Corā patre aūt nō.Atq; hic ſeqtur negatio:aliquando antecedit Cicero.Tu cū principē ſenatorē auūculū domi habeas:ad eū non referas:ad eos referas:qui ſuā domū non habent:tuam exhariunt.Quare non de eo modo intelligitur quotiens uerbum ſine contrarietate repetitur ut idem tribues his temporibus quantum poteris:poteris autē quantum uoles.Neq; quotiens aliquid ꝓlongū eſt:aut nō nihil īmutatur:ut idē in Verrē.Nō enim inquit illud peto quod ſoleo cū uehementius contendi impetrare reus ut abſoluatur non peto:ſed ut,potius ab hoc q̄ ab illo accuſetur:id peto:& in Phillippicis:Ego autem ueteranos tueri debeo:ſed eos quibus ſanitas eſt certe timere nō debeo.Tale non fuit Lactātii qui ait:Sed ut dixi:uenia concedi poteſt imperitis:& qui ſapientes ſe non fateantur:his uero nō potes qui ſapientiam profeſſi:ſtultitiam potius exhibent.Ego dixiſſem his,nō pōt.Poetæ hoc nō ſeruāt.Virg.Non erit auxilio nobis Aetho us & Arpi:At Meſapus erit.Oui.Nō formoſus erat:ſed erat facundus Vlyſſes.Porro licet eiuſdem ſignificationis ſit:cuius uero & autē:tamē puto pro illis ponere non poſſis:nōnunq̄ tamē eundē locū ſortitur:ut age uero:age porro:Sed illud nunq̄ in frōte ſententiæ,collocatur:hoc autem ſæpius:ut Quin.Porro qui confeſſum defendit:nō abſolutionem ſceleris petit:ſed licentiam.Per illa diceremus:qui uero uel qui autem confeſſum defendit.Apud quoſdā:& præſertim poetas uolūt,ſignificare lōge:certe:poſtea:ultra.Ideoq; ſæpe nō in principio ſententiæ:ſed in,medio inuenitur.

## De ſiquidem. Ca.lxii.

SIquidem ex ſi quidem compoſitū uidetur:ſed cur nec primā ſyllabā longā habet:cū ſi lōga ſit:nec ſignificationē alicuius harū unde componi dicitur:Eſt.n.ſiquidem idem quod nā:ut apud Quin.Atq; natura ipſa uidetur ad tolerandos facilius labores muſicam uelut muneri nobis dediſſe:ſiqdē & remigē cantus hortatur & Ciceronē:Confiteor eos niſi liberatores populi Ro.cōſeruatoreſq; reip.fuerint pluſq̄ ſiccarios:plus etiam q̄ parricidas eſſe ſiqdē eſt atrocius,patriæ pntē q̄ ſuū occidere.Nōnulli nō internoſcunt qn̄ ſiqdē eſt una dictio:quādo duplex qđ iternoſcere facile eſt:ut apud eoſdē ambos priorē libro.quarto.Quare illud ſtultiſſime ꝑcipitur quod defendi non pōt ſilentio diſſimulandū:ſiqdē eſt id de quo iudex pronūciaturus eſt.At ſi extra cauſam ſit addictū & cætera.Poſteriorem pro Milone:Deinde ꝓfectus eſt id tēporis cū iā Clodius ſiqdē eo die Romā uenturus erat redire potuiſſet.Et pro Flacco:O morē præclarum diſciplināq; quā a maioribus accæpimus ſiqdē teneremus.Sed neſcio quo pacto iā de manibus elabitur.In hoc tamē ſignificato apud Ouid.reperitur lib.iiii.faſtoꝝ prima ſyllaba,breui tanq̄ ſit dictio cōpoſita.Sed ſi forte tibi non mutabile pectus:Statq; ſemel iuncti rūpere uincla thori:Hoc quoq; tētemus:ſiqdē ieiuna remāſit.Sin minus inferni cōiugis uxor erit.Idē libro,tertio ſine titulo:Quæ mihi uētura eſt:ſiqdē uētura ſenectus:Cū deſit numeris,ipſa iuuenta ſuis:In altero ſignificato apud



Ayuntamiento de Madrid

Luca.li.iiii.Hoc ſiqdē ſolo ciuilis crimine belli:Dux cauſæ melioris eas. De ſin. Ca.lxiii.

Sin pro ſi nunq̃ in prima ꝑte collocat̃: ſed ĩ ſecũda:ubi fere duoꝝ eſt oppoſitio atq; hoc ſiue uocali ſequēte:ſiue cõſonante. Terē. Si illũ reliquo:eius uitæ timeo. Sin opitulor:huius minas: & alibi: Si hoc celet̃:in metu. Sin patefit:in ꝓbro ſciem Nõnunq̃ ſin unũ repitur:ſed ꝙ ſecũdi loci uicē obtineat:ut Salu. Impat & p̃cio ſicuti multa cõfecerat iſidiatores Maſiniſſæ pareat:ac maxime occulte. Sin id parũ procedat:quouis modo numidā interficiat.i. ſi põt occulte:ſi nõ põt utcũq;. Quorundā tamē uſus eſt:ut dicāt ſin autē pro eo qđ eſt ſi nõ: q̃ſi in ſin aut in autē ſit negatio:mirarerq; de uulgo:niſi id apud quoſdā p̃ſtātes repirē. Quale eſt illud in apocalyſi. Sin autē uenio & moueo candelabrũ:cũ p̃ſertim pauloport dicat̃. Si quo minus ueniam Ego uero in utroq; dixiſſē: Sin minus uel ſin aliter. Et in euāgelio: Si ubi fuerit filius pacis:regeſcet ſup illũ pax ueſtra:ſin autē ad uos reuertet̃. Et alibi: Siqdē fecerit fructũ ſin autē ſuccides illē. In quibus oĩb⁹ græce negatio adeſt. Serui⁹ uult nõnunq̃ ſi accipi pro ſiqdē:ut ibi: Tua ſit tibi mænala curæ:qđ mihi minime placet.

De ꝗppe:utpote:ꝓfecto & utiq;:nēpe & nimirũ.ſane certe Ca.lxiiii.

Quippe & utpote:ꝓfecto & utiq;:nēpe & nimirũ:ſane & certe uel certo ſimiliora ſunt quidē ĩ ſignificato:q̃ illud qđ modo dixi:de ſiqdē loquor ſed ad hocipſum ꝓxime accedũt: p̃ſerti duo:ꝗppe & utpote:quæ licet uulgo accipiant̃ pro certe:cui non oĩo eqdē repugno:tamē malim accipe ꝑ accuſatiuis:ut Quin. Falſa.n.eſt querela pauciſſimis hominibus uim p̃cipiēdi quæ tradat̃ eſſe cõceſſa:plæroſq; uero laborē ac tpa tarditate ĩgenii ꝑdere. Nā cõtra plures repias & faciles in excogitādo: & ad diſcēdũ ꝓmtos. Quippe.i.homini naturale:ac ſicut aues ad uolatũ:eq ad curſum:ad ſæuitiā feræ gignunt̃:ita ꝓprior a nobis eſt mētis agitatio atq; ſollertia:unde origo animi cæleſtis credit̃. Atq; licet huiuſmodi doctiores eodē tēdāt:tamē uſu diſſidēt: & q̃ſi diuerſo itinere ad idē ꝑueniũt. Vt.n.pro ꝗppe hoc in loco recte dicā ſiqdē:uel nā aut nāq; uel.n.aliqua dictione antecedente ad hunc modũ. Id.n.eſt homini naturale ita rarius per quoniā: quæ cõiunctio habet aliũ ſuũ uſum:qui nulli alteri hoꝝ cõcedatur:ut in hoc Tulliano exēplo: Quoniā utriuſq; cõſilii cauſam.P.C.probatā uobis eſſe cõfido:priuſq̃ de rep. dicere ĩcipio:pauca loquar de heſterna.M.Antonii iniuria. Hoc idē per ꝗppe ſic dicā:priuſquā de rep. dicere ĩcipio.P.C.pauca loquar de heſterna.M.Antonii iniuria:quippe ꝓbatā uobis eſſe cõfido cauſam utriuſq; conſilii: uel ꝗppe cũ ꝓbatā uobis eē cõfido uel cõfidā. Huic ſimilimũ eſt utpote:præterq̃.primo modo. Nõ.n. hēt ſuũ uerbũ:q̃le foret utpote.i.homini naturale In cæteris oĩbus uſum hēt. Pli. de naturali hi. Vt pote cũ qdā annuo & breui ſpacio durauerit. Cic. ad Atticũ: Me & cõmoda ualitudo:qua iā emerſerā:utpote cũ ſine febri laboraſſem:tenuit. Idē ad eundē: Ea nos utpote qui nihil cõtēnere ſolemus nõ ꝑtimeſcebamus. Et in philip. L. qdē frater eius:utpote qui ꝑegre depugnauit:familiā ducit. Salu. in cati. Antonius ꝓcul aberat:utpote qui magno exercitu locis æqoribus expeditos in fugā ſeqret̃. Hic ſubiũctiuo:ille indicatiuo uſus eſt. Nõnunq̃ ſine cũ & ſine relatiuo repit̃: & neſcio an frequētius eiuſmodi eſſet hoc. Antonius aberat a bello:utpote æger ac iacēs in lecto. In qua forma etiā reperit̃ ꝗppe:ut Quin. Si alienũ & ignotũ:tamē quæ cõis oĩum mortaliũ:ꝗppe ſub uno parente naturæ cognatio eſt hoĩem cibo forte iuuiſſem:pœna dignũ uideretur ſeruaſſe periturā aĩam. Titus. Li. lib.iii. Notā iudicii fabulā petito ꝗppe apud ipſum auctorē argumenti pagit. Profecto autē & utiq; ſine dubio affirmāt. Sed hoc ſecundũ nunq̃ aut fere nũquā apud Cic. apud poſteriores frequēter: ut Quint. Sed ſolēt huiuſmodi negociatores aliqd ꝓpriũ ac priuatũ ſtipulari:utiq; cũ alienā rē uendunt:quod nõ ita ſolet ad reſpõſionē adhiberi:ut illud alterũ:ut Cic. Quis hæc renũciat? Is ꝓfecto qui interfuit. Licet id facere pro certe:ut idē Tātā ſollicitudinē bonoꝝ:tantũ timorē oĩum:in quo meminimus? Certe in nullo. Et per nimirũ:ut Quin. Demus id quod nullo modo fieri poteſt.i.ingenii:ſtudii:doctrinæ peſſimo atq; optimo uiro. Vter melior dicetur orator:nimirum qui homo quoq; melior. Sed uſitatũ omniũ maxime eſt nēpe. Vt Cice. apud quē hæc dico? Nēpe apud eũ:qui cũ hoc ſciret:me tamen anteq̃ uidit:reip. tradidit. Nõnunq̃ ſine interrogatione. Hora.n.quandam epiſtolā ſic inchoat: Nēpe hoc quæſiſti. Et Perſius: Nēpe hoc aſſidue dixi. Quin.quoq; inquit: Nēpe enim in hoc plurimũ laboris exhauſimus:ut rhetoricen:oſtenderemus bene dicendi ſciētiā & utilē & artē uirtutē eſſe. Sane tũ affirmatiue ſumit̃:ut ita ſane:ſane uero:tũ pro ualde:ut homo ſane nobilis. Interdũ cũ ſuplatiuo:ut Sueto. de uita Cæſaris: Bellũ ſane difficillimum geſſit. Tum ꝑmiſſiue: quotiens aliquid aduerſario tribuimus:ut ſit ſane ut ais:ut Quin. Tulerit ſane filius noſter merito pœnas:dederit ſpiritũ ſupplicio:nihil de præteritis loq̃mur:quaſi eſto:ita ut ſit uis certe modo affirmat modo pro ſaltē accipit̃:ut nõ potero tāgere. Certe potero uidere:uel at certe. Ideo dixi ꝙ pro ſaltē accipitur:ꝙ hanc eandē ſententiā nihil differre puto ab ea:quæ eſt nõ potero:tangere:ſaltem uel at ſaltē potero uidere. Adiũgit̃ autē illud at quomodo iungit̃ ſed cũ tamen:licet alterũ eoꝝ ſufficeret. Significat.n.uõnunq̃ at idē qđ ſaltē:ut illo Virgiliano: At Meſapus erit. Certe cõiũcta cum cõiunctione & ſemp affirmat:ut Cice. Et certe contra Cæſarem eſt ĩgreſſus armatus. Apud Quin. Et ſane frequenter:ut lib.i. Et ſane quis concipiat uel declamantis eſt habitum:uel orantis uocem: inceſſum pronunciationem? Illum deniq; animi & corporis motum certe coniuncta cũ ſcio ſimilibuſq; uerbis ſolet mutare e in o:ut certo ſcio:ſicut dicimus manifeſto pro manifeſte:apto pro aper

Ayuntamiento de Madrid

te:liquido pro liquide:tuto pro tute: & ſimilia. De ut. Ca.lxv.

VT pro qppe ſiue utpote accipitur:ſequête relatiuo:ut Quin.Cum me cuius interiectio mari nõ fortunã ãlquam noſſe:nõ natales:nõ patrẽ poterat:una tamẽ res faceret apud quoſdã miſerabile:ꝙ uidebatur iniqꝫ cõparatus.Et alibi:Illud iã diximus quãto plus nitoris & cultus demõſtratiuæ materiæ ut ad delectationẽ audiẽtiũ cõpoſitæ:ꝗ quæ ſunt in actu & cõtentione ſuaſoria iudicialeſqꝫ pmittãt:ubi eſt ut licet ponere qppe uel utpote.Quin.ut freqũẽter utiẽ:utpote autẽ raro.Et alibi:Nec ignoro igiẽ quo tranſeo:nec utiqꝫ damno:ut qui dixerim eſſe in oĩbus utilitatis aliqd.Et alibi:Theopõpus his minor:ut in hiſtoria prædictis minor:ita oratori magis ſimilis:ut qui anteꝗ eſt ad hoc opus ſollicitatus diu fuerit orator.Aliquando accipiẽ ꝗſi pro ſecundũ:ut Cic.Qui ſermo:quæ præcepta:ꝗta notitia antiqtatis:ſcientia iuris:augurii:multæ etiã ut in hoĩe romano litteræ:id eſt ſm id qđ ſolet ſcire romani.Et alibi:Poſteaqꝫ Cliſtenẽ multũ ut tpibus illis ualuiſſe dicẽdo:id eſt ſm illoꝝ tẽpoꝝ eloquẽtiã.Et iterũ:Deniqꝫ hũc ꝓximo ſeculo Themiſtocles inſecutus eſt:ut apud nos ꝑantiquus ut tpibus illis nõ ita ſane uetus.Et iterũ atqꝫ iterũ in eodẽ Bruto:Fuit ut tẽporibus illis luculentus erat cũ litteris latinis:tũ etiã græcis:ut tẽporibus illis eruditus.Erat etiã in primis ut tẽporibus græcis doctrinis inſtitutus:quoꝝ utriuſqꝫ oõnes ſunt ut in aſiatico genere laudabiles. Quibus cũ litteris iungitur ab & abs. Ca.lxvi.

AB cum duabus liquidis:& cum i quando fit conſonans adiungi ſolet:ut ab lege:& ab legatis:ab litteris:ab rege:ab rogo:ab re:ab Ioue.Abs uero cum t:ut abs te:abs Tito.Interdũ cũ qui:ut Terenti.Abs quiuis homine beneficium accipere gratum eſt.

De continuo:protinus:ſtatim. Ca.lxvii.

COntinuo:protinus:ſtatim qd ſignificẽt:notũ eſt:qbus addita negatione ſignificatio fit ꝗlis nõ ideo:ut de oratore Cic.At ſi illæ ſeditiões ſaluti huic ciuitati fuiſſent nõ cõtinuo ſiqs motus populi eſſet:id.C.Norbano in nefario crimine & fraude capitali eſſe ponendũ.Quin.Nõ autẽ ut qcqd pcipue neceſſariũ eſt:ſic ad efficiendũ oratorẽ maximi protinus erit momẽti.& iterũ:Neqꝫ id ſtatim legẽti pſualum:oĩa quæ oẽs auctores dixerũt:utiqꝫ eſſe ꝑfecta.Eãdẽ uim obtinet interrogatio quã negatio:ut idẽ:Cõtinuo ne ſi ille ſtulte cogitauit:nobis quoqꝫ ſtulte dicẽdũ eſt:id eſt nũ ideo:cuius ſignificationis mutatæ hæc cã eſt:ꝙ nõ plane receſſum ẽ a prima illa ſua & naturali:ꝗſi dicaẽ nõ:aut nũ ꝑpter hãc ſolã & ſe primo offerẽtẽ rõnẽ:Seruius nõ eſt uſus hac re elegãter in ea parte:ubi abeſt negatio.Nõ qa mulier ſtatim & ancilla.Si autẽ ancilla ſtatim aut mulier eſt.Tollẽdũ.n.erat poſterius ſtatim ꝓtinus ut ego iterpretor:pro ſimul:ſiue etiã aliqñ accipiẽ.Vir.Quin ꝓtinus oẽm Perlegerẽt.Quin.Traxerat ex firmitate mẽtis magnã ꝓtinꝰ & in mẽbra cõſtãtiã:Et.n.qđ ſtati fit:ꝗſi ſimul fit. De tãtũ abeſt:tantũqꝫ nõ. Ca.lxviii.

TAntũ abeſt aut unũ ut poſt ſe hẽt:aut duplex.Vnũ ſic.Ci.de offi.Tantũ abeſt ab officio:ut nihil officio magis poſſit eſſe cõtrariũ.Idẽ pro Marcello.Tãtũ abes a pfectione maximoꝝ operũ:ut fundamenta nondũ quæ cogitas ieceris.Duplex ſic.Idẽ pro lege manilia.Tantũ abeſt ut aliquã bonã grãm quæſiſſe mihi uidear:ut multas etiã ſimultates:ptim occultas:partim aptas ſubeundas mihi eſſe intelligã.Quẽ modũ loquendi a græcis imitati ſumus.Hos autẽ duos quos attigi modos idẽ ſignificare:ex hoc liquebit:qđ alterũ in alterũ cõuertere licet:ſic.Tãtũ abeſt ut officiũ ſit:ut nihil officio poſſit magis eſſe cõtrariũ.Itẽ:Tantũ abes:ut maxima opera pfeceris:ut fundamẽta nõdũ quæ cogitas:ieceris:Rurſus:Tantũ abſum a cõparatione alicuius bonæ gratiæ:ut multas etiã ſimultates:& cætera.Quin.quo planius huiuſmodi oõnis ſenſus patefiat:reſoluamus per nõ ſolũ.Nõ ſolũ aliquã bonã grãm quæſiſſe nõ uideor:ſed etiã multas:& cætera.Itẽ nõ modo officiũ nõ eſt:uerũetiã nihil magis officio põt eſſe cõtrariũ:& nõ tantũ abes a pfectione maximoꝝ operũ:ſed fundamẽta quoqꝫ nondũ quæ cogitas:iecisti.Põt & nedũ reſolui:ut ſupra docuimus:ſed hoc faciendũ legentibus relinqmus.Aliquando tantũ abeſt:& ſine geminatione illa:& ſine ablatiuo reperimus:ſed perꝗ raro:ut in Curionẽ Cic.Tantũ abeſt:ut inflamares noſtros aĩos ſomnũ iſto loco uix tenebramus:apud Quin.hæc exẽpla nõ inueni:ſed tale genus loquẽdi.Si ultra hoſtiũ affectus:qui cæſos acie ſæpe tumularunt ultra tyrãnos:ultra latrones parũ habet nõ ſepelire:niſi alioꝝ quoqꝫ officia præciderit:tantũqꝫ non petita ex fluctibus aqua reſtinguit ignẽ.Et alibi:Hoc triſte ſpectaculũ:& tantũ nõ ipſi qui fecerat:miſerandum.Et iterũ:Tantũqꝫ non durũ ac ruſticũ & parũ meretriciis artibus quæriẽ educatũ id eſt tãtũ abeſt ut reſtinguat ignẽ:tãtũ abeſt:ut ipſe miſereatur:tantũ abeſt ut quæraẽ durũ ac ruſticũ ac parũ meretriciis artibus educatũ.Valerius in primo:Tãtũ non ſuis manibus deducit:ſiue ꝑpe abeſt:uel prope eſt:ut quod etiam e græco ſumus mutuati. De Simul:una:pariter. Ca.lxix.

SImul geminatũ nõ memini me reppeiſſe apud Ciceronẽ apud poſteriores ſæpe.Quin.Simul ut pleniore obſeqo demererer amantiſſimos mei:ſimul ne uulgarẽ uiã ingreſſus alienis demũ ueſtigiis inſiſterẽ:Virgi.Obſtupuit ſimul ipſe ſimul pculſus Achates.& iterũ Accelerat ſimul æneas:ſimul agmina troũ.Cicero:Et tñ raro pro ſimul dixit una in Verrẽ actione ſecũda:Vna & id qđ facio ꝓbabit:una & in hac cã ꝑfecto neminẽ mihi ꝑponẽdum eſſe exiſtimabit:ſimul nõ geminatũ & pariter apud Quin.Sæpe ut homo fortis ſimul & ſapiens uel



Ayuntamiento de Madrid

homo fortis:pariter & ſapiēs:Raro cū geminata:ut Hora.Aut ſimul & iocūda & idonea dicere ui
tæ:Cicero pro Roſcio:Perditiſſimi eſt igit̄ hoīs ſimul & amicitiā diſſoluere:& fallere eū qui læſus
eēt:niſi crediſſet.

De nudiuſtertius:ſociiſq;:ac pridie & poſtridie. Ca.lxx.

NVdiuſtertius & nudiuſq̄rt⁹:nec ultra ꝓgredit̄:ſicut biduo:triduo:q̄triduo: & bīoctio:
trinoctio:q̄trinoctio:& nō amplius niſi putamus ſine mēda ſcriptū eē ī philippicis nudi
uſtertius decimus.Plautus ut ſolet licēter:inq̄t nudiuſtertius:q̄rtus:q̄ntus:ſextus:ſepti
mus:octauus:adhuc deinceps:ut etiā ad milleſimū fuerit ꝓceſſurus.Sed cur queādmo
dū hēmus biduo & binoctio:nō etiā hēmus nudiuſſecūdus:Nēpe q̄a adeſt alterū uocabulū & q̄dē
magis ꝓpriū:qđ eſt heri.De die autē qui p̄ceſſit heſternū dicimus nudiuſtertius:& de ſuꝑiore ad
huc nudiuſquartus:ſcilicet nunc de tertio uel quarto.De ſequenti cras:dehinc proximo perendie.
Ci.ad atticū libro duodecimo.Scies igit̄ cras:ad ſummū perendie.Vnde dies perendinus dies ab
hinc tertius.Cæſar in cōmētarius:Qui ſi per te liceret ꝑendino die cū ꝓximis hibernis cōiuncti cō
munē cū reliq̄s belli caſum ſuſtineant.Et cōperendinare differre in lōgū de die in diem.Pridie &
poſtridie ſimillimā obtinēt ſignificationē ei cuius ſunt heri & cras.Eſt enim pridie quaſi heri:non
tū præſentis diei:& poſtridie cras:nō præſentis diei:ſed cuiuſdā alterius aut p̄teriti:aut futuri.Præ
teriti ſic:Poſtridie q̄ intraſti mare ſerena lux fulſit.Futuri ſic:Pridiæ q̄ intraueris patriā ſacrificiū faci
to:id eſt die p̄cedēti quo aut mare intraſti:aut patriā intrabis.Itē poſtridie q̄ pater mortem obiuit
epulū feci:& poſtridie q̄ uxorē duxero:nauigādū mihi eſt:Vel cū genitiuo ſic:Pridie illius diei:&
poſtridie illius diei quo hæc & hæc feci:aut faciā:uel ſine qui & ſine diei ſic:Venit ad me Chremes
poſtridie clamitās:ſupple illius diei quo hæc geſta ſunt:& cū intraui urbē:audiui hoīem pridie re
ceſſiſſe.Dicimus tū cū has lr̄as dabā:erat pridie cal.auguſti:uel poſtridie nonas:& hodie eſt pridie
ludoꝝ circēſiū:cras & poſtridie nūdinarū:Refert̄.n.tale tp̄s:nō ad hodiernū craſtinūq; diē:ſed ad
aliū quēdā:ueluti ad eū quo hæ litteræ legunt̄.Ideoq; errauit qui ſcripſit ſic.Cū eū Romæ domū lo
quēdi gr̄a adiſſem:orauit me dicēs:poſtridie ad me redeas:dicēdū erat cras:aut ſic:poſtridie ut re
dirē orauit.Rurſus nō recte dixiſſet ſic:cras ut redirē orauit:ſed poſtridie.Atq; nō dicimus nudiuſ
ſecundus:ita ne ſecūdo cal.ſecundo nonas ſecūdo idus:pridie cal.pridie nonas:pridie idus.Item ut
nō dicimus nudius primus:ita nec primo q̄dē calē.primo nonas:primo idus:ſed calēdis nonis idi
bus:p̄terea ex his duobus alterū format ex ſe denoīatiuū:alterū uero minime:Ex pridie fit pridia
nus:ex poſtridie nō fit poſtridianus:aut in uſu nō eſt:ſed pro eo abutimur craſtinus:per qđ ſignifi
cat̄ nō modo dies ſequēs hodiernū:ſed etiā quēlibet aliū:Vir.geor.i.Si uero ad ſolē rapidū lunaſq;
ſequentes,Ordine reſpicies:nunq̄ te craſtina fallet Hora.Neq; inſidiis noctis capiere ſerenæ.Eodē
quoq; mō abutimur heſternus pro pridianus Terē.Iure heſterno panē atrū uorēt.Cicero:Videre
uideor alios intrātes:alios exeūtes quoſdā ex uino uacillātes:quoſdā heſterna epotatiōe oſcitātes:
nō heſterno die loq̄tur:q̄a ut ſic dicā illo heri nō fuerat factū:cū hæc dicerētur:Vtimur frequētius
hoc per abuſionē:q̄ illo naturali & ꝓprio:quo & ipſo frequēter utimur.Suetonius in uita Ty.Solē
nibus cœnis pridiana ſæpe & ſemeſa obſonia appoſuit.Idē in uita Caii:Marcēte iā ſtomacho pridia
ni cibi onere.Bartholus cū leguleis ſuis accipit poſtridie pro poſt tres dies:unde cōſequēs fuit dice
re pridie pro eo qđ eſt prioribus & ꝓximis diebus.Nā ita uulgo loq̄mur:Pridie emi domū:cū di
cēdū ſit nuꝑ:de quo nūc diſſeramus.

De dudū:nuper ac pridem:cōpoſitiſq;. Ca.lxxi.

DVdū & iādudū de ꝑuo tp̄e unius horæ:aut ſemihoræ:aut duarū horarū:certe breuiſſimi
tp̄is.Nuper ſiue pridē & iāpridē de longiori tēpore decē:aut uiginti dierū:aut menſis:
mēſiumue:& nōnunq̄ annoꝝ pro cōditione materiæ.Itē dudum & nuꝑ ſeu pridē de re
ſiue actiōe quæ nō īſiſtit:ſed ſtatim trāſit.Iādudū & iampridē de re ſiue actiōe quæ non
īſiſtit & immorat̄:illa p̄teritū utiq; poſtulāt:hæc frequētius p̄ſens:nōnunq̄ etiā p̄teritū:dudū ītraui:
& iādudū te expecto:eſt hora ſemihora eſt:uel duæ uel tres:uel ut multū q̄ttuor:exquo intraui:&
exquo te expecto:Sed ipſa actio intrādi nō īſiſtit ac ſtatim deſinit.Secus autē expectādi actio.Item
nuper ex Sicilia redii:id eſt ſuꝑioribus diebus:mēſibuſue ex Sicilia redii & iam multi dies ſunt:uel
aliquot mēſes exquo abſum ex Sicilia:uel exquo ex Sicilia redii.Hic continuatio intelligit̄ tēporis:
illic minime.Hic ſignificatur mora:qua in hoc loco immoratus ſum:illic momentum illud applica
tionis.Cæterum quia dixi nuper & iampridem non modo menſes complecti:uerum etiam annos
pro conditione materiæ:tale exemplū ſit:Nuper inuenta eſt machina:quam bombardam uocant:
ideſt non multo tempore ab hinc.Iam pridem bombarda in uſu eſt:hoc eſt aliquanto ab hinc tem
pore in uſu eſt.Cicero de diuinatione:Neq; ante philoſophiam patefactam:quæ nuper inuenta eſt:
hac de re cominus uita dubitauit.Idem de amicitia.Neq; enim aſſentior his:qui nuꝑ hæc diſſerere
cœperunt:cum corporibus ſimul animas interire:atq; omnia morte deleri Quid attinet hic plura
exempla repetere:cum nemo aliter locutus ſit:forſitan aliq̄do poetæ apud quos legimus iamdu
dum pro continuo:ſed fere in perſona loquente:& alios ut maturent hortante:ut:Vir.Iamdudum
ſumite pœnas.Rarius iampridem:ut fecit Lucanus:Tollite iampridem uictricia:tollite ſigna:niſi
iampridem uictricia dicas Quare Boetius male uidetur uoluiſſe imitari unum locum.M.T.in rhe
toricis dicētis:aliquādo reſpōdēdū eſſe primū his:quæ aduerſarius nuperrime dixerit:cū in cōmen

Ayuntamiento de Madrid

taris dialecticis dixit. Hoc autē quod nuper diximus: cū dicere debuiſſet ultimo aut nouiſſime: aut poſtremo: aut ꝓxime. In ſaturnalibus quoq; Macrobius: Iandudū inqt hæc quæſtio ab Ariſtotele & propoſita: & ſoluta: cū dicere debuiſſet iāpridē: aut potius iā olim. Plinius etiā maior: ſi uere ſcriptū eſt lib. xxiii. ſic inqt. Sōno uero ac ſecuritatibus iandudū hoc fuit quod Helena ante cibū miniſtrat. Et iterum li b. xix. Iandudū ex eadē Hiſpania zelicon uenit in Italiam plagis utiliſſimū. Et Liuius li. xli. In eo captiuoꝝ numero fabri: qui dudū fuere aſſueti apud pœnos mercede opus in arce lucroꝝ facere. Pridē autē & nuꝑ idē ſignificat Eſt autem nuꝑ nō longo tēpore a nunc: interdū non longo tēpore a tunc: ut Curtius: qui nuꝑ ab Alexandro miſſi erant. Tit. Liuius: Tunc hæc ipſa agebat animos indignitas: nō in retinēdis modo publicis agris: quos ut tenere ꝑtinacem nobilitatē haberet: ſed ne uacuū qdē agrū nuꝑ ex hoſtibus captū plebi diuidere. Cic. de ora. lib. ii. Quam multa de balneis quas nuꝑ ille uēdiderat. Pridē uero rarū eſt. Pli. xvii. naturalis hiſtoriæ: Ipſi uero pridem uidimus eadē ferme oīa præter pubertatē in filio Cornelii Taciti eqtis romani. Paulus iureconſultus. Et nō eſt mirū ſi peculiū quoq; defuncti pridē filii defert̃ pr̃i. Vlpianus: Tenet̃ cū ordinē tenere quē pridē habuit. Modeſtinus: a lr̃is pridē ſibi editis: ſæpius cū negatione & cū q̃ & cū ita Pli. li. xv. Medica nō pridē uenerat in Italiā. Cice. pro Roſcio comœdo. Quāpridē nomē Fānii in aduerſaria detuliſti? Idē in Bruto. Fuit. n. regnāte iā Græcia noſtra aūt ciuitate nō ita pridē cōſtitutū eſt: ut ſui tēporis ſinguli ꝑiculū ꝓſtarent. Idē iutelligit̃ in dudū qđ in pridē. Vt quādudū hic ſedes? reſpondebis non ita dudum: uel iandudum.

De olim & diu: ſuiſq; cōpoſitis Ca. lxxii.

OLim & iā olim: ſiue olim iā: diu & iandiu: ac tan diu habent aliqd cū ſuperioribus affinitatis. Quoꝝ primū apud Ciceronē rariſſimū: apud Quin. frequens: qui libro octauo ſic ait. Sed in foro tamē illā facilitatē olim deſiderauimus. i. iāolim. Et alibi. Olim iā imperator inter fulgētes uirtutes tuas liuor locū quærit: hoc eſt iā a longo tꝑe. Olim pro futuro nō apud poetas tātū. Vir. Hūc tu olim cælo ſpoliis oriētis honuſtū Accipies: ſed apud oratores quoq;: ut idē Quin. Sūt clari hodie quoq; eiuſdē operis auctores: qui olim noiabunt̃. Poetæ etiam pro aliquādo: ut idē Vir. Ac iā oli ſeras poſuit cū uinea frōdes Nōnunq̃ etiā pro iā dudū accipit̃: ut Curtius li. viii. Olim. n. uero mero ſenſibus uictis ex lecto repēte conſurgit. Diu uero nihil aliud ſignificat niſi per lōgū tēpus: Diu nauigaui: diu eqtaui: nō autē diu receſſi: aut diu equū aſcendi: ſed nuꝑ receſſi: aut dudū: & dudū equū aſcēdi. Quidā tn̄ ſic loquunt̃ iā diu eſt quod receſſi: utentes ad uerbio pro noīe. Eadē ratio eſt iā diu. ideoq; cauēdū eſt ne uerba quæ momentaneā actionē ſignificāt his aduerbiis applices quale. Iādiu publicaui opus: iandiu duxi uxorē ſed iā pridē licet recte dicat̃: ian diu eſt opus publicatū: & iam diu uxor mihi ducta eſt: nō aliter q̃ ſi dicat̃: opus iandiu publicatū: adhuc tamen elimare nō deſino: & uxor mihi iandiu ducta: adhuc tamen eſt uirgo. Significat̃ enim hic cōtinuatio tēporis: quo opus qdē publicatū: uxor uero ducta manet ac ꝑſeuerat quod in illo ſuperiore nō fit. Ideoq; tuba dudum aut iandudū ſonuit nō iandiu mortuus eſt nō iandiu animā emiſit: ſed dudū: & item in cæteris.

De uelut & ſicut. Ca. lxxiii.

VElut & ueluti & uti: tria hæc ſimiliora ſunt in ſignificatione illis tribus: quaſi tanq̃ ceu: q̃ aliis tribus: ſicut: ſicuti: ut. Ea. n. ſex ſuperiora imaginē innuunt: hæc tria poſteriora ſimilitudinē: q̃q̃ ut pōt uideri: generale & cōmune cū oībus: nec nō uti. cuius ꝓpe eſt ſignificatio quæ ut. Tu iraſceris tanq̃ leo: q̃ſi canis: uelut urſus: ē metaphora. Tu iraſceris ſicut uel ſicuti leo cōparatio eſt. Ibi. n. dico te leonē: hic aūt leoni ſimilē. Quod hinc ꝓbat̃: ꝙ illud reſoluitur per uerbū ſubſtātiuū: hoc per idē uerbū. Tu iraſceris tanq̃ leo: id eſt tanq̃ leo eſſes: iraſceris ſicut leo. i. ſicut leo iraſcitur. Atqui quomodo hoc ipſum ꝓbat̃: ꝙ ita hæ orationes reſoluantur potius q̃ e contrario? Nempe ꝙ cū huiuſmodi uerbis coniunctas inuenimus: ut Tu incedis uelut ſi eſſes rex nō autē uelut icedit rex. Ita in ſimilibus ego ſentio ſicut Plato: ſupple ſicut Plato ſentit: nō ſicut Plato eſſem. Ego dico ſicut antea: ſupple dixi: nō ſicut ante fui. Poſſunt tamen illa quæ duxit reſolui per nerbū ſubſtātiuū eſſe reſolui per idē uerbum: ſed non indicatiuo ut tu incedis uelut incederet rex Adeo illa quæ habēt præpoſitionē: uix aliter reſolui poſſunt. Ego uenio ad te tanq̃ ad deū: nō eſt dicendū tanq̃ deus eſſes: ſed tanq̃ ad deū accederem. Deniq; hæc ſubiuctiuum poſtulant: alia indicatinum. Seruius pro ſicut poſuit uelut duodecimo æneí. Nā diadema uelut aliarū gentiū reges non habent. Si uelim aſſerere exēpla uiuentiū. plura poſſem ineleganter dicta. Sed unum iterim afferā: qa ita e græco interpratat̃. Nā ueluti iuſtum eſt in eos aīaduertere: qui aliq̃d perperam patrarūt: ita his qui nos bñficio fouerūt: referre gratiā decet. Veluti pro ſicuti poſuit: ſed deceptus eſt: qa græci iſta nō diſtingunt. Aliq̃do ne nos qdem diſtinguimus: uti cū quædam enumerant̃: Poſtea aliqd exempli ſubiūgimus: ut apud Ciceronē officio. primo. Tamē ex ſingulis certa officioꝝ genera naſcuntur: uelut ex ea ꝑte quæ prima deſcripta eſt. Idē de natura deoꝝ. Aut qd tam temerarium: tāq; indignum ſapientis grauitate atq; conſtantia q̃ aut falſum ſentire: aut qđ nō ſatis explorate ꝑceptū ſit & cognitū: ſine ulla dubitatione defendere: uelut in hac quæſtione: Pli. naturalis hiſtoriæ lib. ii. Præter hæc inferiore cælo relatum in monumenta eſt lacte ſangnineq; pluuiſſe: Marco Attilio. M. Portio conſulibus: & ſæpe alias carne ſicut Lælio Volūmo: Caio Sulpitio conſulibus: ea nō ꝑpetra uiſſe quæ diripuiſſent aues. Et iterū: Quidā uero amnes odio maris ip̃a ſubeūt: uada ſicut Arethu-

Ayuntamiento de Madrid

12



thuſa fons ſyracuſanus.in quo reddunť iacta in alpheũ:qui per olympiũ flues:peloponnẽſiaco litto ri infundiť.In hoc igiť ſolo modo loquẽdi uelut cũ ſicut ſimilitudinẽ habet cũ reliquis illis quæ emu nerauit diſſimilitudinẽ quæ nequaq̃ licet ponere in tali genere ſermonis.Significant enim imagi nem:ideſt nõ ipſam plane ueritatẽ:aliquãdo tamẽ prope ipſam quoq; ueritatẽ:tum affirmando:tũ uero negãdo:ut pater tu nõ amas me q̃ſi filiũ:immo te fili amo q̃ſi filiũ.Ego nõ amplector illũ uel uti filiũ:licet mihi filius ſit.Ille diligit me tanq̃ filiũ licet nõ attineam:hic plane imago eſt.Habet au tẽ q̃ſi qddã ꝓpriũ:quale eſt:obiicis mihi quod uxorẽ repudiauerim:quaſi tu idẽ nõ feceris:uel q̃ſi uero:Quæ exempla nuſq̃ nõ plurima ſunt.Vti etiã accipi ſolet pro ut:& hæc duo pro quod.Virg. Nanq; uidebat uti bellãtes pergama circũ Hac fugerẽt graii.Quintilianus.Neq; ego grauiſſimũ patrẽ ſuprema ſua iuueni iactaſſe crediderim ut hæredem filiũ ſcriberet.Ceu magis eſt poetarum: ſed quo multi & præſertim Plinius utuntur.Quidam doctus utitur his temporibus pro ſicut.

De non quia:& non ꝙ:de quo:& ut quia:& ut ꝙ. Ca.lxxiiii.

NOn quia legẽ hoc bene eſſe cõpoſitũ:ſed qa legẽ hanc eſſe cõponẽdi in oĩbus principiis recuſem.Itẽ idẽ Quin.Et febrẽ quiete & abſtinentia:nõ qa rationẽ uidebat:ſed qa uali tudo ipſa coegerat mitigare.Iterũ:Quod ego nõ iccirco potiſſimũ in hac parte tractare ſum agreſſus:qa nõ in cæteris quoq; doctorib᷒ idẽ hoc examinãdũ q̃diligẽtiſſime putẽ: ſed ꝙ magis eius rei neceſſariã mentionẽ fecit ætas ipſa diſcentiũ.Iterũ:nõ quia prodeſſe nunq̃ ſatis ſit:ſed qa hoc ꝓſpicere debet:ut qd peius q̃ fecerit faciat.Ex his exemplis uidere licet nunc bis qa repeti:nunc unũ qa eſſe & unũ ꝙ & ubi eſt qa ibi ſemel biſue poſſet eſſe:ꝙ ꝑterea in ſecundo mem bro nunc ſubiũctiuũ eſſe:nunc indicatiuũ nunq̃ tamẽ idẽ repeti uerbum:ꝑſertim modo uerbi muta to:ut fecit quidã qui ait:nõ quia amicus nõ eſſes:ſed ꝙ ita amicus eras cũ dicere debuiſſet:non qa nõ amicus:ſed qa uel ſed ꝙ ita amicus eſſes.In quo illud obſeruatione dignum de cauſa efficienti dicendũ eſt:quia & ꝙ de finali:quo uelit de duobus priorib᷒ exẽpla inſpeximus.De poſterioribus Cicero in philippicis.Nõ ut ꝑficerẽ aliqd:ſiue nõ ꝑficerẽ aliqd.Quidam ignari huius differentiæ ſcribũt non raro pro ꝙ:ut apud eundẽ & eodẽ in loco.Primũ igiť acta Cæſaris ſeruãda cẽſeo:non quo ꝓbem:cũ ſcribendũ ſit ꝙ pro eo quod eſt quia:quid ſigni certo quod in altero membro eſt:qa cũ dicit.Sed quia rationem habendam cenſeo pacis atq; ocii.Et nemini dubiũ eſt ꝙ reſolui pro qa & quo prout:& hoc in loco a Cicerone ſignificari cauſam efficientẽ cui cõpetunt ut & quia:nõ fina lem cui cõpetunt quo & ut:quod liquide ꝓbatur:cũ in eadẽ ſententia de utraq; cauſa ſit mẽtio:q̃le eſt:non caſtigo te:ꝙ odio habeã:ſed quo meliorem efficiã.In primo membro eſt cauſa efficiens:in ſecundo cauſa finalis.Mutemus ergo iterum cauſas:ſic.Non caſtigo te ꝙ odio habeam:ſed quod amem.Rurſus nõ caſtigo te quo uoluptatem:ex contumelia tua cõtraham:ſed quo meliorem red dam.Vbi eſt quod illic poſſe poni quia:& ubi quo:illic ut uel.duplex uel ſimplex iam dictum eſt.

Defacio ut de committo ut. Ca.lxxv.

INuitus feci ut Caium Flaminiũ de ſenatu eiicerẽ.Et alibi idẽ Cic.Faciũdũ puto ut pau cis rationẽ noſtri cõſilii demus.Et Quin.Quod ſi nemo mirať poetas maximos ſæpe fe ciſſe:ut principis operũ ſuoꝝ muſas inuocarẽt:diſcrimẽ habet hic loquẽdi modus ab al tero.Alibi nãq; fit aliud ꝑpter aliud:ut cũ qs inuigilat diligẽtius faciẽdæ mercature cur id faciat in terrogatus:ut liberi mei honeſtius uiuãt reſpõdebit:aliud eſt ergo qđ ipe facit:aliud propter qđ hoc ipſum facit:nõ ita in exẽplis a me mõ recitatis.Quid Cato fecit ut flami.eiiceret de ſenatu?Nẽ pe idipm qđ fecit.Quid faciũt poetæ ut muſas inuocẽt?Nẽpe nil aliud niſi ꝙ muſas inuocẽt.Idẽ eſt igiť igerere huiuſmodi principiũ & finis:ſiue opa & affectus.Idẽ fecit Cic.quodã ĩ loco ĩ uerbo cõ mitto.Qui ſecũdũ naturã uiuere uolet:nunq̃ cõmittet:ut alienũ appetat:& quod alteri detraxerit: ſibi aſſumat.Idẽ eſt hoc ac ſi dixiſſet qui ſecũdũ naturam uiuere uolet:nunq̃ alienum appetet:ut in ſupioribus.Inuitus.Caium flãminium e ſenatu eieci:& paucis ratio noſtri cõſilii eſt reddẽda:& ita in cæteris.

De ꝙ:& cum:iunctis uerbo principali. Ca.lxxvi.

QVod & cũ qdẽ peculiare in oratione exhibent:ut in Bruto Ci.Augebat etiã moleſtiã:ꝙ magna ſapientũ ciuiũq; bonoꝝ penuria iã in ciuitate eſſet.Idẽ ad Sulpitiũ Quo ĩ piculo: nõ nihil me cõſolať cũ recordor hæc me tũ uidiſſe.Quid eſt ꝙ augeat Ciceroni moleſti am:aut qd cũ conſolať:uel ꝙ magna penuria ſapientũ eſſet:uel cũ recordareť ſuæ ꝓuidẽtiæ Nẽpe hoc ipſum ꝙ magna penuria ſapientũ eſt:& ꝙ illud ſuum cõſiliũ recordať.Idẽ eſt igiť id in quo mo leſtiam conſolationemue capit:& propter quod ipſam moleſtiam ac conſolationem capit.

Cum uerbum ſignificans pro ſignificante accipiť. Ca.lxxvii.

SAepe admirari ſoleo:ꝙ nunq̃ tibi grauẽ ſenectutẽ ſenſerim eẽ.Quid miraris Scipio te nõ ſenſiſſe qđ ſentire nõ potes:qppe ꝙ nunq̃ fuit?Miraris ꝙ nunq̃ ſenſeris me fuiſſe lu ſcũ q nũq̃ fui?Mirãdũ potius foret:ſi ſenſiſſes me luſcũ:aut grauiter tolerãtẽ ſenectutẽ: Verũ ſic locutus eſt Scipio cũ Catone:q̃ſi diceret miror ſenectutẽ tibi:ut ſentio:nõ eſſe grauẽ.Et alibi idẽ Cic.Declarat autẽ ſtudiũ bellicæ gloriæ:ꝙ ſtatuas quoq; uidemus ornatu fere militari declarať ſtudiũ bellicæ gloriæ.Et alibi:Nõ tã me iſta fama delectat falſa præſertim:q̃ ꝙ ſpe to amicitiæ noſtræ memoriã ſempiternã fore:pro eo quod eſt q̃ ꝙ amicitia noſtra:ut ſpero ſempi

Ayuntamiento de Madrid

terna erit:Et alibi:Nũ etiã hoc cõtẽnitis:ꝙ ſenſiſtis tã charã populi Ro.Auli Hirtii uitã fuiſſe pro eo ꝙ eſt ut ſenſiſtis tã cara uita Hirtii po.Ro.fuit.Et alibi:Et eo ſtudioſius hoc negociũ ſuſcepimus:ꝙ te nõ ſine cã uelle cognoſcere rhetoricã intelligebamus pro eo qđ eſt:ꝙ ut itelligo nõ ſine cã uis rhetoricã cognoſcere.Quin.in.ii.Sicut Polycratẽ cũ Buſirim laudaret:& Clytẽneſtrã:q̃q̃ id quod his diſſimile nõ eſt cõpoſuiſſe orõnẽ:quæ eſt habita cõtra Socratẽ:dicit.Nõ eſt hoc ꝙ compoſuiſſe orationẽ dicit:cõtra So cratẽ ſimile illi:ꝙ laudauit Buſirim & Clytemneſtrã:ſed hoc ipſumꝗ cõpoſuit orationem ut dicitur.

Sub tamen intelligitur quãuis. Ca.lxxviii.

NAnꝗ dũ fortius opus pmiſit ætas:terrã manibus ſubegi:& difficultatẽ labore pdomui:& inuito ſolo nõ nihil tamen fœcũditatis expreſſi:ſubintellige q̃uis ſic:Quãuis ſolũ eſſet inuitũ.tamẽ nõ nihil expſſit fœcũditatis.Et in his priſtinæ fortunæ reliq̃s miſeris & afflictis:tamẽ haberet quoſdã quoꝶ aĩos:ne Supplicio qdẽ ſuo ſatiare poſſet.i.q̃uis reliquiæ priſtinæ fortunæ miſeræ ſint & afflictæ:tñ haberet quoſdã.Illud hoc loco nõ omittamus quærẽtes ubi eſt q̃uis:licet:etſi:q̃q̃ ſimiliaꝗ:& tñ unde incipienda ſit:cõſtrui oratio.Vtrinꝗ ꝓhiberis:ſed ni mirũ a uerbo cui adhærebat tamẽ:ipſo tñ excuſſo:quo iccirco in ligatura:& q̃ſi iũctura orõnis inſertũ eſt:qa oratio unde nõ debuerat:iceperat:ut etſi uereor iudices:& cætera.Quod ſi principali uerbo cœpiſſet:ſupuacuũ fuiſſet inſerere tamen.Nunc igit tñ recte inchoatur:illã dictionẽ ut ſupfluam quaſi functã officio ſuo debemus abiicere.

De dũtaxat. Ca.lxxix.

DVntaxat licet idẽ ſignificet quod ſolũ:tamẽ fere ſolet aliter in orationis ſerie diſponi:nec recipere poſt ſe illud:ſed etiã ut ſolũ:ut utimur tãtũ:ut modo faciũt.Cice.pro Deiotaro.Quod ipſum & ſi nõ iniquũ eſt in tuo dũtaxat periculo.Et de ora.Ita loq̃mur:ut ei tradamus ea dũtaxat:quæ nos uſus docuit.Quin.in.xi.Ergo cũ iudex in priuatis aut præco in publicis dicere de cauſa iuſſerit:leuiter eſt cõſurgẽdũ.tũ cõponẽda toga:uel de integro iniicienda dũtaxat in iudiciis.Apud principẽ.n.& magiſtratus ac tribunalia non licebit.Paulopoſt.Narratio magis ꝓlatã manũ:amictũ:geſtũ:diſtinctũ:uocẽ ſermoni ꝓximã & tamẽ acriorẽ:ſonũ ſimplicẽ frequẽtiſſime poſtulabit in his dũtaxat:q̃lia hæc ſunt.Caius tamen & Paulus præter morẽ hac dictiõe ſunt uſi.Aliter.n.ait ſic.Fabros lignarios dicimus nõ eos dũtaxat:qui ligna dolãt:ſed eos qui edificant.Aliter ſic cũ tutor nõ rebus dũtaxat:ſed etiã moribus præponat:in primis mercedis præceptoribus:non quas minimas poterit:ſed pro facultate patrimonii:pro facultate nataliũ conſtituet.Semet quo ꝙ Titus Liuius lib.xlvi.Nec animũ dũtaxat nobis fidelem & bonum præſtitit:ſed omnibus interfuit bellis quæ geſſiſtis.

De quandoquidem:& quando:ac quatenus. Ca.lxxx.

QVandoqdẽ:& quãdo:idẽ ſignificant:& ſignificant qm̃.Cic.& Vir.frequentius ſuperiore utuntur.Quin.poſteriore.Cice.igitur de ora.Quæ ſunt in hominũ uita:quandoqdẽ in ea uerſat oratio:atꝗ ea eſt ei ſubiecta materia oĩa quæſita:audita:lecta:diſputata:tractata cognita eſſe debent.Virg.Quãdoqdẽ auſonios nõ fas cõtingere portus.Sine qdem.Hic tibi fabor.n.quando hæc te cura remordet.Miroꝛꝗ cur Priſ.illud Virgilianũ qñ pro aliquãdo expoſuerit:quod accipiendũ eſt pro quoniã.Se his quãdo ultima cernunt.Extrema iã in morte parãt defendere tælis.Quinti.Quando igit orator eſt uir bonus:is autẽ citra uirtutẽ intelligi nõ poteſt.Virtus etiã ſi quoſdã impetus ex natura ſumit:tamẽ pficiẽda doctrina mores ante oĩa oratori ſtudiis erũt excolẽdi.eiuſdẽ ſignificati eſt q̃tenus apud ſæculũ dũtaxat Quĩtiliani:is ita ait:Sed quatenus luctus noſtri in ius uocant:& flẽti diſputãdũ eſt:& orbitati ſuæ mater iraſcitur:ſupemus quã exorare nõ poſſumus.Et eius diſcipulus Pli.iunior:Et q̃tenus negat nobis uiuere:relinquamus aliqd:quo nos uixiſſe teſtemur.Nã Cic.dixit q̃tẽus ſolũmodo pro inquãtũ:ſicut eatenus pro intãtũ:ut in Lælio:Videndum eſt quatenus amicitiæ tribuendum eſt.Sæculum autem Quintiliani a Liuio Virgilio:Horatio exordior:quorum ultimus in ſermonibus ſic ait:Surentina uafer qui miſcet fece falerna Vina:columbino limum bene colligit ouo.Quatenus ima petit uoluens aliena uitellus.

De igitur:ergo:q̃re:quamobrem:quapropter. Ca.lxxxi.

IGitur atꝗ ergo breuioribus adhibentur cõcluſionibus:q̃re quãobrẽ:quapropter maioribus:niſi ita dicas:Neſcio q̃re ſic loquaris:intelligo quãobrẽ ſic facias.Illud tamẽ quod ptuli:ſæpe ad ſignificandã cõiũctionẽ partiũ orationis adhiberi ſolet:& fere poſt aliquã rẽ interiectã:q̃ſi in hunc ſenſum.Vt autẽ cõtinuẽ aut ut pgã ad ſequentia:ac ne ſim longus in exẽplo:ut neceſſe foret:afferã breue ex poeta ſumptũ:Et certamen erat Corydon cũ Thyrſide magnũ.Poſt habui tamẽ illoꝶ mea ſeria ludo.Alternis igit contẽdere uerſibus ambo Cœpere.Ergo & ſi rarius:tñ nõnunq̃ hoc modo ponit.

De adeo:uſꝗ adeo:uſꝗ & tanto. Ca.lxxxii.

ADeo exponunt pro ualde:ut Ter.Iuuenẽ adeo nobilẽ.Significat etiam intantum nonnunq̃ ſequente:ut nonnunq̃ ſequente:ut apud Quin.Cuncta ſi uidetur:iura percurrite:nuſq̃ adeo pro nobis ſollicita lex eſt:ut quod præſtat extorqueat:dedit cæco talionis actionẽ:nõ manus recuſantis impellis:Iniuriã cædis agere pmiſit:ſed nõ cogit inuitos:adeo pene leuius eſt ultionẽ perire:q̃ poteſtatẽ.Genus ſeruitutis eſt coacta libertas:hic eadem ſententia fuerit:ſi dixero adeo:ut pene leuius ſit ultionẽ perire:q̃ poteſtatẽ.Nã ſæpe hoc modo legimus adeo poſitum cum uno uerbo:non cum duobus:quale fuerat exemplum ſuperius:ut apud eundẽ At cũ

BIBLIOTECA MUNICIPAL MADRID

Ayuntamiento de Madrid

protinus reſpondẽdũ eſt:oĩa parari nõ poſſunt: adeo ut paulo minus promptis etiam noceat ſcripſiſſe:ſi alia ex diuerſo q̃ opinati fuerint:occurrerint. Licuiſſet hoc etiã ſic dicere:adeo paulo minus ꝓmptis etiã nocet ſcripſiſſe.Idẽ efficit uſq; adeo & uſque eo:ut apud eũdẽ. Hinc tumor & uana de ſe pſuaſio uſque adeo ut illo diſcipuloꝝ tumultu inflat:ſi parũ a pceptore laudent ipſi de illo male ſentiãt.Siue ut per indicatiuũ apud Ciceronẽ. Ne ſi quãdo ei dicẽdũ erit de iuſticia & fide: mutuet a Platone:qui cũ hæc exprimẽda uerbis arbitraret:nouã quãdã finxit in libris ciuitatẽ: uſque eo illa quæ dicẽda de iuſtitia putabat:a uitæ cõſuetudine & a ciuitatũ morib⁹ abhorrebãt multi ad hũc ipſum modũ uſurpant tãto.

De quin:& quinetiam. Cap.lxxxiii.

QVin pro quinetiã ſiue atq; etiã. Virg. Quin aſpera Iuno. Quæ mare nunc terraſq; metu cælũq; fatigat Cõſilia in melius referet. Quin pro ut nõ ſeu cur non:ubi deſideratur utiq; ſubiunctiuũ uerbũ:ideq; nõ principale:ut idẽ:Hic tibi nequa moræ fuerint diſpẽdia tãti. Quin uatẽ inſanã aſpicias. Quin pro cur nõ:ſemper interrogatiue:& per indicatiuũ.Idẽ. Quin tu aliqd ſaltẽ potius quoꝝ idiget uſus Viminib⁹ molliq; paras detexere iunco. Neſcio quid uiderit Seruius:qui hunc locũ expoſuit qn etiã. Sed duo pores ſenſus uulgo ſunt noti i carmine & in pſa frequẽtes & obuii. De tertio afferã ex oratoribus quoq; exẽplũ. Ci. pro Rabirio:Quin compeſcitis iſtam uocem indicem ſtultitiæ:teſtem paucitatis. Quinti. in paupere amatore. Quin tu potius admittis iuuenis cõſilii rationẽ.

De ſecundum. Cap.lxxxiiii.

s Ecũdũ nõnunq̃ pro iuxta & poſt. Vir. Dulcibus illa qdẽ illecebris aut plena ſecundũ flumina. Quin. in pariete palmato. Tu iaces ſecũdũ occaſionẽ: expeditũ tibi in ꝓximo facinus eſt Sulpitius, M. Marcel. poſt cœnæ tps a Magio Cillone familiari eius pugiũe pcuſſum eẽ:& duo uulnera accepiſſe:unũ in ſtomacho:alterũ in capite ſecũdũ aurẽ:hic iuxta ſignificat. Itẽ qđ ab altero ſecũdũ eſt.i.iuxta eſt:atq; poſt. Ideo ſecũdũ pro poſt accipit:q̃ſi ſecũdo loco. Idẽ Quin. in gladiatore. Nã q unũ mihi ſecũdũ patrẽ fortuna uidebat paraſſe: præſidiũ id ego ſperare in illa ſorte nõ poterã. Cicer. Proximo aũt & ſecũdũ deos homines hominibus maxime eſſe utiles poſſunt. Idẽ apellat. L. Anniũ:qui erat inſtitutus ſecũdũ filiã. Liui. li. ix. Hetruſci belli fama exorta eſt:nec erat ea tẽpeſtate gens alia cuius ſecũdũ gallicos tumultus arma terribiliora eſſent. Secũdũ accipit etiã pro eo qđ eſt pro:ut ſecũdũ te litẽ do:ſcđ; me iudica:ſecũdũ ſe iudiciũ des uult; id eſt pro me:pro te:& pro ſe:Et pro in ut ſecũdũ getẽ:id eſt in gete ſomni. Secundũ autẽ Platonẽ: ſecũdũ Pythagorã:ſenſus hic notiſſimus eſt.

De iam:& iametiam. Ca.lxxxv.

IAm eleganter uſurpari ſolet. Aliqdo q̃ſi pro tunc:ut Ci. Ipſa uerba compone & q̃ſi coagmenta:quod ne græci qdẽ factitauerunt:iã neminẽ antepones Catoni. Quin. Quod ſi ſatis prudẽter ea uiderint:iã ꝓpe cõſumata fuerint pcipiẽtis opa. Aliqdo pterea ſignificat:q̃ſi nodus qdã inter ſententias ut Virgil. Iam maris imẽſi plẽ & genus omne natantum. Iã uarias pelagi uolucres. Huiuſmodi exẽpla ſunt crebra:Idẽ efficiet iũctũ cũ uero. Iã uero urbib⁹ cõſtitutis: & cætera. Iamiam de futuro palam eſt qd ſignificet:ut iamiam aderit: & de pſenti licet ad futurũ reſoluatur:Iam iamq; manu tenet. & premit haſta:quaſi nunc nunc tenebit. Nõnunq̃ figurate per indignationẽ miſerationẽue accipit:ut idẽ Vir. Iamiam nec maxima Iuno: Nec Saturnius hæc oculis pater aſpicit æquis. Cicero in Verrem:Iamiam Dolobellã neq; metuo:neq; tunc rum liberoꝝ:quo te aliq inocentem putant:caſu miſeret. Quin. Iamiam malo uenena ferrũ ſubitos ictus improuiſamq; mortẽ:qui iceſtũ nõ credit torquere nõ debet:qui credit ſtatim debet occidere. Et hæc per indignationẽ. Per miſerationẽ uero Sal. in luguthio. Iamiã animo meo cariſſime frater:q̃q̃ tibi immaturo:& unde minime decuit:uita erepta eſt:tamẽ lætandum magis q̃ dolendum puto caſum tuum. Per exhortationem quoq;:ut apud Quin. Iamiam cõmilito qcunq; caſus manet etiam ſi te Imperator damnaturus eſt:habes ſolatium:ſatius eſt q̃ a patre occidi.

De tantiſper:pauliſp:parumper:aliquantiſper:donec & dum. Ca.lxxxvi.

TAntiſper fere poſtulat poſt ſe dũ pro donec ſiue q̃diu. Nã & donec duobus modis accipitur. Dabo opam uoluptatibus donec moriar.i.uſq; ad mortẽ & dabo opam uoluptatib⁹ donec uiuo.i.quãdiu uiuo. Eiuſdẽ naturæ eſt dũ. Ideoq; in priore ſenſu amat ſubiũctiuũ in poſteriore indicatiuũ more donec:ut apud Ciceronẽ. Deide eſt i carcerẽ ductus:ut ibi eſſet tãtiſp:dũ culleus in quẽ cõiectus deferret:cõparet. Ter Ego tãtiſp te dici uolo meũ:dũ id qđ uolo:facis. Sunt tamẽ qui pro tãtũmodo accipiãt:Sũt qui etiã pro itera Cætera quoq; ſic a per cõpoſita:ad tpis breuitatẽ referunt:parũp pauliſp aliquãtiſp. Sũt qui per impitiã hæc accipiũt pro ſuis primitiuis:quæ ſunt parũ:paulũ:aliquãtulũ.

De fere & temere. Ca.lxxxvii.

FEre ſignificatõem habet nõ omnibus notam:niſi q̃do ſignificat pene: cuius ſignificatio eſt. Paululum abfuit:qn ut pene ſiue fere in manus hoſtium incidi.i.paulum abfuit:quin in manibus hoſtium inciderẽ. Altera ſignificatio eſt cum intilligit aliqua uniuerſalitas: ut Quin. Hæ fere ſunt emendatæ loquendi ſcribendiq; ptes:id eſt fere omnes:ideoq; illud oẽs adiungit:ut idẽ. Nã in omnibus fere minus ualent præcepta:q̃ expimenta Similiter omni fere tpe de loco ſimilibuſq;:ut Fere utor hac ueſte i faciẽdis ſacris:id eſt omni fere tpe. Fere romani orbẽ iubegerũt:id eſt fere totũ orbẽ. Fere fit ut iuuenes ament:fere ubiq;. Cui⁹ ſignificatiõis i/

Ayuntamiento de Madrid

periti corruperũt illud Ciceronis de amicitia. Memini illũ in eũ ſermonẽ incidere: qui tũ fere multis erat in ore: cũ ſcribendũ ſit: qui cũ fere erat in ore. ſ. fere oĩbus. Pro fere accipit̃ temere apud oẽs poſt Ciceronẽ natos: ut Quin. Illud ingenioꝝ uelut p̃cox genus non temere unq̃ ꝑuenit ad frugẽ. Sũt. n. quædã quæ ſequens ac ꝓximũ. M. T. ſæculũ adiungẽda exiſtimauit: ut ꝓcul dubio: obiter pro ſpecialiter. tali cã: uel pro ſtatim: quotiẽs pro qñ. Nã Cic. fere nunq utit̃: niſi addat totiẽs. Citra pro ſine: ut tibi pluſq; ſaperes uſus ſine doctrina: q̃ citra uſum doctrina ualeat. Interim pro aliquando meo noĩe. tuo noĩe: hoc noĩe: pro mea: tua: hac cã: ſiue hoc reſpectu: ut ibi minus eſt qđ fiendũ meo noĩe: q̃ ꝙ illius gaudendũ eſt. Et alibi. Age quinimmo gratias hoc ſolo noĩe crudeliſſimis fatis: ꝙ maximum facinus non in prima æui mei parte poſuerunt. Cicero rariſſime: ut in Bruto: At uero inq̃ tibi ego Brute non ſoluam: niſi prius a te cauero amplius eo nomine neminem: cuius petitio ſit: petiturum. Et pro Sylla: an cum tanto imperio tantaq; poteſtate non dicis fuiſſe regẽ nunc priuatum; regnare dicis quo tandem noĩe? Sed hoc declinabile eſt. Nunc de indeclinabilibus agimus: qualia & hæc ſunt: alioqn: alias nihilominus: ſuꝑ & ſupra: diuerſius a Cice. aliquantulũ uſu de qua differẽtia in cõmentariis a me in huius orationes: illius declamationes componẽdis differet̃.

De perinde: proinde: ſubinde: identidem: item unum de reſponſiuis. Ca. lxxxviii.

PErinde flagitat poſt ſe acſi: uel atq; ſi: cũ ſignificatio eius ſit ita: ut Fac perinde: ac ſi tua res eſſet: id eſt q̃ſi Cũ negatione uero etiã q̃: ut Suetonius de uita Domitiani. Nulla tñ reperinde motus: q̃ reſpõſo caſu Aſchitarionis mathematici. Quod ſi nõ ſequat̃: nec acſi nec negatio accipit̃ pro æque: ut Pli. iunior: Funus Ruffi clariſſimi uiri & ꝑinde fœliciſſimi: pro ita: id eſt multũ: ut idẽ Sueto. de uita Galbæ. Quare aduẽtus eius nõ ꝑinde gratus fuit. Proinde idẽ eſt qđ ideo: uel potius ideoq;. Sẽꝑ. n. dependet a ſuꝑiore ſentẽtia. Quidã quoq; eſt Lucretius accipiũt ꝓinde in eã ſignificatioẽ: quã dedimus ꝑinde: ubi ꝓinde duas ſyllabas habere facit. Subinde accipit̃ ꝓinde uel deĩde ſtatim: ut. T. L. li. viii. Subinde acceptus a. P. Munitorio Spurius Oppiꝰ Et Hora. ad Celſum: Si dicet recte primũ gaudere ſubinde Præceptũ auriculis hoc ĩſtillare memẽto. Etiã pro idẽtidẽ ſiue frequẽter cũ quodã interuallo: ut ſi iter faciẽs: crebro ad comitẽ reſpiciã an me ſeq poſſet: dicã ſubinde reſpicio. Cic. autẽ diceret idẽtidẽ. Nã ſubinde uti non ſolet: ne æquales qdẽ eius Varro. Salu. Cæſar: licet illi utant̃ nouiſſime pro ultimo: multiq; alii: qđ Cice. nõ facit. Itidẽ & itẽ ſignificãt id qđ ſimiliter. Hæc oĩa ab inde cõpoſita Priſ. multiq; alii ꝓnũciari uolũt accentu in ante penultima q̃lia ſunt ut eidẽ placet. cõpoſita a quãdo: aliquãdo: ſi qñ: nequando: nunquãdo: Eſt. n. hoc ultimũ & ipm̃ cõpoſitũ. Ideoq; per n in tertia. littera ſcribẽdũ: nõ per. m. pro eo quod eſt num aliqñ. Eſt aũt huius monoſyllabæ ſignificatio pene eadẽ quæ an: ſubintelligitq; utiq; negationẽ: ut Nũ ego te ſpoliaui: q̃ſi dicat ego nõ ſpoliaui. At quotiẽs per negationẽ interrogamus: ſubintelligit̃ affirmatio: ut Nõ ego te ſpoliaui q̃ſi dicat ego te ſpoliaui. Affirmatiua aũt reſpõſio hæc ꝓpa eſt ẽt: ut Vidiſti me hodie. Si uidi te: reſpõdere debeo: etiã uel ſic: Plinius ad Tacitũ: Studes inquã? Reſpõdit etiã. Vbi eſt Mediolani. Vulgo aũt reſpõdemus ita. Neq; hoc ſine auctoritate. Simo apud Terẽtium dicenti Dauo: Mihine? reſpondit ita.

De nunc. Ca. lxxxix.

NVnc ſolet uſurpari ſine ſignificatione tẽporis: ut de diuinatione Cice. Quæ q̃dẽ multo plura euenirẽt: ſi ad q̃etẽ integri iremos. Nũc onuſti cibo & uino cõfuſa & ꝑturbata cernimus. Et de oratore. Et ſi in huiuſmodi genere nihil eẽt niſi falſum atq; imitatione ſimulatũ: maior ars aliqua eſſet reqrẽda: nũc ego q̃d dicã? Et in eodẽ. Nã ſi ita diceres: & cætera: nunc uero fateris: & cætera.

De bene: male: peius: peſſime. Ca. xc.

BEne nõnunq̃ pro ualde: ut Cicero Habetis orationẽ bene lõgã. Quin. Cũ multa diſerte ſummiſq; clamoribꝰ: quæ neq; ad iudicẽ: neq; ad litigatorẽ ꝑtinẽt: decãtauerũt: bene ſudãtes: beneq; comitati per foꝝ reducunt̃. Huic ſimile q̃ddam habet male: ut comici frequẽter. Male mihi timeo pro eo qđ eſt ualde timeo. Ci. in Bruto. Addebat etiã idq; ad rẽ ꝑtinere credebat ſcriptores illos male mulctatos. i. ualde & q̃ſi bene mulctatos: ſed in malũ ipſorũ. Ideoq; nõ bene dixit mulctatos: ſed male: neq; id ſolũ ĩ poſitiuo aduerbio: ſed ĩ ſuꝑlatiuo quoq;: ut peſſime mulctatos: atq; adeo in cõparatiuo: ſed frequẽtius cũ uerbo odi: ut idem in philippicis. quo neminẽ ueterani peius oderũt: peius q̃ſi magis & ualidius. Idẽ ad Mariũ. Oderã multo peius q̃ illũ ipſum. Clodiũ. Illũ. n. oppugnauerã: hũc defenderã: nec tamẽ per comparatiuũ cum hoc uerbo. uerũ etiam per poſitiuũ: ut Teren. in adelphis: Illud rus nulla alia cauſa tam male odi: niſi quia prope eſt: tam male pro eo quod eſt tam ualde. Per aliud autem uerbum ut Ouid. heroidum Peius adulterio turpis adulter obeſt

De ſuper: ſupra: intra: infra: ſubter. Ca. xci.

SVꝑ & ſupra licet in eodẽ loco ſedere poſſint: tñ in hoc pleruq; differũt: ꝙ illud cõtiguum eſt: hoc interiecto ſpacio: ut ſedeo ſuꝑ lapidẽ magis q̃ ſupra lapidẽ. Rurſus aq̃la uolat: uel nubes pendẽt ſupra nos: magis q̃ ſuꝑ nos. Nõ tamẽ ſic ſemꝑ: ut Quin. Nec ulla eſt ſupra terras adeo rabioſa bælua: cui nõ imago ſua ſancta ſit. Et Liuiũ lib. xlviii. Vbi circa muros ſupra ſubterq; terrã per dies. xv. pugnatũ. Intra & infra differũt. ꝙ ĩtra ad numerũ & ſpaciũ refert̃: ut intra. xx. dies: & intra muros: non autem infra. xx. dies: uel infra muros. Infra ad dignitatẽ & ad locum: ut infra dignitatem meam eſt: & infra tectum. i. ſubter tectum. Deniq; intra habet relatiuũ

Ayuntamiento de Madrid

extra:infra uero ſupra. Subter quoq; relatiuũ habet ſup ideoq; tactum rei fere ſignificat:ut hic urinator mirifice natat:duratq; ſuper aquam.

De ſicut:ita:itaq;:& ſic. Ca.xcii.

Sicut habet nõnunq̃ uenuſtatẽ magnã atq; utilitatẽ in diſponendo:quotiens antecedẽtẽ annectit cũ ſequenti ſentẽtia:ut apud Quin.ſunt & alia ingenia qdẽ: quæ adiuuãt:uox:latus:patiens laboris:ualitudo:conſtãtia:decor:quæ ſi modica obtigerint:poſſunt ratione ampliari. Sed nõnunq̃ ita deſunt:ut bona etiã ingenii ſtudiaq; corrumpãt:ſicut & hæc ipſa ſine doctore perito:ſtudio ꝑtinaci ſcribendi:legẽdi:dicẽdi:multa & cõtinua exercitatione per ſe nihil ꝓſunt. Pli.lib.xvii. Ferũt Craſſum auũ Craſſi in parthis interẽpti:nunq̃ riſiſſe:ob id Agelaſtũ uocatũ:ſicut nec fleſſe multos. Seruius grãmaticus hac dictiõe & bene & frequẽter utiẽ:poſſumus eodẽ modo quo ſicut uſurpare duo alia:quẽadmodũ & quomodo:aut ſiqd aliud eſt eiuſdẽ naturæ habet & aliã naturã ſicut:ut nõ modo res ſimiles copulet:qđ eſt frequẽtiſſimũ:ſed diuerſas quoq; & ſæpe cõtrarias:ut idẽ Quin. Sed hæc eloquendi ꝑcepta:ſicut cognitioni ſunt neceſſaria ita non ſatis ad uim dicendi ualẽt:niſi illis quædam facilitas:quæ apud græcos lexis nominatur:acceſſerit:quod licet dicere etiã per ut:& qdem frequentius ut idem quod ut optimum:ita difficillimũ longe. Sed in tali genere ſermonis bonam ſibi partem uendicat illud ita de quo hoc etiam addam:ꝙ nonnunq̃ accipitur pro itaq;. Sed hæc differentia:ut nonnunq̃ ipſum antecedat in eadem ſentẽtia altera dictio. Cicero in tuſcu. Ita nobiliſſima ciuitas Græciæ & olim potentiſſima:ſepulchrum cuius ſui ignoraſſet:niſi ab homine arpinate didiciſſet. Poſſemus per itaq; ſic dicere:Itaq; ciuitas uel ciuitas itaq;:eodem modo:quo ſic pro ſicq;. Quin. Vbi de adoleſcente in opere duro ac uirili ſe exercente dixiſſet intulit. Sic effectum eſt:ut quemadmodum aliqui putant:poſſet cito militare. Accipitur etiam ita pro ualde:ut Cicero:Nec ita multo poſt edictum Bruti affertur & Caſſii. Quintil. Nec res eſt iſta magni tẽporis ac laboris.

De nam & nãq;:nãq;:ꝙ autem:ꝙ uero. Ca.xciii.

Nam & nanq; qddã ſimile habent:quod ita & itaq;:Quippe cũ nanq; ſoleat & primũ locũ ſortiri:& ſecundũ:aliquando etiã tertiũ. Nã nõ ſolet:ſed prima ſemp eſt dictionũ. Præterea hoc aliquando accipiẽ pro autẽ ad diſtinctionẽ ſententiarũ:ut in Salu. Cicero:Nã ꝙ in uxorem atq; filiã meam tã petulanter inuectus:idem ualet ac ſi dixiſſet:ꝙ autẽ in uxorem & cum ſiue ꝙ uero:ueluti ſæpe incipere ſolemus:ut idẽ. Quod autẽ ſcribis quid de exitu belli ſententiã:magis conſilium petere poſſum:q̃ ipſe aliis dare. Idem de oratore lib.i. Quod uero uiros bonos iure ciuili fieri putas:quia legibus & præmia propoſita ſint uirtutibꝰ:& ſupplicia uitiis:equidem putabam uirtutem hominibus ſi modo tradi ratione poſſit:inſtituendo & perſuadendo non minus q̃ ui aut metu tradi.

De iterũ:antehac:poſthac:deinceps:rurſus. Ca.xciiii.

Iterũ referẽ etiã ad primã uicẽ nõ tantũ ad poſteriorẽ. Nã iterũ uoco te:id eſt iterata uice:uſitatũ eſt. Iterũ uocaui te præter hanc uicẽ:minus eſt uſitatũ. Cice. pro lege manilia:Cũ tantũ multitudinẽ cũ tanto ſtudio uideamus:quantã nõ iterũ in eodẽ hoie præficiendo uidimus. Antehac & poſthac huic ſimilia ſunt:hoc eſt ante hoc uel poſt hoc tẽpus. Aliquãdo tñ reperimus ante illud:uel poſt illud tẽpus. Salu. Sic erat accenſa libidine:ut ſæpius peteret uiros:q̃ peterẽ. Sed ea ſæpe antehac fidẽ ꝓdiderat:creditũ abiurauerat. Suetonius in Domitii uita:Pari arrogãtia cũ ꝓcuratoꝝ ſuoꝝ noie formalẽ dictaret epiſtolã:ſic cœpit. Dñs & deus noſter ſic iubet fieri. Vnde inſtitutũ poſthac:ut ne ſcripto qdẽ ac ſermone cuiuſq̃ appellaretur. Similiter deinceps accipitur pro dehinc & pro deinde:atq; etiã pro gradatim. Cicero in tuſculanis. Oẽs qui deinceps accubarent:ad lirã canerent:& ad Thermũ:Sed tamen tres fratres ſummo loco natos:promptos:non indiſertos te nolo habere iratos:quos uideo deinceps tribunos plæbis per triennium fore. Sed redeamus ad iterũ:quod aliquid nouitatis exhibet:cum dicitur. Iterũq; ad tarda reuerti corpora. Quomodo iterum:Nunqd ſemel antea redierãt:Minime. Quid ergo:Aut accipiendum eſt quomodo rurſus pro cõtrario. Cice. officioꝝ tertio. Neq; me doloribus dedi qbus eſſem cõfectus:niſi reſtituiſſem:nec rurſus ĩdignis hoie docto uoluptatibus:aut reuerti rediréq; prouenire:ut idẽ de fato. Ad Chryſippi laqueos reuertamur:cũ nihil de Chryſippo meminiſſet Quin. Si uerũ eſt poſt uetuſta ſæcula & innumerabiles annos reddi rurſus aliis corporibus aĩas: fortaſſe in me renatus ſit aliquis ex illis. Reddi quaſi dari. Nã idem hoc uerbum efficeret. Et alibi:Sed ad illos iam perfectis cõſtitutiſq; uiribus reuertamur quod in cœnis grandibus ſæpe facimus:ut cum optimis ſatiati ſumus:ueritas tñ nobis ex uilioribus grata ſit. Nõ ait reuertendũ ad uiliores libros. quaſi ab his incipiẽdum ſit. Sed cũ ſatiati fuerimus bonis libris tanq̃ cibis:poſtea ad uiliores reuertamur.

De ultro citroq;:huc & illuc:ſurſum & deorſum:ultro & ſponte. Ca.xcv.

Vltro citroq; in factis & in dictis. Quin. in cæco:In limine iuuenis ſicut ſolet ultro citroq; cõmeare. Cic.vi. de rep. Multiſq; uerbis ultro citroq; habitis:ille nobis cõſumptus eſt dies. Cũ ergo te alloquor:tunc uerba ultro q̃ſi ultra eunt cum te alloquẽrẽ audio:tunc uerba citro quaſi citra eunt:ſicut pedes cum a loco recedo. tunc ultro eunt:cum redeunt:tunc citro. Nec elegãs eſſet huc & illuc cõmeabat:niſi errabundũ & incertum iter ſignifices. Quidam tamen ſurſum & deorſum utuntur:opinor imitãtes Teren. qui in eunucho ait:Sex ego te notos Parmeno hos menſes quietum reddã:ne ſurſum deorſum curſites. Neſcio an de Athenis hoc

Ayuntamiento de Madrid

dictum ſit:cuius portus in imo:urbs uero in editiori loco ſita eſt:Forte ſic loquitur:deceat per ſurſum deorſumq;:& ſi de fortunæ mutabilitate dicat̃ quæ nunc tollit:nunc deprimit. Vltro tamen a ſponte ſic uidetur:ut breuiter dicam differre q̃ ultro eſt quaſi ſine requiſitione:ut ultro ad te ueni.i.a te nõ requiſitus ueni. Sponte ad te:ueni:ideſt meo conſilio. Ad res inaitas transferimus:ut multæ arbores ſua ſponte naſcũtur id eſt per ſe.

De &:ac:q; cũ ſuis compoſitis. Ca.xcvi.

ET multifariã ſolet in uſu accipi:cuius cõditionis eſt q;:& ab eis cõpoſita negatiua neq;:& per appocopẽ nec. Virg. Audieras:& fama fuit. Mart. Quod minimis cernis mitti nos credis amice:Falleris:& nũmos iſta tabella rogat. Quin. Has primũ audiet puer:harũ uerba effingere imitãdo cõabit̃. & natura tenaciſſimi ſumus:eorũq; rudib⁹ annis pcepim⁹:& pro qa accipiẽdũ eſt. Ouid.i faſtis:Nihil aliud Veſtã:q̃ purã itellige flãmã. Nataq; de flãma corpora nulla uides:quæ pro qa ſiue nãq;. Similiter Cice. Nõ ſolũ nobis nati ſumus:ortuſq; noſtri pte ſibi pſia uẽdicat:ptẽ amici. Duplicant̃ interdũ hæ cõiũctiones:ſed in rebus diuerſis uenuſtius:ut te admirant̃ & ciues:& hoſpites. Vir. O qui res hoiumq; deũq;.i.o qui res & hoium:& deoꝝ. Saluſtius i iugurthino:Seq;:uobiſq; dignũ eſt.i.& ſe:& uobis dignũ eſt. Rarũ tamẽ in pſa:in carmine uero frequẽtius. Quin. Nihil ocioſum pati quodq; in inuentiõe:quodq; in elocutione annotãdũ erit. Quare de nec & de neq;:& de ſiue ſimilibuſq; quotiẽs geminant̃:cũ facilia inuẽtu ſint:omitto exẽpla. Et quoq; initiis ſniarũ cõpetit:ut idẽ lib.i. Et finitæ qdẽ ſunt ptes duæ q̃s hæc pfeſſio pollicet̃. Eiuſdẽ naturæ eſt ac & atq;. Ci. Ac ſi uolumus eius rei quæ uocatur eloquentia:ſiue artis:ſiue ſtudii:ſiue exercitationis cuiuſdã natura pfectæ cõſiderare principiũ:& cætera. Idẽ atq; cæteri impatores:qui de illo triũphauerũt:& cætera. Interdũ etiã & affectui ſeruit:ut idẽ pro Milõe:Et ſunt qui de uia apia loquant̃:taceãt de curia. Et in philip. Et ad eũ legatos de pace mittemus:qui pacis nuncios repudiauerit. Idẽ:Et poſtea miramur q̃re moleſte ferat po.Ro. Interdũ neq; copulã:neq; affectũ ſignificat:ut ſi hoc modo loquar:Supaui eũ in palæſtra:& eſt tã uaſtus:& ſum tã puſillus. Vt idẽ de ſenec. Defendi legẽ uoconiã iuuẽili uoce atq; lateribus:& ſum ita ſenex. Interdũ etiã tali mõ:defẽdi fortiſſime illã legẽ:& hoc in tã puecta ætate:uel per q; ſiue per atq; ſic:idq; in tam puecta ætate:repudiaui uxorẽ:idq; auctore patre eius:uel atq; ita auctore patre eius. Itẽ per negationẽ:Duxi Paulã uxorẽ:neq; hoc uel neq; id ſine prudẽtiũ hominũ anctoritate:uel nec id ſine cõſilio:uel hoc nõ ſine cõſilio. Quæ exẽpla & mihi relatu lõgiora ſunt:& legẽtibus:ut ſupra dixi:faciliora inuẽtu. Illud nõ idiget admonitiõe:quæ pro &:quoq; etiã pro debere accipi:ut alterũ q̃ſi membra cũ membris:alterũ q̃ſi corpa cũ corporibus copulet:aliter abſurdũ eſſet. Hoc admonẽdũ eſt:& pro etiã apud Cic. nuſq̃ reperiri:ſicut in cæteris illo poſterioribus:ut a Virg. icipiamus:ut Natus & ipſa dea. Quin. tamẽ ſiqd aduerſus te ipſe cõmiſit adoleſcens:ſit hoſtis & meus. Cice. dixiſſet ſit hoſtis etiam meus:uel meus quoq;. Idẽ inqt qđ inter oẽs cõſtat:niſi inter eos. qui ipſi quoq; inſaniũt:inſaniſſimũ. Quin.i. ſæculũ ab illo pximũ dixiſſet cũ illo mõ tũ etiã ſic:niſi inter eos:qui ipſi quoq; inſaniũt. Simili ratiõe de nec pro nec etiã:ut idẽ pſolui gratia nõ poteſt nec malo patri. Cice. & ſupiores omnes tãtũ dixiſſet perſolui gratia nõ poteſt nec malo qdẽ patri. Interdũ miſcemus:& atq; nec:nunc ab hoc:nunc ab illo principiũ ſumẽtes:ut & pacẽ reſpuis:nec bellũ geris:uel nec bellũ geris:& tamẽ reſpuis pacẽ. Vel ſic:& pacẽ nõ uis:nec tñ bellũ geris:uel & pacẽ nõ uis:& bellũ gerere nõ potes. Nã i nec ſiue i neq;:de utroq; enim loquor:icluſa eſt & uel quæ reſolui põt:& ubi ẽ nec uel neq;:id reſolui per & nõ:uel quæ nõ:Poetæ etiã maiorẽ in his ſibi licẽtiã pmittũt. Nec & neq; ſequente eni aut uero pro ſimplici nõ p cõpoſita negatiõe accipiunt̃:ſiqdẽ idẽ eſt nec.n. ſiue:neq;.n. qđ nõ.n. niſi ita reſoluimus nõ &.n. neq; uero dicit qđ nõ uero:ſi mõ nõ uero dicere licet.

De uiciſſim:iuicẽ:mutuo. Ca.xcvii.

VIciſſim nõ memor ſum uſq̃ eẽ apud Ciceronẽ ac Quin. & fere maximos quoſq; auctores uſi pro ſecũdo loco:ſiue e diuerſo uel ecõtrario. Vir. tamẽ ſemel neq; id apte uidet̃ uſus pro iuicẽ & mutuo. Quid poſſit uterq; uiciſſim. Expiamur:qđ imitatus eſt Sueto. & alii plures. Ci. ſemp qđ ego qdẽ ſciã ſic:id acciperet ab alio:uiciſſimq; redderet. Et iterũ. Sed ego admiratiõe q̃dã uirtutis eius. Ille uiciſſim opiniõe ſo taſſe nõnulla quã de moribus meis habebat:me dilexit. idẽ Quin. apud quẽ & cæteros illius ætatis nõ modo iuicẽ tali mõ uſurpat̃ q̃le eſt in declamationib⁹ iuicẽ ſuſtinẽtes:inuicẽ innixi.i. alter alterũ ſuſtinẽs & uterq; alteri innitens:ſed etiã in ſenſu:cuius eſt uiciſſim:ut in lib.x. Tã cõtumelioſos in ſe ridet iuicẽ eloquẽtia:& qui ſtultis uideri eruditi uolunt:ſtulti eruditis uident̃. Et iterũ:Neq;.n. uideo quæ iuſtior acqrẽdi ratio:q̃ ex honeſtiſſimo labore:& ab his de qbus optime meruerunt:qui ſi nihil in lucẽ pſtent:indigni fuerũt defẽſione. Pli. poſterior:Habes urbanas. inuicẽ ruſticas ſcribe. In eadẽ ſignificatione eſt mutuo:de quo modo attigi nõ ſolũ in hac q̃lis eſt iuicẽ ſe amãt & mutuo ſe amãt:& mutuus amat:ſed in ea de qua diſputaui. Idẽ Quin. in eodẽ ſtatim poſt loco. Ac ne tanq̃ paup qdem mercedẽ accipiet:ſed mutua beniuolẽtia utet̃.i. reſpõdẽte. Cicero:Fac me mutuo diligas:hoc eſt fac mihi in amore reſpõdeas.

De ſcilicet & uidelicet. Ca.xcviii.

SCilicet & uidelicet uidẽtur ſignificare id quod certe:ſed uſum ſuũ habent & præcipuũ per amaritudinem quandam cum deriſu permixtam:ut apud Virgilium:Scilicet his ſuperis labor eſt. Et apud Terẽtium:Id populus curat ſcilicet. Et apud Quintilianum:Hoc



Ayuntamiento de Madrid

uidelicet expectaſti: ut ne captioſum eſſet officio tuo: maturius rediſſe: ex īduſtria tempus triuiſti.
Nonnunq̃ ſine hac acerbitate & interrogatione. Idem alibi. Sed eſt uidelicet ultima quædam cala-
mitatum rabies: & nouiſſime in furorem uota ipſa uertuntur. Nonnunq̃ poſt relatiuum ſicut ſolet
poni quidem. Nonnunq̃ & ante uel ſine relatiuo. Et hi ſunt fere modi utendi his duabus dictioni-
bus apud doctiſſimos: apud quos uix reperias uulgo uſitatiſſimum modum: cum ea quæ confuſe
dicta ſunt: per ſingula poſtea exponimus quale eſſet: Quattuor ſunt uirtutes; ſcilicet & uidelicet.
Prudentia Iuſticia: Fortitudo. Modeſtia.

¶ Laurentii Vallenſis de lingua latina benemerentis elegantiarũ liber tertius. Et primo ꝓœmiũ.

RElegi ꝓxime qnquaginta digeſtoꝝ libros ex pleriſq; iuriſconſultoꝝ uolumini-
bus exceptos: & relegi cum libenter: tum uero quadam cum admiratione: pri-
mũ ꝙ neſcias utrũ deligentia ne: an grauitas. prudẽtia an æq̃tas: ſciẽtia rerũ an
orationis dignitas præſtet: & maiori laudi dãda eſſe uideatur. Deīde ꝙ hæc ip-
ſa ita in uno quoq; illoꝝ oīa ſunt egregia & ꝑfecta: ut uehementer dubites quẽ
cui præferendum putes. Cui ſimile q̃ddam: ut de ultima tãtum parte: quæ ad
nos ꝑtinet: dicã. In epiſtolis Ciceronis admirari ſolebã: quæ cũ a pluribus ſcri-
bantur oẽs tamẽ ab uno eodemq; audacius dixerim. Si perſonas ſuſtuleris: ab
uno Cicerõe ſcriptæ uident̃. Ita uerba ac ſentẽtiæ characterq; ipſe dicẽdi ubiq; ſui eſt ſimilis. Quod
eo magis in iuriſconſultis eſt admirandũ: ꝙ illi eadem ætate cuncti extiterũt in eodẽ quaſi ludo ac
ſchola inſtituti: hi uero inter ſe etiã ſæculis diſtant: licet oẽs poſt Ciceronẽ. Ideoq; q̃buſdam in uer-
bis ab eo differẽtes: quales oẽs uſq; a Virgilio atq; a Liuio fuerũt. Nam Seruii Sulpitii ac Mutii Sæ-
uolæ nil extat: ſed alterius Mutii recentioris. Et priſci illi q̃dẽ iuriſconſulti. quales quantiq; in elo-
quendo fuerint: iudicare nõ poſſumus: quippe quoꝝ nihil legimus. Hic ãt q̃ inter manus uerſat̃:
nihil eſt mea ſententia: quod addi uel adimi poſſe uideatur: non tam eloquentiæ: q̃ q̃dem materia
illa nõ magnopꝫ patit̃: q̃ latinitatis atq; elegantiæ: ſine qua oīs cæca doctrina eſt & illiberalis: præ-
ſertim in iure ciuili. Vt.n. Quint. inq̃t. Omnes ius aut in uerboꝝ interpretatione poſitum ẽ: aut in
æqui paruiq; diſcrimine. Et quantum momẽti in uerboꝝ interpretatiõe ſit: ipſi iuriſconſultoꝝ libri
maxime teſtantur: in hac præcipue laborãtes. Vtinam integri forẽt: ut certe iſti non forent: q̃ in lo-
cum illũ ẽt Iuſtinião uetãte ſucceſſerũt. Nota ſunt eoꝝ & nimis nota noīa: ut ſuꝑuacuum ſit ea ꝑ me
recenſeri: q̃ uix q̃ntam ꝑtem iuris ciuilis ītelligunt: & ob imperitiæ ſuæ uelamentũ: aiunt non poſſe
doctos euadere ī iure ciuili facũdiæ ſtudioſos: quaſi iuriſcõſulti illi aut ruſtice locuti ſint. i. iſtoꝝ mo-
re aut huic ſciẽtiæ nõ plane ſatiſfecerit. Quid de illis loquor? Ego mediocri īgenio & mediocri lit-
teratura præditus ꝓfiteor me oẽs q̃ ius ciuile īterꝑtantur. ipſoꝝ ſcientiam edoctuꝝ. Quod ſi Cice.
ait ſibi homini uehemẽter occupato: ſi ſtomachum moueãt: triduo ſe iuriſcõſultũ fore: nõne & ipſe
audebo dicere ſi iuriſꝑiti nolo dicere: iuris imperiti ſtomachum mihi moueant: aut etiã ſine ſtoma-
cho me gloſas in digeſta triẽnio cõſcriptuꝝ lõge utiliores accurſianis? Merẽtur. n. merent̃ ſummi
illi uiri nanciſci aliquẽ: q̃ eos uere riteq; exponat: uel certe a male interꝑtãtibus: & gotthice potius
q̃ latine defendat. Gotthi iſti q̃d ni & uandali exiſtimãdi ſunt: Nam poſtq̃ hæ gẽtes ſemel iterumq;
Italiæ influentes: Romã cœperũt ut imperium eoꝝ: ita linguã quoq; quemadmodũ aliq̃ putant: ac-
cepimus: & plurimi forſan ex illis oriũdi ſumus. Argumẽto ſunt codices gotthice ſcripti: quæ ma-
gna multitudo eſt. Quæ gens ſi ſcripturam Ro. deprauare potuit: q̃d de līgua præſertim relicta ſo-
bole putãdũ eſt? Vnde poſt illoꝝ aduentũ primũ alterumq; oẽs ſcriptores nequaq̃ facundi: ideoq;
prioribus multo inferiores fuerunt. En quo litteratura Romana recidit? Veteres admiſcebãt lin-
guæ ſuæ græcã: iſti admiſcent gotthicã. Neq; uero hæc dico: ut iuris ſtudioſos carpã: imo ut adhor-
ter potius: ꝑſuadeamq; ſine ſtudiis humanitatis nõ poſſe q̃ cupiũt aſſeq̃ facultatẽ: malintq; iuriſcon-
ſultoꝝ: q̃ leguleoꝝ ſimiles eſſe. Nã ut uirgiliano uerſu utar. O fortunatos nimiũ bona ſi ſua norint
Agricolas. Ita ego appellẽ iuri operã dantes fortunatos: ſi norint ſua bona. Quæ enī diſciplina. ſ. q̃
publice legit̃: tam ornata: atq; ut ſic dicã: aurea: ut ius ciuile? An ut hīc incipiã ius põtificium: q̃d ca-
nonicũ uocãt: quod ex maxima parte gotthicũ eſt? An philoſophoꝝ libri: q̃ ne a gotthis q̃dem aut
in uuãdalis ītelligerent̃: quos ego ob hoc maxīe errare: ꝙ loquẽdi facultate caruerũt: ī libris meis
de dialectica oſtẽdo: quos iã edidiſſem: niſi amici me hos potius edere coegiſſent? An grãmatico-
rũ quoꝝ propoſitũ uidet̃ fuiſſe: ut linguã latinã dedocerẽ? An deniq; rhetoricoꝝ: qui ad hanc uſq;
ætatẽ plurimi circunferebantur: nihil aliud docentes: niſi gotthice dicere? Vna ſuperat iuris ciuilis
ſcientia ad huc inuiolata & ſancta: & quaſi tarpeia arx urbe direpta. Hanc etiã iſti gotthi: non galli
per ſpeciẽ amicitiæ polluere atq; euertere tentauerunt euertereq; ꝑgunt. Hanc ipſe quãtum in me
erit: ut. M. Manilius ꝓtegã: imo oẽs qui hoc nomẽ ꝓfitent̃: ꝓtegere debẽt. Quod ſi fecerint: ut ſpe-
ro & opto: nõ legulei: ſed iuriſcõſulti euadẽt. Quod ad meũ autẽ hoc opus attinet: non fraudabo
iuris cõditores debita laude. Tantũ igitur deberi puto huius facultatis libris. quãtũ illis olim: qui
capitoliũ ab armis galloꝝ atq; inſidiis defenderunt: per quos factũ eſt: ut nõ modo tota urbs nõ
amitteret̃ uerũ etiã ut tota reſtitui poſſet. ita per quotidianã lectionẽ digeſtoꝝ & ſemꝑ aliqua ex
parte īcolumis atq; in homine fuit līgua Ro. & breui ſuã dignitatẽ atq; amplitudinẽ recuperabit.

Ayuntamiento de Madrid

 

Sed ad reliqu pgamus?

## De tāti & quāti cū ſuis cōpoſitis. deq; pluris & minoris. Ca. xcix.

ATq; ut ab eo potiſſimū incipiā: qđ nec ab aliquo q; ſciā: traditū & traditu digniſſimū eſt: duo tāti & quāti cōpoſitaq; ab eis tātidē: q̄tilib;: & q̄ticūq;: totidēq; cōpatiua pluris & minoris: p̄terea nulla alia nec cōpatiua: nec noīa: nec dictiōes queunt in genitiuo caſu adiūgi his uerbis emo: uenūdo: ueneo: mercor: cōpo: æſtimo: taxo: liceor: addico: diſtrahor: metior ꝓ æſtio. cōſtat: cōduco: loco: fœneror: paciſcor: pāgo pepigi: cōdēno. poſtulo: & ſiq̄ ſunt alia ſimilis hoꝝ ſignificationis. Neq;. n. audiuimus dici unq̄: uēdidit hic patriā auri ut Achilles uēdidit corpus Hectoris auri: Priamuſq; illud redemit magni pōderis auri. Sed per ablatiuū ſic: Vendidit hic auro patriā: & Exanimumq; auro corpus uēdebat Achilles. Hæc Vir. Vale. quoq; lib. v. Magno ubiq; p̄cio uirtus æſtimat̄. Quāti uero & tāti cæteraq; ut dixi: genitiuū nō mutāt: ut Terē. in eunucho: Quid agas: niſi ut te redimas captū: q̄ q̄as minimo: & ſi nequeas paulo: at q̄ti q̄as. i. tāti te redimas q̄ti queas. Cur nō dixit quāto: ut cōgrueret cū illis minimo & paulo aut minimi & pauxilli: ut cōgrueret cū hoc q̄ti? Niſi qa tāti & quāti mutare nō licet: & ab eis quæ dixi cōpoſita Quint. In paſtu cadauerū. Hoc unū ſuperat: ut deuectū tātidē uēdētes. Et in Verrē Cicero. aiebat: Te tantidem æſtimaſſe: quāti ſacerdotem. Iuuena. Quanticunq; domus cōſtet. Idē qđ ad p̄dicta cōparatiua ptinet Balnea ſexcētis & pluris porticibus empta Cur nō dixit pluri: ut copularet coniunctio eoſdē caſus. Titus Liui. li. xlviii. Mancipia minora annis. xx. quæ po ꝓximū luſtrū decē milib⁹ æris: aut pluris ueniſſent. Ea quoq; decē tāto pluris: quāti eſſent: æſtimarent̄: adeo ut īterrogāti per eundē ſæpe caſum reſpōdere nequeamus: ut Plautus in Epidico: Quāti eā emit? Vili. Quot minis? Quadraginta minis. Horati. Quāti emptæ? Paruo. Quāti ergo? Obtuſibus heu. Nā illud apud Cic. Quāti addictus? Mille nummū. Nō eſt illud mille genitiui: ſed ablatiui caſus: ut mox docebo: q̄ſi millerario nūmū. i. nūmoꝝ. Et hæc qdē interrogatio eſt per genitiuū: reſponſio per ablatiuū. Aliquādo e diuerſo ut emiſti ne dicē minis iſtū equū. immo pluris. Aliquādo hi duo caſus iuxta idē uerbum hærent: ut emiſti iſtū equū decē minis an pluris? Quod ſi aduerbia forēt: ut nōnulli exiſtimare ſolent: cur potius dictū ē tāti & quāti: pluris & minoris: nō tāto & quāto: pluri & minori: cū huiuſmodi uerba utiq; ablatiuum deſiderēt? Cur nō idē fit in cæteris cōparatiuis. quæ palā aduerbiant̄. Nō enim dicimus emi equū uilioris carioriſue q̄ tu: cariori uilioriue q̄ tu. Sed uilius q̄ tu aut carius. Neq; uēdidi melioris ædes peioriſue q̄ tu: ſed melius peiuſue. Cur deniq; qđ nō minus mirādū eſt: hæc ipſa quæ nominaui: quotiēs ſubſtantiuis maritant̄: formā naturalē & legē uerboꝝ cuſtodiūt? Excepto tantidē: qa eſt ſubſtātiuū: qđ ablatiuū datiuūq; nō agnoſcit tātodē: ſolaſq; has uoces habet: tātundē & tātidē. Dicēdūq; erit quāta pecunia iſtū equū emiſti: ſicut quot minis? Iuue. Quāto metiris precio q; nſ tibi deditus eſſem: Deuotuſq; cliēs uxor tibi uirgo maneret. Liui. li. xxii. Hic miles magis placuit cū p̄cio minore redimēdi captiuos copia fieret. Itaq; genitiuos illos tāti emi equū quāti potui ſic exponere nō poſſumus: tāti precii & quāti precii. Sed hic tāto precio quāto potui. Et per cōparatiuum: ut illud Ciceronis. Nō pluris uēdo q̄ alii: fortaſſe etiā minoīs: cū aliquē doces non ita exponas pluris. i. precii: & minoris: id eſt. precii. Nā huiuſmodi expoſitio fecit ut pleriq; fallerent̄: ſed ſic pluris. i. pluri p̄cio: minoris: ideſt minori ſumma.

## De mea: tua: ſua: cuuia Ca. c.

NOn tātū i his cauſis q̄s oſtēdi nōnūq̄ aliter reſpōdemus: q̄ quomodo īterrogati ſumus: ſed etiā in tribus illis ꝓnominibus de qbus ꝓximo libro diſputaui tā p̄mitiuis: q̄ deriuatiuis: quoꝝ diuerſam cōiicimus eſſe naturā: & p̄ter hæc unū cuuius cuuia cuuiū: qđ a ueterib⁹ nō īter noīa: ſed īter ꝓnomina numerabat̄: ut meus mea meū: nec græci relatiūu unde hoc nomē deſcēdit: inter noīa ſed inter articulos collocāt: & nos ꝓnomina quædā articularia ſolemus appellare. Ideoq; ut dicimus mea eſt: ſua eſt: tua eſt: & mea tua ſua intereſt: ita cuuia eſt & cuuia intereſt. Plautus in Epidico. Ego illū cōueniā: atq; adducā ad te: cuuia eſt fidicina. Cic. ꝓ murena. Ea cædes potiſſimū crimini dat̄ ei cuuia interfuit: nō ei cuuia nihil interfuit. Igit̄ interrogāti cuius hominis eſt hoc opus: reſpōdebimus meū nō mei. Ciuius domini hic fundus: tuus aut ſuus: nō tui aut ſui. Rurſum meū ne fundum poſſides an tuū? Reſpōdebo neutrius uel illius. Interrogamus adhuc: reſpōdemuſq; per uarios caſus. Meū ne p̄diū eſt an illius: certe nō tuū. Similiter de cuius: ad qđ nunq̄ reſpōdeas per eūdē caſum: niſi in tribus ꝓnominibus deriuatiuis: ut cuiū pecus: reſpondeas meum uel illius. Interrogat̄ etiā per diuerſos caſus: ut cuiū pecus: tuū ne an Meliboei? Sed per talē dictionē nunq̄ reſpōdet̄: niſi ſic dicas. Eſt cuium eſt: uel eſt cuium eſſe debet: & ſiquid eſt ſimile.

## De tanti & quanti: magni parui. Ca. ci.

EAdem tanti & q̄ti poſitiua quoq; duo magni & parui ſola in genitiuo iungunt̄ cum illis geminis uerbis intereſt & refert: cætera autē uel aduerbialiter: uel in uoce nominatiui ſiue accuſatiui: & in primis hoꝝ cōpatiua ſuplatiuaq; magis & minus: maxime & minime atq; hoꝝ germana: multū: plus: plurimum: parū: paulū: pauſillū: nihil: aliqd: & ſiqua ſunt alia. Tanti intereſt: quanti intereſt: magni: refert: parui refert: ac multū refert: plurimū intereſt: maxime refert: magis refert: paulū refert: minus refert: parū refert. Quin etiā nō quomodo quattuor hæc nomina id naturæ habent cū his duobus uerbis: uerū etiam cum multis aliis ut magni æſtimo paruifacio: paruipendo: quantifacis: tantifacio. Sed cū huiuſmodi uerbis nonnunq̄ alia nomina ſun



Ayuntamiento de Madrid

guntur:ut plurima æſtimo.

**De mille & millia.** Ca.cii.

AT qꝫ ut ꝓmiſſum exoluã:illud Ciceroĩs mille nummum ſingularis numeri eſſe:tum exẽ
plo eiuſdẽ:tũ pcepto.M.Varronis cõprobabo in philippicis.inuentus eſt:qui.L.Anto⸗
nio mille nummũ refert expẽſum.Et pro Milone:In qbus ꝓpter īſanas iſtas inſtructiões
facile mille hominũ uerſabaẽ.Qualia exẽpla plura repeterem:niſi Varronis præceptio ſa
tis eſſet:qui in libris de analogia inqt.Cum puentũ eſt ad mille quartũ:aſſumit ſingulare neutrũ qꝺ
dicitur hoc mille denariũ a quo multitudinis fit milia danarium.Et paulopoſt:Vt ſic utrũqꝫ ſine caſi
bus uocis dicemus:ut hoc mille huius mille:ita hoc decies huius decies.Hæc hactenus.Illud quoqꝫ
ꝑter hoc addamus:mille hominũ dici:milia uero hoies non dici.Cuius rei cã eſt:ꝙ ꝓprie dicimus
mille homines:ut centũ homines:milia hominũ aut centenaria:uel turbæ hominum:hoc ſubſtan⸗
tiuum eſt:illud uero adiectiuũ.Itaqꝫ nõ licet dicere milia hoies: qa duo ſubſtãtiua nõ choærent ſine
copula.Neqꝫ in his ullus certus ĩeſſet ſenſus.Mille hominũdicere:qa mille ſubſtãtiuaẽ:ut multũ ho⸗
minũ pro multi hoies:ita mille hominũ pro mille homines:Idẽ erit qꝺ multũ hominũ:ſimilla ſin⸗
gulare haberet:qa nõ habet niſi pro miliario:qꝺ conſtat ex mille paſſibus:uel pro ſeminis genere.
Vel more Varronis:qa dicimus hoc mille:uel qa ut maxime reor:nec adiectiuũ plane:nec ſubſtãti⸗
uum eſt:ſicut hic & hæc & hoc:iſte:iſta:iſtud:& nõnulla alia ꝓnomina.Nã cætera adiectiua nõ pati
untur ſibi ita adhærere adiectiua:ut ꝓnomina.Dicimus.n.hic robuſtus meſſor:iſta robuſta mulier.
Nec dicimus antiquus robuſtus meſſor:antiqua robuſta mulier.At nomĩa numero ſunt his ꝓno⸗
minibus ſimilia:ut centũ aureæ pateræ:mille armatæ naues.Ergo latine diciẽ mille ex hominibus:
ſicut diciẽ iſti ex illis:quæ locutio idẽ eſt qꝺ mille hominũ.Cæterũ nomina numeralia ſiue ſubſtãti⸗
ua:ſiue adiectiua ſint:inter ſe iungi recuſant: qa nec duo ſubſtãtiua:nec duo adiectiua ſola eſſe poſ⸗
ſunt:ut duo cẽtũ:tria mille:cũ ꝑſertim ſint ſua ꝓpria noĩa:ut ducẽta:trecẽta.Et ſupra mille & milia:
qꝺ plane ſubſtãtiuũ eſt.Ideoqꝫ dicimus mille hominũ duo milia hominũ:nõ duo mille:tria milia:
q̃ttuor milia hoĩes:& deinceps:Nec ut dixi:tria,aut quattuor mille:ſed bis mille:ter mille:ut bis cẽ
tũ:ter cẽtũ:nõ duo cẽtũ:tria cẽtũ:aut ut aliq indocti loquũtur:ducẽtũ: tercẽtũ. Vir.Tercẽtũ niuei
tõdent dumeta iuuenci.Et alibi.Hic iã tercẽtũ totos regnabiẽ annos.Reꝑimus tamẽ apud eccleſia
ſticos ſæpe hoc modo dici:quale eſt.Debebat decẽ milia talenta: &.xii. milia ſignati:quod defẽdi
nõ põt:niſi reſoluas ſic: ſignati duodecim milia talẽta decẽ milia:q̃ſi dicaẽ numero duodecĩ milia:
& numero decẽ milia:ut ſubintelligaẽ entia decẽ milia.Signati entes.xii.milia:niſi interponas ſub
ſtãtiuũ ſic.Signati erãt duodecim milia qꝺ in altero exẽplo fieri neqt:quo certe mõ ipſe nõ loque⸗
reẽ:ſed potius duodecim milia ſignati: aut duodecĩ milia ſignatoꝝ:& decẽ milia talẽtoꝝ:& duode
cĩ milia dracmarũ:argẽti Cuius erroris:ſi error eſt:cauſa ut opinio mea fert:hinc fluxit:ꝙ ſæpe le⸗
gimus decẽ milia põdo argenti:q̃ſi illud põdo ſit noĩatiui aut accuſatiui caſus:& non genitiui.Sæ⸗
pe decẽ milia qngẽti pedites:nõ peditũ.Ita cũ numerus poſterior defuerit:putant recte dici poſſe
decẽ milia pedites:quod falſum eſt.Nam cũ dicimus decẽ milia quingẽti pedites:ſic intelligimus
decẽ milia peditũ & quingenti.Quo ſæpe mõ loquuntur:nec aliter loqui poſſumus. Atqꝫ ut nunc
ad hoc qngenti ſubintelligimus pedites:ita ad illum milia ſubintelligitur peditũ.Quale etiã in ſu⸗
perioribus exemplis decem milia & ducenti ſignati:uel duodecim milia ſignatoꝝ & ducenti:& ita
in cæteris.Rarius autem reperitur mille pro milia.Nam illud qcunqꝫ te angariauerit mille paſſus:
uade cum illo alia duo ſubintelligitur milia paſſuum.Alioquin dixiſſet alios duos:non alia:uel po⸗
tius bis mille.

**De numeralibus.** Ca.ciii

ET quoniã de numeris incepimus de ipſis aliqua dicere pſequamur.Et primũ hoc admo⸗
nemus in quo pleriqꝫ falluntẽ:treceni ſcribẽdũ eſſe nõ triceni cũ ſignificat trecentenariũ
numerũ:qꝺ ſyncopatũ eſt:ſicut cætera.Dicimus duceni pro ducẽteni:triceni pro trecẽ
teni quadrigeni:qngeni:ſexceni:ſeptingeni:octingeni:nõgeni:uel nõigeni:pro q̃drin⸗
genteni:qngenteni:ſexcenteni:ſeptingẽteni.octingenteni:nõgenteni uel noningenteni.Cente⸗
ni aũt & mille nõ ſyncopanẽ.qa nõ ſunt plærũqꝫ dictiones ſicut ſupiores.Triceni autẽ caret ſynco⸗
pa:ſed immutauit g in c:ſicut uiceni pro uigeni:& triceni pro trigeni.Eſt.n. ſimillimæ uocis c & g:
queãdmodũ d & t:ꝓpter qꝺ dicimus q̃dringenti pro q̃tricenti:in quo nomĩe & t in d:& c in g mu
tatũ eſt.Atqꝫ quoniã dixi quoſdã falli ſimilitudine uocũ.recenſeamus hæc ipſa infra centũ:ut ſupra
centũ fecimus.Dicimus igitur ſinguli:bini:terni:quaterni:qni:ſeni:ſepteni:octeni:noueni deni:un
deni:duodeni:ternideni:quaternideni:quindeni:ſenideni:uel deniquaterni:deniqni:deniſeni:de⸗
niſepteni:deniocteni:deninoueni:uiceni:uiceni ſinguli:uicenibini:uiceniterni:uel ut poſtea oſten
demus ſinguli & uiceni:bini & uiceni:terni & uiceni:& ita deinceps:tũ treceni: quadrageni qnq̃⸗
geni:ſexageni:ſeptuagẽi:octogẽi & nõ octuageni.Octoginta.n.dicimus nõ octuaginta nonageni
nõ nouageni deinde centeni.Ideoqꝫ autẽ hæc nomina in plurali ꝓtuli:ꝙ in ꝓſa ſcribẽtes fere plu⸗
rali utunẽ:in carmine frequẽtes etiã ſingulari.Et ſingularẽ qdẽ hoꝝ hominũ numerũ nõ ꝓſa orati
one ſcribẽdũ ait Priſcianus eſſe:ſed poetarũ.Vt Virgi.Gurgite ſepteno rapidus mare ſummouet
amnis.Verũtamẽ non tantũ poetarũ uideo eſſe:ſed nõnunq̃ etiam alioꝝ:ut Pli.lib.xvii.Traduces
gallica cultra binis utrinqꝫ lateribus:ſi pars quadrageno diſtent ſpacio quaternis uiceno inter ſe ob

Ayuntamiento de Madrid

uiimiſcenť. Et in.xxv. Altera maior foliis alterũ modo incluſa quoqꝫ:ꝗa ſepteni eſt. Et in.xxvi. Prodigioſa ſunt quæ circa hoc tradit Theophoraſtus auctor:alioquin grauis ſeptuageno coitu durare libidinẽ tactu herbæ:cuius nomẽ ſpecieꝗꝫ nõ poſuit.ſeptuageno:ideſt ſeptuaginta coitibus per ſingulas noctes: Nã ita hæc noĩa exponunť:ut creabanť olim bini cõſules:id eſt per ſingulos ãno. Vtũtur ergo oratores legitima ſignificatiõe hoꝝ nominũ binus.n. ſiue bini ſignificat ſingulis duo:ternus ſiue terni ſingulis tres: quaternus ſiue quaterni ſingulis quattuor. At poetæ nõ ita. Septenus.n. gurges nõ eſt ſingulis ſepteni:ſed tantũ ſepteni uni flumini Nilo. Nec in ſingulari modo ſignificatione hac abutunť:uerũ etiã in plurali:ut idem:Per duodena regit mundi ſol aureus aſtra. duodena aſtra pro duodecim aſtra. Ad hæc ſepteno Priſcianus exponit ſeptenario: quod mihi non placet:cũ inauditũ ſit flumẽ aliqđ habere ſeptenariũ alueũ: & fontẽ edere ſeptenariũ riuũ. Siqdẽ hæc nomina numerũ aliarũ rerũ quæ nõ nominanť:indicant nõ multiplicationẽ ſuiipſoꝝ:ut lapis cẽtenarius:nõ ꝙ ſit centuplus lapis:ſed centũ librarũ:homo centenarius:nõ ꝙ ſit centũ geminus:ſed ꝙ habeat cẽtum annos:grex centenarius:nõ ꝙ ſint centũ greges:ſed grex centũ capitũ. Rurſus non dicimus centenariã librã ſed cẽtuplã nõ centenariũ annũ:ſed cẽtuplũ annoꝝ.tamen dicimus centenariũ ſeptenariũ:duodenariũ numerũ. Siquis eſt numerus:omnia cõplectiť:eſt cẽtenarius ſiue decenarius ſiue alius quiuis numerus cæterarũ rerũ:librarum:annoꝝ ſimiliũꝗꝫ. Ideo recte dicimus centenariũ numerũ annoꝝ ingreſſus eſt:nõ autem centenariũ annũ: & millenariũ numerũ pondo portat:nõ autem millenaria pondo. Potuiſſet igiť Priſcianus commodius exponere ſepteuo gurgite: pro ſeptenarii numeri gurgite: Qua expoſitiõe uti ſolemus in illis numeralibꝰ: quæ ultimũ numeri eius ſignificãt:decimus:undecimus:cẽteſimus:mileſimus.i. qui ultimus eſt ex decẽ.ex undecim:ex cẽtum:ex mille. Aliquãdo ſic Hoc aurũ attulit centeſimũ:illud ſexageſimũ:tuũ uero trigeſimũ fructũ i.cẽtenarii numeri:ſexagenarii:tricenarii:uel cẽtuplũ ſexagintuplũ:tricentuplũ. Pli.xviii.li. Admiſcetur huic far:ut mitiget amaritudinẽ eius: & tamẽ ſic quoqꝫ ingratiſſimũ eſt neutri naſciť ꝗlicũꝗꝫ ſolo cũ centeſimo grano:ipſumꝗꝫ pro letamine eſt. Nõ ultimũ granum e cẽtenario numero intellexit:ſed grana cẽtenarii numeri:ſiue granũ centuplũ ſiue cẽtenũ: eo modo quo antea dixit uiceno. Hac etiã rõne appellata quadrageſima: ꝙ ꝗdraginta dies cõtineat:quo uacabulo eloquẽtiſſimi chriſtianoꝝ utunť ꝗdã etiã quinquageſima:ſexageſima: & ſeptuageſima. Atqꝫ ut ad rẽ redeã:utimur ſuperioribus illis nominibus crebrius in plurali numero:ſinguli:bini:terni. Triũ igitur cum habeat ſingularem numerum:apparet non eſſe naturæ iſtoꝝ: quinimmo nõ memini cõperiſſe me illud in plurali:licet & ſingulare ꝑrarum ſit:ut trinum nũdinum. Promulgari.n. debebat antiquitus rogatio apud romanos trino nundino:ut opinor.ſ.nũdino:ꝙ aut tribus in locis uno die:aut tribus diebus uno in loco celebrabatur:ut trimus trium annoꝝ:ita trimus trium dierũ aut trium locoꝝ. Priſcianus ait triundinũ pro triũdinarũ:Ciceronis exẽplo pro Cornelio primo. Ex ꝓmulgatione triũdinum dis ad ferendum poteſtaſꝗꝫ ueniſſet. Quod ſi ita eẽt: a tris compoſitum eſſet: non a trium: ut ait Priſ.ſicut trinoctium. Sed forſan per appocopã dicimus trinundinum pro triũ nundinũ:aut plane trinum nundinum. Quin.li.ii. Siue nõ trino forte nundino ꝓmulgata:ſiue nõ idoneo die:ſiue cõtra interceſſionem uel auſpicia:aliudue quod legibus obſtet:dicitur lata eſſe uel ferri. T.Liui. lib.iii. Poſtꝗ uero comitia decemuiris creandis in trinum nundinum indicta ſunt. Idẽ lib.v. niſi editioni menda ineſt:ait. Antea trina loca cũ contentione ſumma patricios explere ſolitos: nunc iam octo iuges ad impia obtinenda ire. Donatus tamen hoc nomine utitur & diſcipulus eius nõ tamẽ magiſtro idoctior Hieronymus:cũ alibi:tũ ad Marcellã & trinã negociationẽ:tria poſtea cõfeſſiõe deleuit.i.triplici. Cæteri quoqꝫ eodẽ nomine utunť: unde dicta eſt trinitas triũ perſonarũ una diuinitas. Serui.ſuꝑ illud Virgilianũ. Terna arma mouẽda ait figura poetica. Nã trina debuit dicere Arma.n.ſunt tãtũ numeri pluralis. Sed hæc ratio Seruii ꝗ ſit efficax. Ipſe uiderit qui uult hoc nomẽ aptũ eſſe nominibus numeri pluralis: qđ etiã reperimus cõiuctũ cũ nominibus ſingularẽ numerũ habentibus. Et quid ꝑterea dixiſſet:ſi apud Virgili.foret quaterna arma:nunquid legendum eſſet ꝗtrina? Verum nõ eſt trinum de numero eorũ de quibus diſputauimus:quorum ſingularem non frequentari ab oratoribus diximus:ſed a poetis & quidem improprie:etiam nonnunꝗ improprie pluralẽ: quod aliquãdo ipſi quoqꝫ oratores faciũt:ſed neceſſitate in his nominibus: quæ ſiugulari carẽt:ut codicilli licet Iuſtinianus utať:ut liberi & pugillares:ut nuptiæ:ut arma:caſtra: aut ſi non carent:ſuntꝗꝫ diuerſi generis:ut nundinũ & nũdinæ:delitiũ & delitiæ:uel diuerſæ ſignificatiõis: ut hæc ædes:hæ hædes:uel diuerſi & generis & ſignificati:ut epulũ: & epulæ: Neceſſariũ eſt autẽ dicere binos codicillos & ternos & quaternos.nõ duo:tres quattuor:ratione dictãte. Quid.n. ſi de diuerſis codicillis dicẽdũ mihi ſit:quomodo dicã? Duos codicillos ſcripſit pater unũ ad me:alteꝝ ad uxorẽ. Illud unũ & illud alterũ ad quod referť:ad codicillũ:qđ nõ reperiť? Dicendũ eſt ergo unos: ꝙ ſi unos:ergo & binos dicendum erit.quod & Ciceronis exẽplo liquebit:Duplices ſimilitudines eſſe debent unæ rerũ:alterũ uerboꝝ. Quod ſi dixiſſet duplex ſimilitudo:ſubiũxiſſet:una rerũ:altera uerboꝝ. Verũ ꝗa in plurali locutus eſt:nõ putaui alteri numero locũ eſſe oportere. Dicemus ergo binos codicillos:nõ duos. Rurſus duo teſtamẽta:nõ bina:de cuius naturæ nominibus ꝗbuſdã nominatim faciamus mẽtionẽ:ſi tamẽ illud admonuerimus ex ꝑdictis colligi utroqꝫ modo poſſe dici



Ayuntamiento de Madrid

Relinquo filiis meis teſtamento ſingulis:ſiue cuiq; ſi multi ſiue utriq; ſi duo fuerint : dena prædia: uel ſingulis:ſiue utriq; decẽ p̃dia:cũ ego & fratres mei ex bonis paternis habuerimus ſinguli ſiue unuſqſq; :ſiue uterq; ſingula p̃dia:uel ſinguli:ſiue unuſqſq; ſine uterq; unũ prædiũ. Quæ etiam uno loco cõiunxit Cicero in paradoxis:Capit ille ex ſuis p̃diis ſexcẽta ſeſtertia ego cẽtena ex meis . Nõ dixit aut ſexcẽta & cẽtũ:aut ſexcena & cẽtena:quæ tamẽ diuerſa ſunt:intelligamus ab illo ſexcẽta capi uno anno:non ſingulis annis.Ego tamẽ puto ſcribẽdum eſſe ſexcena & nõ ſexcẽta . Multa hic & multifaria uitioſe dicta repetere liceret: Sed uereor tantos uiros carpere:unde tãtũmodo dixerim ex.iii.lib.Regũ:Septena rætiacula in capitello uno:& ſeptena retiacula in capitello altero:Cũ dicẽdum eẽt Septem in uno:& ſeptẽ in altero:aut ſeptena in ſingulis:aut ſeptena in utroq;.Et ſi fuiſſent plura duobus.Septẽ in unoquoq;.Eius cõditionis eſt illud in eodẽ libro:Quod abſcõderim de prophetis domini cẽtũ uiros:quinquagenos & quinquagenos in ſpeluncis :hoc modo nõ recte dicit: ſed eo modo quo pauloãte dictũ erat. Tulit ille centum ꝓphetas:& abſcõdit eos quinquagenos in ſpeluncis:id eſt in ſingulis ſpelũcis quinquaginta. Quidã iuris ſtudioſi accipiunt dena pro uiginti nõ intelligentes ſignificari ſingulis duoꝵ decẽ:de quoꝵ imperitia qd multũ dicẽdũ:quũ putẽt recte dici, una quinq;:quaſi una ſit nomẽ & nõ aduerbiũ.Ne illud quidẽ obticebo:quemadmodum ſuperius oſtendi:nomina illa ſupra centũ ſincopari: infra uero centũ minime . Ita e diuerſo aduerbia centũ ſyncopari:ultra nõ ſyncopari ut uities pro uiginties:tricies pro triginties:Deindequadragies:quinquagies:ſexagies:ſeptuagies octogies:nõ octagies nonagies.Cætera nõ ſyncopant: quinquies:ſexies ſepties octies nonies decies cẽties ducẽties trecẽties quadringenties ſeptingenties octingenties noningẽties millies.Deinde biſmillies:termillies:quatermillies qinquies millies decies millies:uities millies:& deinceps cætera. Nunc ad inſtitutum redeamus : ab hoc potiſſimũ nomine incipientes.

Littera in ſingulari quid ſignificet: & quid in plurali. Ca.ciiii.

LIttera in ſingulari numero ſignificat elementũ ip̃m:ut.a.uel.b.uel manũ ſcribẽtis:ut ad Atticũ Cicero. Nã Alexidis manũ amabã : q tã ꝓpe accedebat ad ſimilitudinẽ tuæ litteræ.In plurali uero epiſtolã:præterq̃ apud poetas qui pro epiſtola uerſus gratia in ſingulari ſemp utunt, ut Ouidius: Quã legis a rapta Briſeide littera uenit:Nã q Cice.ad Cæliũ ſcribit ad ſe nullã litteram Bibulũ miſiſſe:ita ut ait q̃ſi nullũ uerbũ miſiſſe:qđ ut uehemẽter extenuaret:nõ dixit uerbũ aut ſyllabã:ſed litterã.Frequẽtiſſimũ igit eſt litteræ pro epiſtola:Inter quæ duo nomina hæc elegentiæ differẽtia eſt:q dicimus unã epiſtolã:unas litteras:duas tres quattuor quinq; epiſtolas.Biuas uero litteras : ternas quaternas quinas ſenas ſeptenas octenas nouenas denas. Nunq̃ aliter quale eſſet:unas binas ternas epiſtolas:duas tres quattuor litteras. In hoc tamen cõueniũt:ut dicamus dedi ſingulis uel unicuiq; uel utriq; ſiue ſingulas litteras:ſiue ſingulas epiſtolas. Item in maiori numero nõ conueniunt:ut dedi ſingulis duas litteras uel binas epiſtolas:ſed binas litteras & duas epiſtolas :nõ autẽ ſecus de quo iã dixi. In quo obſeruandũ eſt de cæteris quoq; uocabulis:ut ſi dicas. Accæpi abs te binas litteras:nõ ſubiũgas:quarũ alteris reſpõdi per ꝓximum tabellariũ :alteri nũc reſpõdeo:ſed alteris. De epiſtola uero apertũ eſt:ut accepi duas epiſtolas:q̃rũ alteri iã reſpõdi:alteri nũc reſpõdeo. Cicero fere ait:accepi litteras:accepi epiſtolas. Plinius frequẽter etiam recepi niſi libri mendoſi ſint.

Aedes in ſingulari aliter accipitur:aliter in plurali. Ca.cv.

AEdes in plurali accipitur pro domo:nec unq̃ aliter:ut meas ædes non proſcribam. In ſingulari atq; adeo in plurali pro templo:ut Cice.philip. libro primo. Ex eo die quo in edẽ Telluris conuocati ſumus:in quo templo q̃tum in me fuit:ieci fundamẽta pacis . In quo templo.i.in qua æde Telluris. Sed hac ĩre differt a templo:q ſemper in utroq; numero habet adiectionem ut in æde iouis Mercurii Mineruæ.in æde Concordiæ Telluris Honoris Virtutis.in æde ſacra . Et in plurali ſacras ædes:ædes deorum:ædes nympharum. Nam cum ait Lucretius de Ioue loquẽs:Ipſe ſuas ædes diſturbat: perinde ac ſi dixiſſet Iouis ædes . Igitur pro tẽplo dicimus duas tres quattuor deorum ædes:duas ſacras ædes.pro domo bĩas ternas quaternas binas priuatas ædes. Aeditui autem ab ædibus ſacris quas tuentur appellati ſunt:non a priuatis. Aediles quoq; a ſacris ædibus dicti ſunt:quibus curandis præpoſiti erant. Aedificare autem magis ad domos hominum ſpectat q̃ deorum. Nec domos tantum:uerum etiam naues:ut Cicero:Qui cum maximas ædificaſſet inſtruxiſſetq; claſſes. Neq; hoc indignum eſt admonitione eum cui domus ædificatur dici ædificare : ut idem de conſulari uiro inquit: Qui cum ædificaſſet in palatio plenam dignitatis domum. Similiter in cæteris uerbis:ut Horatius de prædiuitibus Diruit:ædificat:mutat quadrata rotundis.

Liberi:pugillares. Ca.cvi.

I Iberi pro filiis ſingularem non agnoſcit: cuius natura & a ſuperioribus diſſentit. Nam ut dicam lego Titio ternas ædes : unas in foro: alteras in ianiculo:tertias in Subura. ita non dicam ex ternis liberis meis unos:alteros:tertios:ſed ex tribus liberis meis :unum in alienã familiã dedi alterum abdicaui. tertium hæredem inſtitui. Cuius rei cã eſt. q cuȝ dico unũ alterũ tertiũ adiungi ſolet filium: & tres liberos quaſi tres filios:quod ita non fit in ædes



Ayuntamiento de Madrid

in litteras: niſi ſubintelligas domum & epiſtolam. Sed quid facies in ceteris: in nuptias: in pugillares: abſurdum ſit dicere unam nuptiam: unum pugillarem. Pugillares autem ſignificat tabellas cæreas: ſiue ligneas: ſiue alterius materie in qbus ſtilo ſcribimus. Liberũ tamẽ pro filio: & apud Quin. & apud Paulum Caiumq; reperio.

Hortus. Ca.cvii.

HOrtus quoq; eiuſdẽ naturæ eſt. Nã in ſingulari pluraliq; pro hortis holitoriis accipit̃: id eſt holera ꝑducẽtibus. Eſt. n. holus oĩs herba ſatiua: qua ueſcimur: & cuius foliis & caule in eduliũ utimur. Horti uero ĩn plurali arborib⁹ cõſiti dicunt̃: & amœnitatis uoluptatiſq; cauſa parati. in ſupiore igit̃ ſignificatione dicimus: unũ hortũ: duos: tres: hortos. In poſteriore binos: ternos: hortos: niſi alicuius auctoritas aliud ſibi uẽdicauerit.

Odor. Ca.cviii.

ODor huic ſimile eſt: qua uoce notum eſt quid in utroq; numero ſignificatur: in plurali uero tantum odoramenta: ut odores ex arabia ſunt. Hoc tamen nomen raro cum numeralibus iungitur: ſed cum aliis adiectiuis.

Commeatus. Ca.cix.

COmmeatus autẽ & ſiqua ſunt ſimilia: nõ recipiunt talẽ ambiguitatem: ſiquidẽ ſuperiora in uno ſenſu habẽt utrũq; numerũ: in altero tãtũ pluralẽ hoc in altero tãtum ſingularẽ. Eſt enim commeatus in ſingulari tãtum pro facultate ad tempus a militia: ab alioue miniſterio recedẽti quam præbet militi imperator præpoſitiue inferiori: eundiq; quo uelit ad præſcriptum diem reuerſuro. Licet Liuius li. xxxiii. ait. Magna pars ſine cõmeatibus delabebat̃. In utroq; aũt numero pro cibariis ad alimoniá reipublicæ: aut exercitus: aut alicuius multitudinis: interdũ etiá priuatim. Cicero pro lege manilia. Iam cõmeatu & priuato & publico prohibemur.

Non ſemper ad dignitatem referri quando quis de ſe numero plurali loquitur. Ca.cx.

EX his quæ dixi colligi põt nõ uerũ eſſe quod aliq uolũt quotiẽs auctor in numero plurali loqtur declarari dignitatẽ q̃dã: & ut ſic dicã magiſteriũ. Quid. n. cauſæ eſt cur hæc nomina pluraliter nõ ſingulariter efferant̃: Quid Athenæ potius q̃ Athena: qd Roma potius q̃ Romæ: Sed ne in re apta dicã pluribus huic opinioni repugnat: cũ ipſa rhetorica ars quæ iubet nos uti modo plurali pro ſingulari: modo ſingulari pro plurali: tũ plura exẽpla: adeo ut uno atq; eodẽ loco de ſe orator in utroq; numero loquat̃. Vir. O Melibœe deus nobis hæc ocia fecit. Nãq; erit ille mihi ſemꝑ deus: illius arã. Sæpe tener noſtris ab ouilibus imbuet agnus. Ille meas errare boues: hic de ſe loquẽs. Tityrus: nũc nos: nũc me ait. Home. quoq;. xiii. Ilia. ρχομαι ιτιτοι εγχοσ ενικλισι ησι λελειπαιοις ομενος πνυ γαοκα τεα μενο μρι γευκεκς ον Et in ꝑſa: ut Quin. in ægro redẽpto. Vtinã hãc ſalutẽ mihi ſero fata præſtarẽt ut reſiduũ laborãtis animæ in tuo poneremus amplexu. Et. C. in phili. qđ exẽplũ in aliũ etiã uſum uolo aſſerre ꝓlixius. Ait igit̃. Itaq; ego ille: qui ſemꝑ auctor pacis fui: cuiq; pars ꝓſertim ciuilis: q̃q̃ ominibus bonis: mihi tamen in primis fuit optabilis. Omne. n. curriculũ induſtriæ noſtræ in foro: in curia: in amicoꝝ ꝑiculis ꝓpulſandis elaboratũ eſt. Hinc honores ampliſſimos hinc mediocres opes: hinc dignitatẽ ſiquã habemus: cõſecuti ſumus. Ego ita pacis: ut ita dicã: alumnus: qui q̃tuſcũq; ſum: nihil. n. mihi arrogo: ſine pace ciuili nõ fuiſſem: periculoſe dico: quemadmodum accepturi. P. C. ſitis horreo: ſed pro mea perpetua cupiditate ueſtræ dignitatis retinendæ & augendæ: quæſo oroq;. P. C. ut primo ſi erit uel acerbum dictu. uel incredibile: a. M. C. eſſe dictũ exiſtimetis ſine offenſione qđ dixero: nec id prius q̃ quale ſit explicauero: repudietis. Ego ille dicã ſæpius pacis ſemꝑ laudator: ſemꝑ auctor: pacẽ cũ. M. Antonio eſſe uolo. Hæc in eo quoq; finẽ rettuli: ut oſtẽderẽ oratores: cũ ineptæ oratiõi aliqd indignius inſeruerunt: redire iterũ ad id qđ incœperant: aliquando etiam frequẽtius memoriæ indicium reficiendæ gratia: uel eodem uerbo reperito: ut in proximo exemplo: uel ꝙ idẽ efficiat: ut apud eũdẽ & in eodẽ opere. Collegã tuũ aiunt in hac ſua fortuna: quæ bona ipi uidetur: mihi ne grauius qppiam dicã auoꝝ & auunculi ſui conſulatum ſi miraretur: fortunatior uideretur: ſed eũ iracũdũ audio factũ: aiunt & audio idem efficiunt.

Queſtus aliud: aliud quæſtus. Ca.cxi.

QVeſtus in plurali pro q̃rela a q̃ror. unde fit conqueror: cuius datiuus & ablatiuus eſt q̃ſtubus ut portubus. Quæſtus cuius in utroq; numero plurali datiuus & ablatiuus eſt q̃ſtibus e q̃ro: unde fit conquiro: deriũatur per ſyncopam a ſupino q̃ſitum: ſignificatq; lucrũ nummarium. Nam lucrum uocamus etiam non nummarium: uelut amicitiæ: gloriæ: ſcientiæ: cæterorumq; huiuſmodi. Quæſtum quoq; nonnunq̃ pro actione ipſa atq; artificio lucrandæ pecuniæ: ut apud Cice. Nam de artificiis & q̃ſtibus: qui' liberales habendi ſunt: qui ſordidi. Et Quin. Nam ut primum lingua eſſe cœpit in quæſtu: inſtitutũq; eloquentiæ bonis male uti q̃ſtu dixit: quaſi acquiſitione.

Scalæ: pondo Ca.cxii.

SCala quibuſdam in ſingulari uſurpatur. Saluſti. Cum aliis quibuſdam oſtendi pluralem tantum habere: cum dixit in iugur. Deinde ubi unæ atq; alteræ ſcalæ comminutæ ſunt qui ſuperſtiterant afflicti ſunt. Non dixit una atq; altera. Põdo autem caret ſingulari numero teſte Foca. Dicimus autem duo pondo: tria pondo: non bina pondo aut terna põdo. Quin. in primo: Quid ꝙ q̃dam ſingula proculdubio uitioſa ſunt iuncta ſine rephẽſione dicunt̃. Nam & dua: & tre: & pondo diuerſorum generum ſunt barbariſmi. At duo pondo & trepondo uſq; ad noſtram ætatem ab oĩbus dictum eſt: & recte dici Meſſala cõfirmat. Forſan huius rei cauſa

Ayuntamiento de Madrid

eſt ꝙ ſicut ſuperius de libris diximus: ita hic ſiqs ita loqtur. Relinquo liberis meis duo pōdo auri alterū ſignatū: alterū rude: intelligiť librā. Idē eſt.n. duæ: tres: quattuor libræ: quod duo: tria q̃ttuor pōdo. Quidā exiſtimāt aliud eſſe: cū legāt apud Liuiū lib.xxii. Argēti pōdo bina: & ſex in militū libras pſtaret: cū legēdū ſit ſelibras. Quidā etiā ſingularē huic nomini dāt & huiuſipius auctoris ſi editio uerax eſt: nōnulla exēpla ſunt. q̄le eſt etiā Columellæ. Scyllæ aridæ pōdo librā & quadrātē adiici oportere: ſed nūc pro pōdere uideť accipi. Huius conditionis eſt ludus & ludi. Sed hoc in alterum librū reſeruamus: Nunc aliquid etiam de numeris. De numeris. Ca.cxiii.

PLato uno & octogeſimo anno ſcribens mortuus eſt: Iſocrates quarto & octogeſimo annoꝝ librū: qui penathenaicus inſcribiť: ſcripſiſſe diciť: uixitq; quinquenniū poſtea. Cui⁹ magiſter Leontinus Gorgias cētū & ſeptē annos compleuit. Hæc Cice. cuius ex uerbis datur intelligi ante centū præponi numerū minorem. poſt cētum uero poſtponi Quod Quin. quoq; confirmat: cū ait Artiū autē ſcriptores antiquiſſimi Gorax & Thiſias ſiculi: quos inſecutus eſt uir eiuſdē inſulæ Gorgias Leontinus: Empedoclis ut traditur diſcipulus. Is beneficio lōgiſſimæ ætatis. Nā cētū & nouē uixit annos: cū multis ſimul floruit. Et paulopoſt: Nam & Iſocratis præſtantiſſimi diſcipuli fuerunt in omni ſtudioꝝ genere. Eoq; tā ſeniore. Octauū.n. & nonageſimū cōpleuit annū: pomeridianis ſcholis Ariſtotes præcipere artē oratoriā cœpit. Hoc tamen uideť fieri intercedente copula. Nā ea ſublata ut qſq; numerus maximus eſt: ita primo loco præponiť dūtaxat citra centū ut maior.xxv.annis nō autē maior qnq;.xx.annis: etiā in illis quæ ſupra tractaui numeralibus: uiceni ſinguli: uiceni terni: aut. ſinguli & uiceni: bini & uiceni: terni & uiceni. Supra centum naturalē ordinem ſequimur: ut ſuperiora exempla docent: centū &.vii.cōpleui annos: cētum &.ix.uixit annos. Pli.li.vii.natu.hi. Centū &.xx.annos Parmæ tres edidere. Bruxulli unus. Fauentiæ una mulier centū.xxv. Parmæ duo: centū triginta Placentiæ unus. Fauentiæ una mulier cētum xxv. Bononiæ. L. Terēti. Marati filius: Armini uero Maponias ſex & qnquaginta. Tercula cētum xxxvii. citra Placentiā in collibus oppidū eſt Velleratū in quo.ccxx.annos ſex detulere. Quattuor uero cētenos uicenos. Vnus cētum quinquaginta. M. Mutius Marci filius Galeria fœlix. An ne pluribus moremur in re confeſſa. In regione Italiæ octaua centū annoꝝ cenſi ſunt homines quattuor & quinquaginta Centenū denum homines quattuordecim. Centū uicenū quinū homines quattuor: cētū tricenum homines quattuor: cētenū tricenum quinū aut ſeptenū totidem: centenū quadragenum homines tres. Idem tamen Pli. Paulopoſt ait: ut tamen in ſeptenum & quinquageſimū atq; centeſimū uitæ duraret annum. Ex quo apparet ſine copula maximum quenq; numerum præcedere cum copula non nihil uarie præſertim retrorſum eundo. Adhuc quæ diximus & quæ recitauimus exēpla intra numerū millenarium ſunt: ſed in ipſo quoq; maximū quenq̄ numerū ſemꝑ præponimus. Vt natali domini ſaluatoris anni ſunt mille q̄dringenti triginti octo: uel mille & quadringenti ac trigintaocto. Illud tamen non tantum in milibus eandem eſſe naturam: atq; innumeralibus citra cētum: ut milites noſtri ſunt ſex & uiginti milia: nō autem uiginti & ſex milia. Vel milites noſtri ſunt.xxvi.milia: ſiue militū nobis ſunt.xx.milia: ſiue milites noſtri ſunt uities mille: ſiue nobis ſingulis ſunt decies: ſiue dena milia militū: ſiue nobis ſingulis ſunt decē milia militū. Oīa autē quæ locuti ſumus: ultra uiceſimū numerū intelligi uolo. Nā decē & ſeptē: decē & octo: decē & nouē: normā illā quā dixi: nō tenent. His inferiora ne ipſa qdē ſernāt ſuā legē. Illa.n. cōiūctionē interpoſitā habēt hæc nō habēt. Verūtamē nec habere poſſunt cū ſint cōpoſita: nec plura: ſed ſingula nomina undecim: duodecim: tredecim: q̃tuordecim: qndecim: ſedecim: ſicut illa quoq; cōpoſita atq; unica ſunt noīa: undeuiginti: duodeuiginti: undetriginta: duodetriginta: undecētū: duodecētum: hoc eſt uno aut duobus dēptis: de uiginti: detriginta: de cētū: ut Ab incarnatione ſaluatoris ſunt anni mille quadringēti: duo de quadraginta. Et per denominatiua: ut Ab iucarnatione agitur annus mileſimus quadrigēteſimus: duodequadrageſimus. Plinius lib.xxxv.natu.hi. duo enim de uigeſima olympiade interiit Candaules. Licet plæriq; exēplaria habeāt duodeuiginti olympiada. Idem proximo lib. Atq; adeo duodequadragenū pedū luculleī marmoris in atrio Scauri collocatī: duodequadragenū pro duodequadragenoꝝ. Titus Liui.li.primo: duodequadrageſimo ferme anno eſt: quo regnare cœperat Targnius. Domus. Cap.cxiiii.

DOmus duos genitiuos habet: unū ſecūde: alterū q̃rtæ: domi & domus. ſed prior ſeruat locū ubi qs manet: poſterior corpus ipm atq; ædificiū qđ ex parietibus cōſtat & tecto: ut domi maneo: nō domus: & pte domus demolitus ſuꝫ. Supiora domus aſcēdi: nō domi. Nā illud domus meæ ipſū teneo nō ꝓ loco accipiť: ſed pro familia quæ cōtineť ædificio figurate cōtinēs pro cōtēto: ꝙ etiā licet dicere domi meæ q̃ſi in domo mea. Quod autē idē ſit in domo & domi notū eſt Vnū tñ afferā exēplū. Quin.lib.v. In domo furtū factū habeo: qui domi fuit. Datiuus tātū quartæ eſt accuſatiuus indifferēs. Ablatiuus ſecūdæ. In accuſatiuo & ablatiuo: uel cū ꝑpoſitione: uel ſine præpoſitione loqmur: ut reuertor domū uel ad domū: exeo domo uel e domo: & ſum ī domo uel domi: hoc grāmaticū eſt: illud uero latinitatis & elegātiæ: hūc genitiuū ſecūde nō cōiūgimus: niſi cū tribus ſiue qnq; ꝓnominibus: meæ: tuæ: ſuæ: noſtræ: ueſtræ: & uno noīe alienæ ut Ego uiuo domi meæ: nō uiuo domi tuæ: erā domi ſuæ: noſtræ: non ueſtræ: domi habitare uolo.

Ayuntamiento de Madrid

Cice.in libris ad Heren. Qui cnm iſta ætate & forma alienæ domi uolo dicere. Quidam uolunt illud domi aduerbiaſcere. Sed quomodo coniungeretur cum adiectiuis? Quod ſiquando hæc qnq; pronomina adiectiua ſupprimantur: tamen ſubintelliguntur: ut domi ero.i.meę domi erimus.i.noſtræ: domi eris eritiſue.i.tuæ aut ueſtre: domi erat aut erunt.i.ſuæ: ſicut in altero ſenſu: & in plæriſq; nominibus partem domus locaui: in altera parte ipſe habito.i.partem domus meæ. Et pater mihi iuſſit: mater te uocat frater nos expectat: hoc ē pater meus uel noſter: mater tua uel noſtra: frater noſter. Quādo autē hic genitiuus ſecūdæ regit alterū genitiuū ſiue pronomen: ſiue nomen: certum eſt ut ego eram domi illius domi huius: domi Cæſaris: domi pompeii: domi autem publicæ: domi priuatæ: domi honeſtæ: domi infamis: domi paternæ: domi maternæ habito: & ſimilia non licere dicere iam tradimus.

De quiſquis & quicunq;: quicquid: & quodcunq;. Ca.cxv.

QViſqs & qcūq; pro eodē accipi ſolent: ut Quiſqs es huc uenias Quicqd & quodcunq; nō accipiunt pro eodē: cū alterū ſit ſubſtātiuū: ut qcqd feſtiuū: qcqd molle: qcqd tenerū: qcqd iucūditatis: qcqd gaudii: qcquid pecuniarū. Alterū adiectiuū quodcunq; cælū: quodcunq; ſcutum: quodcunq; iaculum. Eius differentiæ cauſa eſt ꝙ uoces hæ in maſculino cōuenientes in neutro poſtea diſcordāt. Erat.n.qcunq; & uox ſignificatio ſimilior: ſi reperiret eo modo quod dicimus qcq; & quicqd. Quodq;.n. ſiue unū quidq; componitur a quod: ſed ut non reperitur quidemq;: ita nec quodquid. Illud nāq; componitur ex qui quæ quod: hoc aūt ex quis & qui: caretq; genere fœminino: quinetiā maſculino in accuſatiuo caſu: tantūq; habet nominatiuū qſquis: quicqd accuſatiuū quicqd: ablatiuo quoquo: tū in maſculino: tū in neutro: nonnunq̄ in fœminino quaqua: ut apud Suetoniū de uita Titi. Galba mox tenente remp. miſſus ad gratulādum: qua iret: conuertit hoīs: quaſi adoptionis gratia accerſeretur. In accuſatiuo quoq; in alio genere q̄ neutro: ſed apud oratores. Plautus in captiuiduo. Nā meus baliſta pignus eſt: cubitus catapulta: humerus aries: tū genu ac quenq; iecero ad terrā dabo: dentilegos oēs mortales faciam: quenq; offendero. Quēq;.i.quēcunq;: Sergius autē donatū cōmētans ait. Vtraq; parte declinatur hoc pronomen qſquis: cuiuſcuius: cuicui: quēquem: quiſqs: quoquo: quiq;: quorūquoꝝ: quibusqbus: quoſquos: quiqui: a quibuſqbus: Noli putare hoc caſu declinationis eſſe: ut apud Cice. remanſit cuiq; Hæc Sergius. Igit̄ cū ſit cōpoſitū quicqd ex quid: quodcunq; ex quod: debuit illud eſſe ſubſtantiuū: ut quid & aliqd: hoc adiectiuū: ut quod & aliquod. Dicimus.n. quid feci: nō autē quod feci: aliquid feci: non aliquod feci. Itē quod malū feci: non autem quid malū feci: ſed quid mali: & ſcio qd faciā: nō autem ſcio quod faciam. Video quid facis: ſæpius q̄ uideo quod facis: Ita & cætera ab his cōpoſita: quiddā: quoddam. Nā quiddam adhæret adiectiuo: quoddam ſubſtantiuo: ut mirabile quiddam: obſcœnū quiddā: quiddā maius. Et quoddā templū: quoddam nemus quoddam antrum: oppidū quoddā: in quo nulli fere errant. Hic autē multi pro quiq; ponentes quodq;: ut optimū qcq;: honeſtiſſimum quicq;: ſaluberrimū quicq;: ubi non liceret poni quodq; Ex his liquet exemplis optimū quodq; prædiū: honeſtiſſimū quodq; conſiliū: ex iumentis q̄ cepi: decimū quodq; ſit tuū. Nā ſubſtantiui natura eſt cōiugi cū adiectiuo: adiectiui uero cū ſubſtantiuo: q̄ſi cōnubio quodā. Ideo ubicunq; eſt ſubſtantiuū: deſiderat adiectiuū: quaſi coniugē impatiens alterius ſubſtantiui. Rurſus adiectiuū: ſine ſubſtātiuo tanq̄ ſine uiro eſſe non pōt cū altero adiectiuo nihil conſortii habens. Eoq; factū eſt: ut hi quos dixi: errarent: ꝙ quādoq; uidet̄ ſine ſubſtātiuo eſſe quod: ut Reliqt mihi pater multa prædia: quoꝝ optimū quodq; mihi ſublatū eſt. Sed oībus liquet ſubintelligi ſubſtantiuū ſic: optimū quodq; prædiū. Quicq; autē idē eſſe quod unūqdq;: ante ſignificaui. Quin. Nec cauſas cur quicq; eoꝝ accidat: pſeq ꝓpoſito operi neceſſariū eſt. Hoc quoq; addamus: qd ſolere uſurpari pro in quo: ut apud eundē: Quid tibi tantū mali feci: qd offendi? Et alibi: Siquid offendi. Cice. in Lælio. Quid.n. indigens Africanus mei? Eodē modo nihil: ut nihil te offendi. De differentia autē inter qddā & aliqs ſiue qſpiā: ſiue qſq̄ ꝙ illud certū hoīem: hoc unūquēlibet ſignificat: in libris dialectice diſputauimus. Hic tantum admonendum eſt quoſdam his poſterioribus eo modo uti: quo ego non uterer pro illo ſuperiore. Vt Hieronymus qui librum de hebraicis quæſtionibus exorditur: Qui in illis principiis libroꝝ debeam ſecutiri operis argumentū ꝓponere: cogor prius reſpondere maledictis Terentii quippiā ſuſtinēs: qui comœdiarū ꝓlogos in defenſionē ſui dabat: ego dixiſſem qddā potius q̄ qpiā. De certo.n. crimine loqtur: nō de incerto. Idē eſt.n. quippiā quod aliquid. Sed de hoc in libris his quos dixi latius. Sed forte Hieronymus ſcriptum reliquerat quiddā: & librarii in quippiam mutauerunt.

Magna auctoritate es uir uel magnæ auctoritatis. Ca.cxvi.

MAgna auctoritate es uir: uel magne auctoritatis. utroq;.n. modo dicimus: ſed raro ſine adiectiuo dūtaxat in gtō: nā in abltō nunq̄: ut apud Ci. in Salu. Nunqd quos ꝓtulit Scipiones & metellos ante fuerint aut opinioīs aut gloriæ. Cæterū in eadē rōne nō eſt utēdū gtō & abltō: niſi uelimus illud Pli. ex li. vii. na. hiſto. ſequi: Choromādoꝝ gentē uocāt tautoni: ſilueſtrē ſine uoce ſtridoris horrendi: hirtis corporibus: oculis glaucis. dētibus caninis Poterat dici ſtridore horrēdo: q̄q̄ qđ ad elegantiā ptinet ego pro lege accipio quicquid magis auctoribus placuit: quoꝝ in primis eſt Pli. ꝑſertim cum Ci. ad Lentulum ita ſcribit: Lentulū noſtrum eximia ſpe ſummæ uirtutis adoleſcētem: cum cæteris artibus: qbus ſtuduiſti ſemꝑ ipſe: tum in primis

Ayuntamiento de Madrid

imitatione tui fac erudias. Licet illud eximia ſpe poſſet uideri ſepatum ab illo ſummæ uirtutis: qđ regiť ab illo adoleſcentẽ: ut ſi dicas: Habeo ſumma ſpe filiũ: adoleſcentem optimæ indolis: Quod ſi ita, nõ eſt: licebit in utraq; orõne uti gtõ & abltõ: tamen ut ego ſentio: parce. Nã illud ab hoc loco ſeparatum eſt quod idẽ dixit Scipio Africanus id ætatis atq; his rebus geſtis. Illud enim id ætatis: uel idẽ eſt quod ea ætate: ſicut dicimus. x. annis uixi: & more græ. x. annos: Quã honeſtiorem locutionem Seruius putat: Vel aduerbialiter ponitur: uel ſubintelligitur habens uel agẽs: uel natus id ætatis: In quo ꝑtinus admoniti ſimus oratores ſummope ſynechdochen refugiſſe: q̃le foret gentẽ ſtridore horrendã hirtã corpibus: oculis glaucã: hiſtorici nõ refugerunt. Salu. At ex pte. C. Antõius pedibus æger in ꝑlio adeẽ negbat. Ci. Quintilianuſq; dixiſſent pedibus ægris. Nec dixiſſet doleo caput doleo ilia aut ilibꝰ. eſſet. n. Synechdoche: ſed dolet mihi caput: & ilia tibi dolẽt. In hoc uerbo & illud notãdũ eſt ꝙ de re extra nos poſita: ſicut de corpe noſtro loqmur: ut illud qđ facis dolet mihi: utinã doleꝛt tibi: ut apđ Terẽ. Dolet dictũ adoleſcẽti pudẽti & libero. Et iterũ. Si iſtuc itidẽ doleret tibi: ut mihi dolet: Et in eadẽ cõœdia: Fac illi qđ itidẽ doleat: qđ nunq̃ per ſynechdochẽ diceꝛ poſſumus. Nã ego doleo iſtud qđ feciſti. Qui ſermo ut ſupior apđ auctores eſt frequẽs: ut Salu. Quaſi dolens eius caſum: nõ eſt ſynechdoche. Hæc. n. figura tantũ ad animi & corpis qualitatem ptinet nihil ad extrema reſpiciẽs: qualia fuerunt: doleo caput: doleo ilia: & hic pulcher faciẽ: ornatus animum. Ideoq; illa ſynechdoche non erunt. potens diuitiis: grauis pietate: præditus dignitate.

In marmore inciſæ ſunt licteræ: non in marmor. Ca. cxvii.

IN marmore inciſæ ſunt litteræ: in gemma: in lapide: in ligno: non autem in marmor: in gemmã: in lapidem: in lignum. E diuerſo in æs: nõ in ære. Ita enim apud oẽs auctores q̃tum inueni: ſemper ſcriptum eſt. Liuius lib. iii. Priuſq̃ urbem ingrederetur: leges decemuirales quibus duodicim tabulis eſt nomen: in æs inciſas: in publico propoluerunt. Sed quid exempla ponimus paucorum: quod omnes facere affirmamus.

Relatiuum frequenter non reſpondere antecedenti. Ca. cxviii.

RElatiuũ frequenter nõ reſpõdet antecedẽti neq; in genere: neq; in nũero: utiq; cũ flectitur eius ſentẽtia ab antecedẽte ad ſequens ſubſtãtiuũ de maſculino in neutrum: ut Salu. Eſt locus in carcere quod Tullianũ appellať: Quod aliter dixit Vale. Maximus lib. ii. Antea ſenatꝰ aſſiduã ſtationẽ eo loci pagebat qui hodie cœnaculũ appellatur. Et Pli. in coitu uero lunæ qđ iterlunium uocãt: cum appere deſierit. Mutato etiam numero: ut Ci. Quibus tamẽ gradibus Romulus in cælũ aſcendit: his neq; iſti appellãt bona. De maſculino quoq; in fœmininũ: ut idẽ: Omnes tenues atq; humiles: quæ maxima in oppido multitudo eſt: ſibi ꝑſidium paratũ putant. Et Vergilius: Nec partẽ poſuere ſuis: quæ maxima turba eſt. Manente quoq; genere uideť fieri quædã mutatio: ut Quin. Vbi uero uniuerſas familias fames extinxit: quæ pars maxima eſt: inanes domus ſitim ducũt. E diuerſo de fœminino in maſculinũ nõ mutato numero. Salu. Et fines habet ab occidẽte fretũ noſtri maris & oceani: ab ortu ſolis decliuẽ latitudinẽ quẽ locuꝫ catabathmõ incolæ appellant. Mutato etiã numero: ut Quin. Reſiſtã his qui omiſſa rerum: qui nerui ſunt in cauſis diligentia quadã inani circa uoces ſtudio ſeneſcunt. Et alibi: Et ſupplicationes qui maximus honoꝛ nictoribus bello ducibus datur: in toga meruit. De neutro in aliud genus: Salu. ipe ex flumine: quam proximam oppido eſſe aquam ſupra diximus: iumenta emeret. Mutato etiam numero: ut Liuius: Anxur fuit quæ nunc Terracinæ ſunt urbs prona in paludem. Aliquando ſine ullo certo accidenti: ut Quintili. Ego quæ fœliciſſima uel laſſitudo uel ſatietas eſt: uirtute conſenui.

Quæ dictio deberet reſpondere ſequenti ſubſtantiuo eã reſpõdere antecedẽti. Ca. cxix.

DIuerſum huic genus eſt: cũ dictio reſpõdet antecedẽti: cũ deberet reſpõdere ſequẽti ſubſtãtiuo: ut apud Virg. At puer Aſcanius cui nũc cognomen iulo. Liuius lib. xxv. Scipio cui affricano fuit cognomẽ qui modus per dtũm licet frequẽtior ſit: tñ nõnunq̃ & noiatiuo ꝙ eſt magis generale: utimur: ut Cice. Argentarius Sextus Clodius cui nomen eſt Formio & Quinti. Notũ eſt Quid Gliconi acciderit cui Spirideon fuit cognomen. Neq; per relatiuũ modo: ſed etiã citra relatiuũ ut Terẽ. Ecyra eſt huic nomẽ fabulæ: & per hoc noiatiuũ. ꝑ dtũm: ut Liuius libro primo: Fauſtulo fuiſſe nomen ferunt. Et Solinus de mirabilibus. Lapis iſte in aquis mollis eſt: humo duratur exemptus: nunq̃ duo ſimul reperiuntur. Inde unionis nomen datur.

Datiuum & accuſatiuũ ſequi caſum relatiui. Ca. cxx.

HAec & de datiuo eſt: & accuſatiuo quoq; ſua natura: ut antecedens ſequatur caſum relatiui relicto ſuo: ut apud Vir. Vrbẽ quã ſtatuo ueſtra eſt. Oratores aũt poſtponũt antecedẽs q̃le foret quã urbẽ ſtatuo ueſtra eſt: ut apud Oui. Cecidere manu quas legerat herbas: & q̃le eſt Quin. Timeo ne quos porrexerim cibos: uenena fiant. In quo eſt habita ratio uenuſtatis: ut relatiuũ & antecedens ſint in eodem caſu. Sed ſæpius antecedẽte poſtpoſito. Quãq̃ apud Cice. nõnulli illud in Salu. ſic legunt. Nunqd eos quos ꝑtulit Scipiones & Metellos ante fuerunt opinionis aut gloriæ. Quidã legũt: nũqd hi quos ꝑtulit. Tale. n. i euãgelio: Sermonẽ quẽ audiſtis: nõ eſt meus: quod in græco hoc eſt in fonte eſt ſermo: nõ ſermonẽ. Vnde iterpres noſter trãſferẽs maluit latine q̃ grãmatice loq. Nec ignoro q̃lia imperiti in hoc euangelii loco diſputare ſoleãt pro-

Ayuntamiento de Madrid

fecto nequaq̃ ſic diſputaturi:ſi græcã linguã mediocriter:latinã pfecte teneret.In tali ſermõis gene re uel idẽ nomẽ repetemus:uel accuſatiuũ in debitũ caſum reſoluemus.Nã utrũqꝫ fieri: exẽplis cõ perimus.Sīqdẽ frequẽter ita locuti ſunt auctores:q̃s res tibi tũ terra tũ mari nuper cõmiſi: hæ tres ſint cũ fratre cõmũes:uel hæ ſint cũ fratre cõmunes:uel ex his aliqua cõmunicabis cũ fratre:& itẽ per cæteros caſus:ut q̃rũ rerũ nõ indiges:eas uel eas res donabis mihi:uel hæ meæ erũt:uel hæ res mihi auxilio eſſe poſſunt.Et ita multis modis per caſus uariare orationis licebit.Cice.pro Ligario: Sed hoc nõ cõcedo:ut q̃bus rebus gloriemini in uobis:eaſdẽ in aliis reprehendatis.Et paulopoſt: Quotus .n.iſtud q̃ſqꝫ feciſſet:ut a q̃bus ptibus in diſſenſione ciuili nõ eſſet receptus eſſetqꝫ etiã cũ credulitate eiectus:ad eas ipſas rediret.Idẽ tñ ĩ rhetoricis iuſitatius Sulpitio:cui pauloãte oĩa lede bant:tũ breui ſpatio nõ mõ uiuere:ſed etiã ſepeliri prohibuerunt.Illud magis poeticũ:quale apud Horati.v.carminũ.Quis nõ malarum:q̃s amor curas hẽt:hæc inter obliuſcit̃.Et iterum in ſatyra: Qui ſit Mecœnas:ut nemo quã ſibi ſortẽ:Seu ratio dederit:ſeu ſors obiicerit illa Cõtẽtus uiuat:lau det diuerſa ſequẽtes. Homo prudens:ne dicã ſapientẽ. Ca.cxxi.

HOmo prudens ne dicã ſapiẽtẽ:melius q̃ ne dicã ſapiẽs.Cic.ꝓ Deiotaro Crudelis Caſtor ne dicã ſceleratũ & ĩpiũ:& hoc ſubſtãtiuo ꝓcedẽte:ſecus autẽ ſeq̃nte:q̃le eẽt:Crudelis ne dicã ſceleratus & impius Caſtor:& prudens:ne dicã ſapiens homo.Nã ſi ponamus in ac cuſatiuo:perq̃ abſurdũ foret ſic:Crudelis ne dicã ſceleratũ & impiũ Caſtorẽ:& prudens ne dicã ſapiẽtẽ hominẽ.In priore.n.modo ſubintelligit̃ eũ ſic:Crudelis Caſtor ne dicã eũ ſceleratũ & impiũ.In aliis caſibus nõ eſt hæc neqꝫ diuerſitas:neqꝫ cauſa:ut idẽ.An ſperaſſet hoc uiuo.Milone: ne dicã cõſule Milone.Illud eiuſdẽ in libris ad Herẽniũ:Neqꝫ diſſimile his neqꝫ uſqꝫ adeo ſimile eſt: Obfuit plurimũ eo tẽpore reipu.cõſulũ ſiue ſtultitiã:ſiue maliciã dicere oportet:ſiue potius utrũqꝫ. Nã ubi erit ſuppoſitũ:Certe deeſt.illud nanqꝫ uerbũ qđ interiectũ eſt de nominatiuo: mutauit in accuſatiuũ.Sed ſicut in Euripo aut ſiciliæ freto ĩflato uento uela aquarũ impetus retroire cogit: ita orationẽ lege grãmaticæ eũtẽ:auctoritas ipſa cõſuetudoqꝫ inhibet ac repellit.Verũ ut grãmaticoꝝ expectationi ſatiſfaciã:ſic erit conſtruẽdũ:aut ſtultitia conſulũ:aut malitia:aut potius utrũqꝫ obfuit plurimũ eo tpe reip.ſiue illud factũ.cõſulũ dicere oportet ſtultitiã:ſiue maliciã:ſiue potius utrũqꝫ. Vel ſic.Obfuit plurimũ reip.eo tpe cõſulũ factũ:ſiue illud malitiã:ſiue ſtultitiã eoꝝ:ſiue utrunqꝫ di cere oportet. Audiui te ut cæteros affuiſſe in prælio:& audiui te ut cæteri:& cætera Ca.cxxii.

AVdiui te ut cæteros affuiſſe in ꝑlio:& audiui te affuiſſe in ꝑlio ut cæteri:hic ſubĩtelligitur affuerũt:ibi intelligi nõ põt ſtatim ſequẽte infinitiuo & oĩa ad ſuũ regimẽ trahẽte.Itaqꝫ ſic exponit̃.Audiui te affuiſſe in ꝑlio: ut audiui cæteros affuiſſe:alterum uero ut dixi hoc modo:Audiui te affuiſſe in ꝑlio:ut cæteri affuerunt:qđ nequaq̃ cõcedat̃ ſic dicere:Audi ui te ut cæteri affuiſſe in ꝑlio.Hoc enim declarat:audiui ut cæteri audierũt.Alterũ fortaſſe ſic:Audi ui te affuiſſe in ꝑlio:ut cæteros. Spero tibi eſſe bonus amicus. Ca.cxxiii.

SPero tibi eſſe bonus amicus:credo tibi fuiſſe fidelis ꝓprie dicit̃.Per accuſatiuũ uero nõ niſi alterũ accuſatiuũ addas;qui antecedat infinitũ.Nã hic ſeq̃tur hoc mõ.Spero me tibi eſſe bonũ amicũ:credo me tibi fuiſſe fidelẽ.Quædã uerba cũ nominatiuo iũgi recuſant imo plæraqꝫ.Nã ut recte dico:Incipe mihi eſſe familiaris:& noli eſſe illi intimus.Ita iuſi tate dicã:Incipe eſſe mihi familiaris:illi ne libeat tibi eſſe intimus:Hoc tamẽ loquẽdi genus nõnũq̃ repimus:ut apud Lucanũ in.x. Tutũqꝫ putauit:Iã bonus eſſe ſocer.Alius dixiſſet iã ſocerũ eẽ bonũ. Et apud Ouidiũ de põto.Et q̃s in extremo poſitus iacet orbe tuoꝝ:Me tamẽ excepto qui ꝑcor eſſe tuus.Dicere potuiſſet:ſed nõ tã uenuſte quẽ ꝑcor eſſe tuũ.Terẽ.in andria Quæ ſeſe inhoneſto op tauit parare hic diuitias:potius q̃ in patria paup uiuere.Apertius apud eundẽ Ouidiũ libro primo ſine titulo:Sperẽqꝫ in molli mobilis eſſe thoro.Et ille uerſus uulgatus: Sperne repugnando tibi tu cõtrarius eſſe.Quod ſi dixiſſet noli repugnãdo:uerſuſqꝫ pateret:nullũ de cõſtructiõe dubiũ eẽt:Ta lis tamẽ modus loquẽdi e græco fluxit:ubi uſitatiſſimus eſt. Defende me domine. Ca.cxxiiii.

DEfende me domine:adiuua me optime uir:tace homo impite:mutato uocatiuo in noĩa tiuũ nõ recte dicet̃.Itẽ defende me tu deus meus:adiuua me tu uir optimus: tace tu hõ impitus:hic per nominatiuũ etiã recte loq̃mur.Subintelligit̃.n.ens hoc mõ:tu ens do minus meus:Qua rõne defẽdi poſſet illud in pſal.Domine deus noſter:niſi ſumptũ eſſet e græco.Idẽ fit ĩ uocatiuo alicuius noĩs.Virg.Nate meæ uires:mea magna potẽtia ſolus.Idẽ fit in noĩbus ꝓpriis:qđ fit in hoc ꝓnomine & in uocatiuis caſibus ſic:Aue cæſar ſummus impator:Neqꝫ id tãtũmodo in impatiuo: uerũ etiã & q̃dẽ facilius in aliis modis: ut Quo tendis Aenea extremus oĩum troianoꝝ:uel extreme uiuis & regnas Helenæ dono deũ:& regnas medidius ſæuiſſimoꝝ ho ſtiũ:melius q̃ medie.Male per ſolũ ꝓpriũ nomẽ aut iunctũ cũ ꝓnomine ut Quid facis tu Seruius: aut per nomẽ appellatiuũ ſine ꝓnomine:ut Quid facis dominus meus:niſi tali modo: ut Quid ſe des inter ſeruos dominus:hic ſubintelligit̃ ens:ibi ſubintelligi nõ poteſt. Quare illud Plinianũ in lib.vii.de natu.hiſto.niſi mẽda librarii eſt:nõ placet mihi.Salue primus omniũ parẽs pĩæ appellate Vbi non mõ appellate a primus in caſu diſcordat:qđ etiã impitis ad rephenſionẽ patet: ſed ne ap pellatus q̃dẽ ſi diceret̃:plane latinũ foret:cũ fuerit dicẽdũ prime: ſiue ſic; ſed ita ſcriptũ ab auctore

Ayuntamiento de Madrid

fuiſſe:ſuſpicari liber. Nã & illo mõ dicere licuiſſet: Salue. M. Tulli primus oĩum parẽs patriæ appelatus: qđ ita ſcriptũ fuiſſe cõiectatũ nõ eſt ex certis uerbis: qbus pauloante auctor utiť. Siue ſalue tu primus oĩum parens ipſius patriæ appellatus Siue ſalue tu prime omniũ parens patriæ appellate. Eſt enim illud parens uocatiuus.

### Quod uerbũ ſequi ultimũ ſuppoſitũ. Ca.cxxv.

VErbũ debet ſeq ultimũ ſuppoſitũ in ꝑſona: genere & nũero: ut Ego illũ de ſuo regno: ille me de noſtra republicare ꝑcunctatus eſt: duo ſuppoſita ſunt: ego & ille: quoꝝ utriq; uerbũ accõmodatur: ſed ſequenti palã: antecedenti per ſubintellectionẽ: ut ſit: ut ego illũ de ſuo regno ꝑcunctatus ſum: ille me de noſtra republica ꝑcunctatus eſt. Conuerte ordinẽ ꝑſonarũ: ſimul ꝑſonã uerbi mutaueris: ſic. Ille me de noſtra repu. ego illũ de ſuo regno ꝑcunctatus ſum. Muta ergo genus ſic: Ego illã de ſuo regno: Illa me de noſtra repu. percunctata eſt. Muta numeros ſic: Ego illos illaſue de ſuo regno: illi illæue de noſtra rep. ꝑcũctati ꝑcũctatæue ſunt. Et item econtrario. In hanc tamẽ formulã non cadit quotiens per cõpationẽ aut ſimilitudinem loqmur: q̃le eſt: melius ego iſtud q̃ uos feciſſem: hoc ille tam prudenter ut ego feciſſet: nõ autẽ ut ego feciſſem. Hic enim ſubintelligitur ſic: Hoc ille ſic prudẽter ut ego feci: & ipſe feciſſet: Melius ego qdem iſtud q̃ uos feciſtis feciſſem. Verbũ.n. principale debet efferri. ſubintelligi autẽ qđ nõ eſt ꝑncipale.

### Quod adiectiuo cum ꝑcedit: ſubſtãtiua obſequi debent. Ca.cxxvi.

ADiectiuo cum ꝑcedit: debẽt obſeq ſubſtãtiua. Aliter uitioſum eſt: ut hoc mõ: Nulla uirgo eſt dicẽda uel corrupto animo uel corꝑe: dic pro animo mẽte: ſic nulla uirgo dicẽda eſt uel corrupta mẽte uel corꝑe: aut uel corrupto corꝑe uel mẽte: nõ erit latinũ: qđ contra fit aut ꝑcedẽte ſubſtãtiuo: aut reiectio ĩ fine adiectiuo: ſic: Nulla uirgo eſt dicẽda uel mẽte corrupta: uel corꝑe: aut uel corꝑe corrupto: uel mẽte. Itẽ uel mẽte uel corꝑe corrupto: aut uel corpoꝛ uel mente corrupta. Similiter in plurali uariabo exempla ad euitãdum faſtidium Nemo diues eſt: uel ualitudine infirma uel ſenſibus: aut uel ſenſibus infirmis: uel ualitudine. Item nemo fœlix eſt uel conſciẽtia: uel membris affectis: aut uel mẽbris: uel conſcientia affecta. Cice. tamẽ in philippicis inquit: Optima ſunt & mente & uiribus. Neſcio an culpa librariorum ſit qui ita ſcripſerunt: pro eo qđ eſt & mente optima ſunt & uiribus: uel optima & uiribus: uel optimæ ſunt & mente & uiribus.

### Non recte dici corrupto uel corpore uel mente. Ca.cxxvii.

EX his quæ tradidimus: palã eſt nequaq̃ recte dici corrupto uel corpore uel mente. Debet enim adiectiuũ illud ad utrũq; ſubſtantiuũ applicari in genere & in numero. Neq; de uel tãtũmodo intelligo: ſed de cæteris quoq; cõiunctionibus per &: ut modo ex Cicerone attuli exẽplũ ꝑ nec: per ſiue: per cætera huiuſmodi. Neq; hoc ſolũ: ubi adeſt ſubſtãtiuũ cũ adiectiuo: ſed etiã ſine eo: quale hoc eſt: Tu nec faceres: nec ego ꝑmitterẽ: nõ eſt hic ſermo latinus. Dicẽdum namq; nec tu faceres: nec ego ꝑmitterẽ: aut ſic. Tu nec faceres: nec a me facere ꝑmitteres. Tota enĩ oratio depẽdet a prima dictione. Itẽ potes cognoſcere ꝑtim ex alioꝝ ſermone: partim te edocebit: ipſe tabellarius: nõ eſt latinũ: ſed ſic: Partim potes cognoſcere & cætera: aut ſic: Potes cognoſcere: partim ex alioꝝ ſermone: ꝑtim ex tabellario. Itẽ: Tũ ex ſuperioribus litteris te oĩa intellexiſſe: tũ ex his intelligere potes: dicendũ erat tũ ex his intelligere poſſe. Itẽ paratus ſis uel pugnare: ſiqui te laceſſunt: uel ſiqui nõ ſunt: ne recuſes facere pacẽ: dicendũ erat: aut ſine illo ne recuſes: aut ſic: uel pugnare paratus ſis & cætera. Ex his quæ dixi uideor reprehẽdere legem duodecim tabularũ. Liberi ꝑntes in ægeſtate aut alant: aut uiciant: q̃ſi dicendum fuerit. Liberi aut ꝑntes in ægeſtate alant: aut uiciant. Sed non eſt uetuſtas illa reuocãda ad hanc regulã: que cõſtat ex uſu eoꝝ: qui more illoꝝ uetuſto nõ ſunt locuti: tametſi haud dubie opinor primũ aut a qbuſdã adiectũ legiq;: ita in uetuſtiſſimo quodã codice declamationũ Senecæ. Liberi parentes alant: aut uiciantur. Huius etiã loci illud eſt: ne hoc modo uerba cõmiſceamus diuerſam naturã habẽtia: quale eſt. Ille mihi nec nocuit unq̃: nec adiuuit: Ego nec offendi eũ nec profui: dicendũ erat: ille mihi nec nocuit unq̃ nec profuit. aut ſic. Ille nec nocuit mihi unq̃ nec me adiuuit. Ego offendi eũ nec adiuui: aut ego nec offendi: nec eidem profui.

### Tres negationes aliquado nõ plus efficere q̃ duæ & cætera. Ca.cxxviii.

TRes aliquando negationes nõ plus efficiunt q̃ duæ: collocatione ipſa dictionũ efficiẽte: ut Nunq̃ mihi nec obfuiſti nec ꝓfuiſti. Tres hic ſunt negatiões. Muta primã negationẽ in mediũ aut in poſtremũ: iã euaneſcet: cũ ibi locũ nõ inueniat ſic. Mihi nec obfuiſti: nec profuiſti unq̃: aut ſic. Mihi nec obfuiſti nec ꝓfuiſti unq̃. Neſcis nec in pace nec in bello uiuere: Nec in pace nec in bello ſcis uiuere. Ibi tres negationes ſunt: hic duæ: cũ eadẽ ſit ſententia. Vereor: timeo metuo: & ſiqua ſunt talia idẽ efficiunt: uel cũ negatione uel ſine ea: ut uereor ne ueniat: & uereor ut ueniat: timeo ne moriať: & timeo ut moriatur more Ciceronis: ut ne ꝓut nõ. Metuo ut ne pereat. Et Terenti. Apprime in uita utile: ut nequid nimis: pro neqd nimis. Exquo miror Seruiũ ita ſcripſiſſe primo georgicoꝝ. Vnde male qdã hũc locũ ſcribũt. Pater adeſt: caue ne triſtẽ ſentiat. Si.n. hoc eſt dicit uide: ut te triſtẽ ſentiat. Nã & ne caue prohibẽtis eſt: ne nunq̃ pro nequaq̃. Et ipſum nequaq̃ & nuſq̃ & nuſpiã ſimplicẽ negationẽ indicat. Ideoq; uno uerbo contenta ſunt: ut nequaq̃ ueniã: necubi uero duplicẽ: ideoq; duplex uerbũ poſtulat. Vno necubi mihi obuius fias. i. ne alicubi: ut ſicubi pro ſi alicubi: ſicunde pro alicunde. Cætera quæ de natura negationũ diſputari ſo-

Ayuntamiento de Madrid

lẽt:libros dialecticæ noſtræ cõtulimus. Quæ ideo p̃terimus:ꝙ fere nõ ſint ignota oratoribus:Dialecticoꝝ uero nemini cognita. Illud tñ aduerbiũ huc illuc transferamus. Vir malus nulla laceſſitus iniuria ab amicitia recedit. Vir enim bonus nulla laceſſitus iniuria ab amicitia recedet:uel recedat. Neſcio tamẽ an liceret dicere recedat:Hoc loco eadem uerba dantᷣ malo uiro & bono ſed tamẽ malus recedere ab amicitia intelligitᷣ:bonus nõ recedere: & ille nõ laceſſitus iniuria: hic laceſſitus. Et haud ſcio:an hoc ſit ſatis ad hæc diſtiguẽda dixiſſe:ꝙ alibi rẽ ſignificamus:alibi admonemus: Huc addamus unũ:in quo nõ pauci falli ſolent.ubi debeat geminari negatio:ubi nõ debeat:ut hoc exẽplo. Nõ modo ſtellæ:ſed ne luna quidẽ ad ſolem ſeruat ſplẽdorem ſuũ:recte diciᷣ. Itẽ hoc modo recte:nõ modo nullæ ſtellæ:ſed ne luna q̃dem & cætera. At quotiens dictiõibus adeſt quædam contrarietas:nõ poſſis tollere alterã negationẽ ut hoc modo: Nõ modo ſtellæ nõ apparẽt: ſed etiã luna ad ſolem obſcuraᷣ. Sine nagatiõe geminata nõ recte loquaris. Item nõ modo nõ abſoluo hunc: ſed ne leui q̃dem pœna cum eo trãſigendum puto. Quidam tamẽ nuper ſcripſit non modo abſoluẽdum hunc:ſed nec etiã grauiter puniẽdum puto: cũ dicere debuiſſet nõ modo nõ abſoluẽdum Sunt enim diuerſa abſoluendum & puniendum. Item non tãtum non conſtanter:ſed etiam trepide & cõfuſe locutus eſt. Item nõ tãtũ incõſtãter:ſed fortiter & ꝓpe minaciter locutus eſt. Male hoc ſecũdum dixiſti dempta negatiõe. Erat enim dicẽdum:nõ tãtum nõ incõſtanter. In quod uitium incidit Boetius li.iiii. in.Ci. topica dicẽs: Si nõ confuſe ſolum:uerum etiã diſtributim & in ſuarũ partium ꝓprietate noſcãtur. Dicẽdum erat nõ ſolum nõ confuſe:diuerſum eſt eoꝝ uitiũ:qui ad illud nõ modo applicãt.ſed etiam cũ deberẽt applicare:ſed ſaltem:aut ſed certe:aut ſed uel:quale eſt Lactantii libro primo: Quis enim mẽtis emotæ nõ modo futura prædicere :ſed etiam cohærẽtia loq poſſit? Dicẽdũ erat: ſed uel cohærẽtia:aut ſed ſaltem cohærẽtia:aut ſed certe cohærẽtia poſſit loq niſi forte culpa librarii eſt. Ego uero in utroq; non auctorem:ſed tale genus orationis reprehẽdo.

Veni ad me:uenito:uenias:uenies:ne uenias & cætera. Ca.cxxix.

VEni ad me:uẽito ad me:uẽias:ad me:uenies ad me. Scribe ad me:ſcribito:ſcribas ſcribes ĩdifferẽter pene hic quattuor utimur:hoꝝ tamẽ uno in negatiõe ne uẽias:& altero quo in affirmatiõe nõ utimur in hũc modum ne ueneris. Nam ipſum ueneris duobus mõis accipitur:uno ſubiũctiue:ut ſi ueneris:uel cum ueneris. Altero ſine ſubiũctiuo ne:ideo illud nõ eſt uerbum principale:hoc eſt:ut ſi me inueneris:rem optimam feceris. Dimitte me: & diuitem feceris. Aufer huic magiſtratũ: & eũ iugulaueris. Eamus in portũ:iã naues uenerĩt. Cic. Atq nobis gratiſſimũ:ut etiã pro Scipiõe pollicear feceris ſiquo & cætera. Sciẽdũ tamẽ eſt: ꝙ hæc omnia uerba futuri ſunt tp̃is:ueluti ita cõmutemus. Si abſtulero huic filiã:eũ iugulauero:nõ autẽ iugulauerim. Ego hoc uidero:tu uideris:uos uideritis:q̃ſi hoc ego uidebo uel uideã: tu uidebis uel uideas. Ne ueneris:futuri itẽ eſt tp̃is:nõ ueneris præteriti. Illud uetat:hoc negat:quod ſecũdũ cõmune eſt cũ p̃ma pſona & tertia:ut neq; uero crediderim. Neq; uero fuerũt in ea opĩone:qua cæteri & ſine negatione improbe dixerim:dixerit aliq̃s. Nõ ueni:nõ fac:non iugula:apud oratores fere nunq̃:ſed apud poetas:ut Virgilius: Ne ſæui magna ſacerdos. Et Ter. Ne nega. Liuius li.ii. Craſtino die oriẽte ſole in aciẽ redite:erit copia pugnãdi ne timete: & Quint. Tu illã defẽde ama: ne relinque. Hic nos Quin.admõet ne pro illo ne feceris dicamus:q̃a alterũ negãdi eſt:alterũ uetãdi. Ideoq; ne cũ prima pſona ſingularis numeri nunq̃ cõiũctũ iuenimus ob eam cauſam:propter quã impatiuũ caret prima pſona in ſingulari:q̃a nẽo ſibi ſoli aut impat aut uetat. Vnde frequẽter legimus ne timuerimus:ne timeas:ne timueritis:ne timeãt.nunq̃ aũt ne timeam:niſi ne prout non: ſed nõ timeam: nõ auſim:nõ ſperem:non timuerim:nõ ſperauerim:nõ crediderim.i.timere:audere ſperare:credere non poſſum aut non debeo:ita in aliis perſonis:ut idem Quin. Nõ expectes ut ſtatim gratias agat:qui ſanatur inuitus.i.expectare nõ debes:nõ enim eo modo hoc dixit:quo diceᷣ ſolemus cũ uetamus ne me expectes amplius. Hic eñi negatio eſt:non uetatio:ita nõ expectaueris: & ne expectaueris:quorum alterum præteriti temporis eſt negatq; alterum futuri & uetat.

De negatione adhuc ꝙ ad elegantiam pertinet. Ca.cxxx.

HOc quod adhuc de negatione ſubiiciam:ad ſolam elegantiã dicendi ptinet:quod quale ſit:ſubiectis exemplis per ſe apparebit. Quin. Non eſt difficile ut maritum uxor occidat ſi non eſt difficilius:ut filius patrem. Idem. Atq; eo cauſam dimittimus:ut nõ ſit abſoluẽdus adoleſcens niſi etiam laudandus. Idẽ. Quare non petit ut miſerũ putetis niſi & innocẽs fuerit non petit ut afflictum alleuetis:niſi & ꝓbauerit ſe ſe infœliciorẽ:ꝙ patrem amiſit:q̃ ꝙ oculos. Seruius Sul. Atq amittere liberos malum eſt:malũ niſi hoc peius eſt ferre & ppeti. Saluſti. Parcite dignitati Lentuli ſi ipſe pudicitiæ:ſi famæ ſuæ ſi diis aut hominibus unq̃ ullis pepcit. Ignoſcite Cethægi adoleſcẽtiæ:niſi iterũ patriæ bellum fecit. Titus Liui.li.xxxi. Nam quod ad ea attinet: quæ nobis obiecit:niſi gloria digna ſint fateor ea defendi nõ poſſe. Ouid. Nec tamen hec ſeries in cã ꝓſit achiui: Si mihi cũ magno nõ eſt cois Achille: Huic ſimile eſt:q̃le apud eũdẽ: Mẽtior obſcurũ niſi cũ uox fecerit orbẽ: Nup oneratas ſummo mea uulnera cælo Videritis ſtellas. Et Quint. Mentior niſi cũ peregrinatio mea nos diduceret:maluit eẽ cũ matre. Et iterũ: Aſſidere.n.cibos miniſtrare:manũ porrigere q̃libet poterat. Mẽtior niſi factũ eſt. Idẽ uerbũ apud Ambroſiũ eodem modo poſitum:



Ayuntamiento de Madrid

tum in libris officioꝝ:tū in examerō:tū in aliis reperies: & a apud Cypriānū ad Donatū.Mentior
niſi alios qui talis eſt increpat:turpes turpis infamat.

Vter utrū accuſat. Ca.cxxxi.

VTer utrū accuſat latine dicitur:ut Cice.pro Milone Vter utri īſidias fecerit:uterq; utriq;
uix auſim dicere:neuter neutri oīo nō dixerim.Teren.in phor.inq̄t:Quia uterq; utriq;
eſt cordi.In.x.quoq; cōmētario rerum a Cæſare geſtarū:ſiue ab Hircio:ſiue ab Ooppio
incertus auctor eſt:edito ſic legi:Interim diſſenſione orta inter Achillē & Arſimonē:cū
uterq; utriq; inſidiaret̄: & ſummā ipſe obtinere uellet.Cic.autē & Quin.quantū inueni:ſic nunq̄ lo
cuti ſunt quoꝝ prior ſic ait:Quoꝝ uterq; ſuo ſtudio delectatus:cōtēpſit alterū:poſterior ſic Cū.n.
uterq; alteri obiiciat:palā eſt utrūq; feciſſe.Atq; ſic dicendū eſſe:per illud frequētiſſimū probatur:
alter alteri obiicit:alter alterū contēnit:alter alterū accuſat.Alter.n.alterū:nō ambo ambos accu-
ſant.Idē dico de neuter:ut idē Qui.Ita fiet:ut cū æquali cura linguā utranq; tueri cœpimus neutra
alteri officiat.Quare peccauit tū amicus meus:ſi amicos licet palā reprehendere:qui mi nuper ad
ſe ſcribēti uter utri bellū intuliſſet:reſpōdit neuter neutri:aut potius uterq; utriq; tū Priſ.qui lib.ii.
ait.Fiſcina uero a fiſco:an fiſcus a fiſcina:an neuter a neutro dubiū eſt:debuerat dicere:an neutrum
ab altero.Nā q a ſe deriuet̄:ſupuacuū eſt dicere.Sed dicendū tantū ab altero:nō autē a neutro:q̄ſi
nec ab altero:nec a ſe.Nec illud q̄dē ſileamus:Vt dicimus uter utri:ita:q̄s cui:ut Vir.Quæ q̄bus an
teferā.Et Cice.Quid cui præponendū ſit.Quin.Quid quo loco ſit collocandū.Idē ut dubiū ſit:q̄d
quo referri oporteat.

Vocaui te prius:uocaui te prior. Ca.cxxxii.

VOcaui te prius nō eſt idē quod prior.Illud ſignificat tēpus:quaſi prius q̄ nunc uti tunc:
hoc uero ꝑſonā.i.ego duoꝝ prior:& hoc quando duo ad unū referuntur.Siq̄dē ego &
hic te uocauimus:ſed ego prior.hic autē poſterior:ita fit cū unus ad duos refertur Vo-
caui te priorē:melius q̄ prius:illū autē poſteriorem:melius q̄ poſterius.Per paſſiuū q̄s
iā hoc neq̄at dicere.Vocatus es a me prior:ſi duo eſtis:uocatus es a me priore:ſi duo ſumus.Eadē
ratio eſt ſuperlatiuoꝝ primus & poſtremus:& ſi qua ſunt alia.Vocaui te primus uel poſtremus ſi
multi ſumus.uocaui te primū uel poſtremū ſi multi eſtis.Nonnunq̄ ex neutra parte ſunt duo:ſed
utrinq; ſinguli:& tamen per hoc idem comparatiuum loquimur:ut uocaui te prior:percuſſi te po
ſterior:ſupple q̄ tu me.Nonnunq̄ hinc unus eſt:illic plures:ut uocaui uos prior:ſupple q̄ uos me:
uocauimus te priores:ſupple q̄ tu nos:Idem de ſuperlatiuo ubi multa membra ſunt:ut primi nos
uenimus:uos poſteriores ille ultimus.primus ego intraui uallum:tu ſerior:illi tardiſſimi.

Tenetur ne ſacrilegii:an furti:an utroq;. Ca.cxxxiii.

SIq̄s furetur rē ſacram de prophano:tenetur ne ſacrilegii an furti:an utroq;:nō autē utri
uſq;:qui ſuſtulerit rem ſuam de ſacro:furti ne tenetur:an ſacrilegii:an neutro:nō autem
an neutrius.Accuſare hunc potes:uel furti:uel ſacrilegii:uel de utroq;:uel de ambobus:
non autem utriuſq; aut amborum.Condēnare non licet de utroq;:ſed de altero:uel furti:uel ſacri-
legii:nō autem ſed alterius:uel furti:uel ſacrilegii.Cur ita fit:ut demus uarios caſus eidem uerbo:
ꝑſertim ſub coniunctionibus quæ eoſdē coniungere caſus debent.Nempe q nomina peccatorū
cū huiuſmodi uerbis idē ualent in genitiuo:q̄d in abltō præpoſitione habente:uel non habēte:nō
idem in cæteris.Nempe hoc in his modo nominibus quæ certum peccatum ſignificāt:& ſpeciale:
ſed in his etiam quæ generale & incertū:ut Cice.An non intelligis:primū quos homines & quales
uiros mortuos ſummi criminis arguas:Et iterū Sceleris atq; nefarii patricidii condēnauimus.Per
hæc uerba licebit tanti & q̄ti cū ſubſtātiuis adiungūtur:per genitiuū uti:ut quantæ pecuniæ condē-
naſti:tantæ ſummæ dānaui quantæ poſtulaſti.Liui.li.xlvii.Sed nequaq̄ tātū relictū eſt:quātæ ſum-
mæ dānatus fuerat.

Impleo & refercio ablatiuū poſtulant. Ca.cxxxiiii.

COntrariū ꝓpe huic eſt quod ſubiiciā impleo:& refercio:& ſimilia uerba ablatiuū ſine præ
poſitione poſtulant:ut impleui nauē frumēto:& referſi apothecā uino:& tamē aliquādo
addimus illā præpoſitionē de ſic.Impleui nauē de omni genere frumenti:& referſi apo-
thecam de uaria natura uinoꝝ.Vix auſim dicere impleui omni genere frumēti:& refer
ſi uaria natura uinoꝝ:hoc quod dicimus exemplo cōprobādum eſt.Cic.de oratore.Quod ſi tantā
uim rerū maximarū arte ſua rhetorici amplecterent̄:quærebat cur de ꝓœmiis & de huiuſmōi nu-
gis ſic.n.appellabat:referti eſſent eoꝝ libri.Hic nequaq̄ licuiſſet ſine præpoſitione loq.Nō.n.libri
illi referti ſunt ꝓœmiis & epilogis:ſed præceptis ꝓœmioꝝ & epilogoꝝ.ſicut in ſupioribus.Nō eſt
nauis impleta omni genere frumēti ſed furmento oīs generis:neq; apotheca referta omni natu-
ra uinoꝝ:ſed uino omnis naturæ.Quia de refercio & impleo feci mētionem:dicā hoc amplius de
refertus & de plenus.Exemplum q̄d modo attuli:oſtendit refertus poſtulare ablatiuum ſicut im-
pletus:ſicut uacuatus:ſicut uacuus.Idē tamē Cice.ait pro lege manilia:Referto prædonū mari.Et
pro Plantio:Audierā refertā eſſe Græciam ſceleratiſſimoꝝ hominum ac nefarioꝝ.Sed nūc tranſit
in nomē:tametſi cætera hiuſmodi nomina ablatiuum ſemp habent:ut uacuus incolis:nō incolarū
frequens populis:nō popoloꝝ:præterq̄ plenus:cui Ci.ſemper genitiuum dedit.De cæteris aucto
ribus nō poſſum in uniuerſum ꝓnunciare:cum multi etiā ſuæ ætatis ablatiuū dederint.Varro li.i.
rerū ruſticarū:Nihil ſua itereſſe:utrū his piſcibus ſtagnū habeat plenū:an ramis.Et Salu.in iugur.

Ayuntamiento de Madrid

Quæ q̃q̃ grauia & flagitio plena uidebantur:tamen q̃a mortis metu mulctabantur:ſicut regi libuerat:pax cōuenit.Suoq; arbitrio ſcriptores utuntur.Poſteriores uero homines:ut hoc nomē nouiſſimus pro ultimo:ita etiā plenus uino dixerūt:nō ſolū plenus uini.Quare qui ſolo genitiuo cōtētus erit.Cic.imitabit̃.Qui utroq; caſu utet̃:cæteros:Seu in utendo habebit & uenuſtatis rationē & lucis.Quod uel ex ꝓximo exemplo oſtenditur Aue gratia plena.Ego ad euitandam amphibologiam dixiſſem.Aue gratiæ plena:quemadmodū in alio factum eſt:ubi nō erat ambiguitas:plenū gratiæ & ueritatis:licet diuerſa uerba hic ſint atq; illic:in altero eſt κεχαρι ϖομνη πληρες χαιτος καιαλι ειασ Liui.ut nomini plenus dat̃ etiam ablatiuum:ita uerbo impleo dat etiam genitiuum ut in.v.Ipſe multitudine quoq; quæ ferme ſemper regenti eſt ſimilis:religionis iuſtæ impleuit.

Potior & genitiuum & ablatiuum habere poteſt. Ca.cxxxv.

POtior hos eoſdē habere poteſt:ſed cū cæteris frequentius ablatiuū:cū hoc nomine res fere ſemp genitiuū:ut Lacedæmonii rerū diu potiti ſunt.i.rerū imperiū diu tenuerunt. In aliis nominibus magis ſignificatio exponitur per obtinuerunt:q̃ per tenuerūt:ut potitus ſum uictoria:ſum potitus amica.i.pugnādo uel laborando obtinui uictoriā uel amicā.in pſenti tpe plerūq; pro fruor.Cice.Quod ſi his uoluptatibus bona ætas fruitur libentius:primū paruulis fruit̃ rebus:ut diximus:deinde his q̄bus ſenectus etiā ſi nō abūde potit̃ non oīo caret.Pro eodē poſuit fruitur ac potitur.Potitur pro potitus eſt:præſertim more hiſtorico legimus:potior a potis diſcendit.Ideoq; illi in ſignificatione ſimillimū eſt.Nam ſum compos mētis:compos animi:cōpos rationis:compos ſanitatis:q; hæc habeo.At compos uoti:compos uictoriæ:compos optati:q; hæc opa mea atq; labore optinui:obtineoq;.Illud tamen ſciendum eſt apud Ouidiū in.xii.ſic legendū. Tuq; tuis armis nos te poteremur achille:non potiremur ante penultima breui nō lōga:a tertia.ſ. non a quarta coniugatione.

Traiicio. Ca.cxxxvi.

TRaiicio exercitū:ideſt trāſporto exercitū trans mare aut trans flumē.Traiicio mare uel flumē:id eſt trāſeo.Aliquādo utrūq; cōiūctū:ut Liui.Traiecit copias Hiberum:& Plautus.Traieci exercitū Iſaram.

Do tibi litteras:do ad te litteras. Ca.cxxxvii.

DO tibi litteras tanq̃ tabellario:do ad te litteras.ſ.ad te pferendas.Aliq̄do hæc duo cōiunguntur:ut Cic.Dedi illi ad te litteras.Et Salu.Vulturno litteras ad Catilinam dat.Ergo qui mittit litteras:dat:cui litteræ dant̃:ſi pfert reddere dicitur:ſicut ille ad quē dant̃:accipere.

Eo in uillam:eo ad uillam. Ca.cxxxviii.

EO in uillam:& eo ad uillam:pficiſcor in campum:& ad campū:confero me in agrum & ad agrum:& item in ſimilibus præterq̃ in hoc ultimo uerbo:quotiens refertur ad pſonā Dicimus.n.contuli me ad Catonem:& contuli me ad patrem:nō autem in Catonem & in patrem:ad diſtinguendam ueram ſignificatiōem.Nam cum dico contuli in pſonam non addere alterā pſonā uelut me:ſed rem uelut beneficium:eritq; ſignificatio donatiōis:ut multa contuli in Catonem.i.multa donaui Catoni.Nemo in patrem poteſt tāta beneficia cōferre:quāta contulit pater in filium.

Refero tibi:refero ad te. Ca.cxxxix.

REttulit mihi & rettulit ad me ita differunt:id eſt narrauit:hoc uero in cōſultationem tulit:ut Quinti.Relaturus uobis iudices ordine maloꝝ meoꝝ euentum quem nemo tam crudelis:nemo tam ſæuus audiet:ut me nō paſcat:Sed hoc nemini ignotū eſt.Idē:Vultis ſcire iudices nihil in patiētia charitatis feciſſe patrem:nō rettulit ad matrem:nō ꝓpinquos conſuluit non amicos.Cice.in Ca.Refer inqs ad ſenatum.i.fer in conſultationē ſenatus.Vir.iii.æneid.Delectos populi ad ꝓceres primumq; patentem Monſtra deum refero.Et ne dubitares de ſenſu ſermonis huius:more ſuo aperuit ſubiungēs.Et quæ ſit ſententia poſco.Pauloq; poſt.Surge age:& hæc lætus lōgeuo dicta parenti Haud dubitanda refer.Sunt.n.deoꝝ uerba nō cōſiliū ab Anchiſa petentium ſed illud q̄d agēdum ſit docentiū.Ideoq; addit̃ illud haud dubitāda.Porro utraq; harū ſententiarū in uerbo uerſat̃:aliq̄do etiā in facto:ſed diuerſa eſt ſignificatio:ut Quint.Ad patrē arma non rettuli.i.reportaui.Et Cic.Si ad unum omnia referenda ſunt:digniſſimū eſſe pompeiū:hoc eſt ſi in unum oīa conferenda ſunt:de te intelligitur:non de oratiōe.Quid illud quale eſt eiuſdē pro Deiotaro:Qui rumores ad ſe referēt.Et quale eſt Cæſaris.Vt quæ diceret Ariouiſtus:cognoſcerent:& ad ſe referrent.Hic de uerbis agitur:& tamen non ſignificatur ferri in cōſultationē ſed potius narrari & renunciari mandata ab altero data.Præterea hic ſolet adhiberi accuſatiuus uel nominatiuus.Ibi crebro in ꝓſa præſertim ablatiuus cum præpoſitione de:ut de omnibus his referam ad ſenatum.Omnia autē hæc referam ad ſenatū:rarius dicitur:tamē ſignificat idem q̄d eſt in ſenatoꝝ conſilium feram.

Interdico tibi aqua & igni. Ca.cxl.

INterdico tibi aqua & igni:nō autē interdico tibi aquam & ignē:neq; interdico te aqua & igni.Quo aūt modo mutabit̃ in paſſiuū hæc oratio:Sūt tres modi:q̃tū colligere poſſum:mutādi actiuum in paſſiuum.Vnus ubi adeſt ſolus accuſatiuus:ab eo in nominatiuum mutato incipiendū:ut dedi tibi equū:equus a me tibi datus eſt.Alter ubi ſunt duo accuſatiui:alterū in nominatiuū cōuertēdi:alterū relinquēdi:ut docui te muſicam:tu a me doctus es muſicā:nō autem muſica docta eſt a me te.Tertius utrū libet hoꝝ accuſatiuoꝝ mutādi in ntūm



Ayuntamiento de Madrid

alterũ uel relinquẽdo:uel in ablatiuum cũ a uel ab tranſferendo:ſic.Ego rogaui te ueniam:tu roga-
tus a me es ueniã:uel uenia abs te rogata eſt mihi : licet per hoc ſecundũ tu magis uidearis rogaſſe
pro me q̃ ego te.Quẽ hoꝝ modoꝝ huic uerbo tribuemus? Nullũ:& tamẽ tres iſtis ſimiles:unus
hic eſt:Tibi interdictũ eſt aq̃ & igni:qđ eſt frequẽtiſſimũ.Alter hic : Aqua & ignis tibi interdictus
eſt.Vt Liui.li.viii.Interdictũq; populo antiati mare.Quod ſi eẽt mari p̃oris modi foret exẽplũ.Ter
tius hic:Tu ĩterdictus es aqua & igni ſed tamẽ hic modus eſt cæteris rarior Metellus numidicus.Il
li uero oĩ iure atq; honeſtate interdicti ſunt:ego neq; aqua:neq; igni careo. Pluit Ca.cxli.

PLuit caret ſupino habẽs appoſitũ ablatiuũ:ut Li.Nũciatũ eſt in Albano lapidibus pluiſſe:
licet nũc dicamus Deus pluit:carnem:pluit manna:pluit eſcam:Ningit uero ſuppoſitum
& appoſitũ reſpuit.

Decet:iuuat:conducit. Ca.cxlii.

Ecet:iuuat:cõducit pro utile eſt:& ſiqua ſunt alia:nec pſonalia ſunt plane:nec impſona-
d lia cũ habent numeros.Hæ ueſtes decẽt nos:iſti cibi iuuãt te:ſtudia ſecreta maxime con
ducũt.Explicit expliciũt nunq̃ ꝙ ſciã legi. Auſculto te auſculto tibi. Ca.cxliii.

Vſculto te:audio te:auſculto tibi obtempero tibi:ſum audiẽs te:ꝙ te audio:ſum audiẽs
a tibi:ꝙ tibi obedio:ut lex.xii.tabularũ apud Quin.Filiũ minus dicto audiẽtẽ liceat abdica
re.Cic.in philippicis.Et audiens eſſet huic ordini.Et pro Deiotaro.Aut qui dicto audiẽ-
tes in tãta re nõ fuiſſent.Cũ uerbo repiſſe apud ſcriptores ꝓſæ oratiõis tale loquẽdi ge-
nus nõ memini:ſed apud Plautum in comœdia:quæ inſcribitur captiui duo memini:cũ dicto haud
audiebat:facto non lædat licet.Hinc eſt quare unũ obedio ex compoſitis ab audio poſtulat datiuũ.

Dono tibi munus:dono te munere. Ca.cxliiii.

DOno tibi munus notũ eſt qd ſignificat:dono te munere plærũq; p̃mii gratia ſed interdũ
admiratiõis:ĩterdũ beniuolẽtiæ:ĩterdũ miſericordiæ.Ci.pro Archia:Scylla cũ gallos &
hiſpanos ciuitate donaſſet:uidelicet in p̃miũ.Quæ exẽpla ſunt plurima: ut militariis do-
nis:corona uallari:immunitate donatus ſum.Idẽ pro eodẽ.Itaq; ſi ciuis Ro. Archias legibus non
eſſet:ut ab aliquo ĩpatore ciuitate donaret̃:pficere nõ potuit.Certe impator nõ remuneratiõis cã
Archiã ciuitate donaſſet:ſed admiratiõe ĩgenii & beniuolẽtia.Vir.Nemo ex hoc numero mihi nõ
donatus abibit.Nimirũ nõ p̃mii gratia.Nã tres præmia primi Accipient.Beniuolẽtiæ ergo:non
meriti illoꝝ gratia:cũ poſtremi nihil oĩo mereant̃.Quale ẽ Vale.Maximi li.ii.Rex.Antiochus bel-
lo:qđ cũ romani gerebat filiũ Scipiõis a militibus ſuis interceptũ:honoratiſſime excepit:regiiſq;
muneribus donatũ:ultro & celeriter patri remiſit.Vtriq; amitiæ gratia.Et Amphytrion apđ Plau
tũ:Verũ ita aĩatus fui:itaq; nũc ſum ut ea te patera donẽ.Et paulopoſt:Alcmena ĩqt paterã ꝓfecto
feras:qua hodie meus uir donauit me:in quoꝝ utroq; ſola ĩ donãdo beniuolẽtia declarat̃.Idẽ Plau
tus in aulularia.Dii immortales qbus & q̃tis me donatis gaudiis Quin.in in gladiatore:Quod me
facere cõuenit:qui per maria latrociniis infeſta petitus ſum ſolus:qui lucẽ:libertatẽ:deniq; qcquid
pati debeo nõ ignatus:ut primo natalis horæ tpe:ſed uidens ſentienſq; accæperim:nec ſolũ dona-
tus his bonis:ſed ſummis piculis liberatus ſũ.Verba hæc hoĩs exaggerantis beneficia amici: ut ſe
maxime illi oſtendat obſtrictũ.Sola ergo fuit ratio beniuolẽtiæ.Idẽ in pariete palmato:Quẽ blãde
ille ſe poſſit miſerũ ſuũ q̃diligẽter uxoris gaudẽtis excluſit oculos: q̃multo cæcũ pudore donauit.
Hic habita eſt miſericordiæ ratio.Sueto.ĩ uita Auguſti:Et ne enumerẽ quot & quos diuerſarũ par
tiũ uenia:& ĩcolumitate donatos.Cornelius nepos de uita Attici:Auxit hoc officiũ quoq; liberali-
tate:Nã uniuerſos frumẽto donauit:Profecto clæmẽtiæ nõ remuneratiõis gr̃a. Incũbo.Ca.cxlv.

Ncũbo ſtudiis:& ĩcũbo remis Vir.Validis incũbite remis.Incũbo in ſtudia & ad ſtudia:
i ſed nõ incũbo in remos & ad remos.Ci.Pergite ad remos adoleſcẽtes:& in hæc ſtudia
in qbus eſtis:ĩcũbite:Et alibi:Quare incũbamus o nr̃ Tite ad illa p̃clara ſtudia:& eo unde
diſcere non oportuit aliq̃do reuertamus: Neq; hoc in bonũ tantũmõ accipit̃:ſed etiã in
malũ:ut idẽ.M.Catõi incũbẽti ad eius pniciẽ.Sed illud:incũbite remis:nõ eſt per trãſlationẽ dictũ
ut hoc:nã ut cũ remiges ĩcũbũt remis:uel cũ nos opi faciũdo ĩcũbimus toto pectore:ſignificat̃ dili
gẽtia & conatus:ita cũ acutius qđ mẽte agimus: incũbere dicimur: quẽadmodũ ecõtrario ſupini
dicunt̃ qui negligẽter agunt. Timeo te:timeo tibi:cõmendo:cædo. Ca.cxlvi.

TImeo te tanq̃ inimicũ:timeo tibi tanq̃ aĩco:illic tanq̃ offẽſurus ſis:hic tanq̃ defendẽs.Cõ
mẽdo te regi.i.cõmitto:cõmẽdo te apud regẽ:id eſt laudo.Cedo tibi:unde & cõcedo ti
bi pro nõ repugno tibi:facitq; p̃teritũ ceſſi:cædo te pro flagello te:cuiꝰ p̃teritũ eſt cecidi
pro flagellaui:& ſupinũ cæſum:Vnde cæſus uel qui flagellatus:uel qui amputatus eſt:ſi-
ue occiſus raro pro occido hoc uerbũ accipit̃.Ci.in philip.Cædit greges armẽtoꝝ.Dimitto te di
ſcedẽs.i.relinquo dimitto te diſcedẽtẽ.i.abire pmitto:uel dimitto te.i.mitto:inde dimiſſi legati di
cunt̃.Inceſſit mihi cupiditas.i.ſubiit.Inceſſit me ille.i.me offẽſurus:me petit & accuſat.Ineſt huic lo
co:& ineſt in hoc loco Primũ apud Quin.cæteroſq; frequẽtius.Ait enim: Verũ hoc melius faceret
natura ĩpa duce: ſed naturis ĩpſis ars inerit.Secũdũ apđ Ci.ut ibi:Illud hõeſtũ qđ ſæpe diximus:ſi in
alio cernimus:tamen nos mouet atq; illi in quo id ineſſe uidet̃ amicos facit.Cõparo hanc rẽ illi:&

Ayuntamiento de Madrid

cũ illa cõfero iſti & cũ iſto. Ego ſum ſimilis tibi & tui: hoc eſt cõe oĩbus & oĩum: uel cõe mihi tecũ: & cũ cæteris: Ego ſum ꝑticeps laborũ tuoꝝ: & tibi ſum in laboribus ꝑticeps Quin. Et in plæriſq; ruris opibus marito ꝑticeps. Curtius: Quod fuiſſet illis in ꝑiculis ꝑticeps. Accedit huic rei. & ad hanc rẽ uel accedit huc: uel eo: uel eodẽ Quin. Atq; ut accedat dolori meo tumulus quæ hoc facit uxor mea eſt: Cice. Vt ad illam optimam ꝑclaráq; ꝑdã dãnatio Sexti Roſcii uelut cumulus accedat. Impẽdo curã uel operam: uel laborẽ: & ſimilia huic rei: & in hanc rem: qđ in Quintilianũ ſæpe reperias. Par tior laborẽ multis negociis & in multa negocia: ut apud eundem. Adiicio huic rei & ad hanc rem. Reſpondeo tibi: & ad te: Cælo te hanc rẽ: & cælo te de hac re. Tu es natus ad laudem & laudi: Cice. pro Sextio: Nam qd ageret uir ad dignitatem & gloriam natus: Et in eodẽ: Qui ſe patriæ: qui ciuibus ſuis: qui laudi: qui gloriæ: nõ qui ſomno: & cõis uiri & delectationi natos arbitranẽ: Aggregabo te illis uulgo dicimus: Idem: Aggregare te ſoleo in numerũ noſtrum: Idem pro Archia: Aſcribi ſe in eam ciuitatem uoluit: & pro eodem: Cũ fuerit in aliis quoq; ciuitatibus aſcriptus: Idẽ in philip. Tu uero aſcribe me in talem numerum: Idem pro Rabirio: Siquis hunc repræhẽdendũ putat aſcribat ad iudicium ſuũ non modo meã: ſed huius etiã ipſius qui commiſit ſententiã. Itẽ contra Rullũ: Illum ſibi collegam aſcriberes: Tibi hoc aſcribendum eſt: id eſt tibi tribuendum & imputandum.

Cœpit eum pœnitere. Ca. cxlvii.

C Oepit eũ pœnitere: poſſet te pigeẽ: Deſinet me tædere ſæpius dicimus q̃ cœpit ille pœniteẽ poſſes pigeẽ: deſinã tædeẽ: Quin. in milite mariano. Neq; ſi ſit cupidiſſimus: uitæ pœnitere eũ ſui facti põt. Ci. de petendo cõſulatu: Si hic eius liber eſt: cuius auctoritatis neminem poſſet pœnitere. Idem in Verrẽ: Iãiam Dolobella me neq; tui: neq; tuoꝝ liberorũ: quos tu miſeros i ægeſtate atq; in ſolitudine reliquiſti: miſerere poteſt: Simile eſt illud Terẽtii: Ita me dii bene amabũt: ut me tuarũ miſertũ eſt Menedeme fortũarũ: me pro a me miſertũ dixit.

Quod in oratione uerba nonnunq̃ deſint. Ca. cxlviii.

Eſunt nõnunq̃ in oratiõe uerba: ſed nõ ſine gratia: ut Horatius: Quo mihi fortuna: ſi nõ ꝑmittitis uti: id eſt aliqd uultis eſſe mihi bõa fortunæ: Hic modus ĩcipit per quo: alius ĩcipit per unde: ut idẽ: Vnde mihi lapidẽ: quorſum eſt opus: unde ſagittas ſupple. putas uel dicas mihi eſſe: Iuue. Vnde tibi fontẽ libertatẽq; ꝑntis Cũ facias peiora ſenes: Ci. ad Fab: Martis uero ſignũ quo mihi pacis auctori: Qui. Quo per fidẽ diuitias cæco: Et alibi: Quo nũc tantũ frumẽti quo claſſem cõmeatu grauẽ: Idẽ: Vnde hũc illi aĩum: Et alibi: Vnde tantũ uirũ cæco: ut in uno ſtatĩ ictu mors tota ꝑgraẽ: Idẽ tamẽ ait alio loco: Vnde miſere tũc: unde ſomnus: ſupple erat uel eſt: Eſt tertius modus: ut apđ eũdẽ: Seqẽ quæſtio an utilis rhetoricæ: Nã qdã uehemẽter in eã iuehi ſolẽt: & qđ ſit ĩdigniſſimũ: in accuſationẽ orõnis utunẽ orãdi uirib⁹: Eloquẽtiã. n. eſſe quæ pœnis eripiat ſceleſtos cuius fraude dãnenẽ iterim bõi: cõſilia ducanẽ in peius: ſupple dicũt. n. eloquẽtiã. Ci. Habẽdas eẽ q̃ laxiſſimas amicitiæ habẽas: caput enim eſſe ad bene uiuẽdũ ſecuritatẽ: ſupple dicũt eni caput. Qui modus loquẽdi apđ græcos eſt frequẽtiſſimus: Idẽ uerbũ aliq̃do redũdat: ut de oratoẽ Cicero: Titũ illũ qui ſtudioſe pila luderet. Et idẽ: Signa ſacra noctu frãgere putareẽ gregaleſq; cũ in cãpũ nõ ueniſſet reqrerẽt. excuſauit Veſpa: Teren. ꝙ eũ brachiũ fregiſſe diceret: Satis erat dicere ꝙ brachiũ fregiſſet. Et nõ longe illĩc: Cui cũ qdam familiaris quæreretur. ꝙ diceret uxorem ſuam ſuſpendiſſe ſe ficu: amabo te inquit: da mihi ex iſta arbore quos ſeram ſurculos. Sat erat ſine illo dicere. Sed illud dixerunt libenter apponit Cice. Quartus cum ſupplet ut reſpondeo: ut idem frequenter. Quod autem ſcribis de illo negocio: ego neſcio: quid conſilii capiam: uel ego iam antea te nueram: ſupple reſpondeo: raroq; uel nunq̃ hoc uerbum profertur. Aliq̃do ſubintelligitur ſimile uerbum: ut apud Quint. Sed ſi confeſſionẽ culpæ meæ exigitis: ego fui pater durus & patrimonii: ꝙ iam melius ab his adminiſtrari poterat tenax cuſtos. Supple confiteor: quod eſt quintus modus ut apud Cic. in obſequio. Quoniam Terentiano uerbo libenter utimur: aſſentatio abſit: ueritas retineatur. Subintellige ita loquimur: quoniam Terentiano uerbo libenter utimur. Et alibi: Satiari delectationem nõ poſſum: ut meæ ſenectutis requiem oblectationemq;: noſcatis: ſubintellige hoc dico: ut noſcatis. Sextus modus: ut apud Pli. iuniorem Studes: an piſcaris: an uenaris: an ſimul omnia: ſupple facis. Quint. Nihil aliud q̃ renuet. i. nil aliud faciet: q̃ renuet. Et iterum: Et acceptis litteris meis iuuenis filius nihil aliud q̃ cũ matre fleuiſſet. i. nihil aliud feciſſet: q̃ cũ mr̃e fleuiſſet. Marti. Nil aliud bulbis q̃ ſaẽ eẽ potes. i. nil aliud facere. Cui cõfine eſt illud: ubi ꝓbato aliquo aduerbio q̃litatis: ſubauditẽ pro cõditiõe materiæ aut dixi: aut feci. Bene Ennius: præclare Anaxagoras: fortiter Scipio: & prudẽter Fabius: ſupple dixit aut fecit: ꝓut ex his quæ aut iam diximus: aut dicturi ſumus colligitur. Et per comparatiuum: Dii melius: ſupple fecerũt: aut faciant: aut certe uelint. Nec de deis ſolum. uerum etiam de hominibus: ut apud Quin. Tu melius uxor quæ facturum retinebas: ſupple feciſti. Interdum etiam per nomen: nam illud melius aduerbium eſt: ut Dii meliora. Luca. ipſe uerbum appoſuit: Dii meliora uelint. Nec procul ab huius natura abeſt: quando utimur hoc nomine res ſiue in nominatiuo: ſiue in accuſatiuo: forte etiam in aliis caſibus: ut Reſtat mihi exponenda uita quam hic egit in magiſtratu: res digna auditu in primis uel reliquum eſt: ut ex ponam uitam huius qua fuit in magiſtratu: rem dignam auditu in primis.



Ayuntamiento de Madrid

Cur de futuro nō per uerbum futuri tpīs auctores interdū loquant. Ca.cxlix.

H Annibal apud Titū Liui. alloquēs milites: inquit. Si tales animos in ꝓlio habebitis: q̃les hic oſtenditis: uicimus. Quin. Si tales milites omnes habemus: mari uicimus. Cur de futuro nō per uerbū futuri tpīs locutus eſt: Nēpe ad aſſeuerādā rē: ut nō futura: ſed iā eſſe uideat: multoq́ plus pōderis habet: ut dicamus uicimus: q̃ uicemus. Idē Quin. Dimitte tātum: & euocaſti. i. euocaueris. Cice. Vnū oſtēde in tabulis: aut tuis: aut patris tui emptū: & uiciſti pro uiceris. Idē pro Sextio: Reſtitiſſes: Repugnaſſes: mortē pugna oppetiſſes: pro eo ꝙ eſt reſiſtere: repugnare: mortē pugna oppetere debuiſſes. Oui. iiii. meta. Præmia quæ eripies: quæ ſi tibi magna uidētur: Ex illis ſcopulis ubi erāt affixa petiſſes. i. petere debuiſſes. Teren. in andria: Prædiceres: pro eo qđ ꝓdicere debebas. Et alibi: Fortaſſe aliquāto inigor erat ꝓpter eius libidinē patereť: pro pati debebat. Itē Cic. iii. offi. Male etiā Curio cū cauſam tranſpadanoꝝ æquā eſſe dicebat: ſemp addebat uincat utilitas: potius diceret nō eſſe æquā: q̄a nō eſt utilis reip. i. dicere debebat. Huic ſimile quale apud Oui. de remedio: Gnoſia feciſſes inopē ſapienter amaſſet. i. ſi feciſſes inopē. Hora. Decies cētena dediſſes. Huic pco paucis cēteno qnq́ diebus. Nil erat in loculis. i. ſi dediſſes. Illud magis poeticū: ut Vir. Tu quoq́ magnā ptē ope in tāto ſineret dolor Icare haberes. i. ſi ſineret. Iuue. Græculus eſuriens in cælū iuſſeris ibit: id eſt ſi iuſſeris. Adhuc diuerſum huic eſt: q̃le eſt apud Cic. Cōchiliatis. Gn. Pōpeii piſtromatis ſeruoꝝ in cellis ſtratos ſectos uideres. i. uidiſſes. Quin. ſemp uidiſſes: ut ibi uidiſſes nō quēadmodū tenues umbræ corpus accipe cogitationibus ſolēt. Apud. hunc ſæpe eſt hic modus loquēdi. Si pſeueraſſem: duos excæcauerā pro excecaſſem. Quale eſt illud Horatianū. ii. carminū: quo metri cauſa Priſ. dici putat. Metuētis illapſus crebro ſuſtulerat: niſi dextra leuaſſet. Apud illū qddā pene cōtrariū: ut ibi dictatoris nomē qđ ſæpe iuſtū feciſſet: ꝓfuerat. Nā de impfecto ſubiūctiui ꝙ ſolet poni pro impfecto idicatiui: in ꝓximo libro iā dixi: cū hoc exēplū fuerat: nō q̄a amicus nō eſſet. Ci. de rep. lib. vii. Et ꝙ de uita feſſus eſſem: & ad multā noctē uigilaſſem profeſſus erā: & uigilauerā.

Oportet legere libros: nō oportuit factū. Ca.cl.

O Portet legere libros: expedit euoluere auctores utile eſt cognoſcere plurima: operepreciū eſt habere quos imitemur: neceſſe eſt adhibere uſum: conducibile eſt deſcendere in certamē: & agitare cū aliis controuerſias. Vel per paſſiuū: oportet legi libros: euolui auctores: cognoſci plurima: haberi quos imitemur: adhiberi uſum: agitari cū aliis cōtrouerſias. Hūc poſteriorē modū magis ars grammatica ꝓbat: illū magis auctorias. Secus in præterito. Nanq́ non ita legimus ſæpe feciſſe hoc oportuit. Cic. in Verrem: Tamen id factum non oportuit Et in eodem: Appollinis ſignum ablatum certe non oportuit. Et alibi. Totam rem illi integram ſeruatam oportuit. Non diſſimile ſane eſt illud per alterum uerbū: de uolo loquor: ut idem libris conſultum uolumus etiam ſi poſthumi futuri ſunt. Idem percurram tamen breui: ut non minus hominem ipſum q̃uis communem defenſum uelitis. Quin. An incidiſſe in ſordidum nomen: non eo contentum hominis quem deſtructum uolebat auxiſſe.

Propoſitiones: rationeſq́ interdum miſceri. Ca.cli.

N Am ubi uinci neceſſe eſt: expedit cedere: ſiue plura ſunt de quibus quæriť facilior erit in cæteris fides: ſiue unum: minor pœna ſolet irrigari uerecundiæ. Miſcuit hoc loco Quin. præpoſitiones rationeſq́: cum ſit uſitatiſſimum ſic dicere: ſiue plura ſunt de q̄bus quæritur. ſiue unū. n. plura: facilior erit in cæteris fides. Sin unum: minor pœna ſolet irrogari uerecundiæ. Atq́ iterū: Firmis autē iudiciis iāq́ extra ꝑiculum poſitis: ſuaſerim & antiquos legere: ex quibus ſi aſſumanť ſolida ac uirilis ingenii uis: deterſo rudis ſæculi ſquallore: tum hic noſter cultus clarus eniteſcet: & nouos: quibus & ipſis multa uirtus adeſt. Alius dixiſſet: ſuaſerim & antiquos legere & nouos: antiquos q̄dē: & cætera: nouos uero: & cætera: Cic. in Antonium: O te miſerū ſiue illa tibi nota nō ſunt: nihil. n. boni noſti: ſiue ſunt: qui apud tales uiros tā ĩprudēter loqueř.

Non dicendum eſſe uidetur tibi ꝙ bene faciam: ſed uideor tibi bene facere. Ca.clii.

N On uidetur tibi ꝙ bene faciam: & mihi non uidetur ꝙ bene loquaris: ſicut uobis uidetur ꝙ male facimus: ita nobis uidetur ꝙ male facitis: uidetur tibi ꝙ ille bene ſcribat: & mihi uidetur ꝙ bene iſti arēt. Ruſticanus hic ſermo eſt: & agreſtis. Eruditi. n. ſic loquunť. Nō uideor tibi bene facere: & tu non uideris mihi bene loqui. Sicut uobis uidemur male facere: ita nobis uos uidemini. Illud uidetur tibi bene ſcribere & iſti mihi uidentur bene arare.

Hic mihi gloriatur. Ca.cliii.

h Ic mihi gloriať ſe oēs ſine repulſa honores obtinuiſſe. Et alibi idē Cic. narrā Brutos reꝫ in qua ille affuerat: inqt: Ecce tibi Pomponius noſter: illud mihi & tibi nō magis ad me uel ad te: q̃ ad cæteros ꝑtinet: ſed eſt ōrō ſumpta de medio: qua uulgo utimur. Tu mihi ſemp dormis: ille mihi aſſidue ſedet. Cū ſup cœna eſſemus: ecce tibi hoſtiū crepuit. Hic ſermo neq́ ad me: neq́ ad te: neq́ ad quenq̃ referť. Ideoq́ differēs eſt ab illo ſignificato: q̃le eſt apud Virgiliū. Neu mihi tū mollis libeat iacuiſſe per herbas: Neue tibi ad ſolē uergāt uineta cadentē. Hic præcipitur ad uniuerſos ſub prima & ſecunda perſona: ibi non percipitur: nec ad aliquem ſermo eſt.

Qualiter ſit accipiendum ſuperioribus diebus ueni in cumanum & cætera. Ca.cliiii.

Ayuntamiento de Madrid

SVperioribus diebus ueni in Cumanũ: & iterũ qui his paucis dieb⁹ põtifex factus eſt. Et
in futuro paucis dieb⁹ erã domeſticos tabellarios miſſurus: Et iterũ triduo: aut ad ſum-
mũ q̃triduo piturũ. Hæc Ci. Et Salu. Legati triduo nauim cõſcẽdere: non eſt accipiendũ
per ſuperiores dies & per paucos dies. per triduũ & quatriduũ ſed intra per ſupiores di
es: ĩtra paucos dies: intra triduũ & q̃triduũ. Nã illud ꝙ aliq dicũt tp̃s cõtinuatũ & ſolidũ ſignificari
per accuſatiuũ: ſecus per ablatiuũ: plane falſum eſt. Ci. n. atq; Vir. ſæpius accuſatiuo: & qdẽ indiffe-
renter utũtur: poſteriores uero pleriq; ablatiuo. Aliquãdo in huiuſmodi genere ſermonis omitti-
mus poſt: ſic. Intra decem dies q̃ uenit: confecit omne negociũ. In paucis diebus q̃ Rhodũ appulit:
uxorem duxit. i. poſtq̃ uenit: poſtq̃ appulit: quæ exempla apud hiſtoricos ſunt plurima.

Quid eſt aĩal niſi corpus cũ aĩa cõcrerũ: nõ recte dici: qd' eſt aĩal q̃ corpus nõ recte. Ca. clv.

QVid eſt aĩal: niſi corpus cũ aĩa cõcretũ: recte & latine: qd eſt aĩal q̃ corpus cũ aĩa concretũ:
nõ recte. Adde aliud: uel aliter: uel ſecus: & utroq; mõ licebit dicere. Quid eſt aliud aĩal.
q̃ corpus: uel niſi corpus cũ aĩa cõcretũ. Cic. Quid eſt aliud gigãtũ more bellare cũ diis:
niſi naturæ repugnare: Idẽ facit cõparatiuũ ut qd eſt meli⁹ q̃ gaudere: uel niſi gaudere:
ut Quin. Nihil eſt facilius: niſi totã cauſam oĩo nõ agere. Præter q̃ eandẽ aut prope parẽ uim obti-
net quã niſi: cuius exẽpla ut facilia prætermittimus: unũ illud admonẽtes: ubi eſt præter: ibi locũ ha
bere p̃terq̃ ad hunc modum: ut nullius rei ſum auarus præter laudem uel præterq̃ laudis. Nulli pla
ces præterq̃ mihi: uel præter me.

Transferre. Ca. clvi.

q Vẽ morẽ ſptiatæ trãſtulerũt ĩ fœminas. Et alibi idẽ Cic. Quod niſi ĩ amicitiã trãſferatur.
Que in alios trãſferanť nõ ſolẽt remanere penes eos a qbus trãſferunť: Mos aũt ut uult
Cice. ita trãſferť: ut penes priorẽ quoq; remaneat. Et in li. i. offi. Quod ab ennio poſitũ
in una re: trãſferri ĩ multas põt. Et in eodẽ. Mediocritas ad oẽm uſum cultũq; uitæ transferẽda eſt:
Lucanus in. x. Nõdũ trãſlatos romana in ſæcula luxus.

Cõmitto q̃liter accipiať: Ca. clvii.

NOn cõmittas ut cũ oĩa tibi a nobis ſuppeditata fuerit: ut tibi defuiſſe uideare. Et iteꝝ Nõ
cõmittas ut dicẽdũ ſit nõ putarã. Hæc Cice. Quin. quoq;. Nõ cõmittã ut illa dudia faciã
defenſionis ſollicitudine. Et alibi Nihil tibi minus cõmittẽdũ: q̃ ut ulciſcaris hoc flagi-
tiũ: in eo p̃ſertim: q apud malignos poterit uideri te p̄mittẽte feciſſe. Cic. tñ quodã loco
nõ per ut: ſed per quãobrẽ locutus ẽ: dicẽs. Nihil tibi eẽ cõmittẽdũ cõſiderare debes: quãobrẽ eoꝝ
quos laudas: te nõ ſimillimũ nõ p̃beas. Idẽ pollet quãobrẽ qđ ut: & licebit illud tollere: & hoc ſubii
cere. Ex qbus exẽplis dať intelligi hoc uerbũ ſequẽte ut uel ſimili dictione: ſemp̄ accipi in malã p̄tẽ:
nec recte dicas fac cõmittas ut oẽs te laudẽt: aut ſic. Nõ cõmiſiſti unq̃ ut lauderis: ꝑpterea ſemper
habet ſecum negationẽ.

Oriundus & ortus. Ca. clviii.

Riundus quod nõ habet uim participii: credo alii dixerũt. Cuius utẽdi hic modus eſt.
o Ego ſum ortus Romæ: oriũdus a Placẽtia. Titus Li. Nati Carthagine: ſed oriũdi a Syra-
cuſis. i. a Syracuſis originẽ trahẽtes: unde fuerũt p̄entes: uel ſine p̄poſitione: ut idẽ. Alba
oriũdũ ſacerdotiũ. In p̄ſonis fere cũ p̄poſitione. Idẽ longe is princeps latini noĩs erat. ſi
famæ credimus ab Vlyſe deaq; Circe oriũdus. Idẽ Quid hoc ſi polit nobilitatẽ iſtã ueſtrã quã ple-
riq; oriundi ex albanis & ſabinis: non genere nec ſanguine: ſed p̄ cooptationẽ in patres. Nõnunq̃
per indeclinabilia: ut inde ego ſum oriundus: unde tu. Liui. tamen ſi recte ſcribitur: ait lib. viii. Pa-
læpolis fuit haud ꝓcul idẽ: ubi nunc Neapolis ſita eſt: duabus urbibus idẽq; populus habitabat: cu
ius erant oriundi.

Memini. Ca. clix.

MEmini pro recordor: tum gtũm: tum accuſatiuũ poſtulat: ut Teren. Faciam ut meiq; &
huius diei ac loci ſemper memineris. Cice. Oĩa quæ curant: ſenes meminerunt uadimo
nia conſtituta: qui ſibi cui ipſi debeant. Quid iuriſconſulti: quid põtifices: quid augures:
qd philoſophi ſenes q̃ multa meminerũt: Idẽ uerboꝝ pro eo quod eſt mentionem facio
recuſat accuſatiuũ: poſtulatq; gtũm uel ablatiuum cũ præpoſitione de: ut Quin. Neq; oĩo huius rei
meminit poeta ipſe. Et iterũ de qbus multi meminerunt. Hinc uidetur deriuari mẽtio quaſi a me-
no præſenti & geminato præterito memini: unde ſupinũ mentũ: ex quo mentio: & mens quæ om-
nium recordatur: & mentum: quia in mentione facienda: hoc eſt in loquendo: p̃cipue mento uti-
mur. Nullũ enim aĩal mouet partẽ oris ſuperioris: niſi cocodrillus: ſed inferiorẽ ſicut & nos mẽtũ.
Hinc etiã mentior: qa contra mentẽ loquor. Forte & hinc uenit menta: ſed nolo eius ethymologiã
aliquã afferre: ne cui forte uidear argutulus.

Alter: alius. Ca. clx.

ALter de duobus dici: alius de multis notũ eſt oĩbus: licet non oẽs recte utantur. Macro.
de ſaturnalibas. Cũ igitur aſſeuerimus quattuor in corpore fieri digeſtiones: quarũ al-
tera pendet ex altera: dicendũ erat quarũ alia pẽdet ex alia. Idẽ in alio opere de naturali-
bus: Ille uero inſolubiles cauſæ ſunt q̃ mutuis inuicẽ nexibus uĩciunť: & alterũ altera fa-
cit. ac uiciſſim de ſe naſcunť: nunq̃ naturalis ſocietatis amplexib⁹ ſepať. Nã Oui. de nouẽ picarũ trãſ-
formatiõe loquẽs: Quãq̃ excuſare metri neceſſitas põt: tñ ꝙ ſingulæ ſingulas ac certæ certas intue
renť: ĩtellexit cũ iqt: Alteraq; alterius rigido cõcreſcere roſtro Ora. uidet. Sue. de uita Caii: Nec ceſ-
ſauit ex eo alterũ alteri criminari: atq; inter ſe oẽs cõmittere. Neſcio an ſic accipiẽdũ ſit unũ uni: &

Ayuntamiento de Madrid

rurſus hũc illi.Pli.quoq; li.xi.inqt de formicis.Quã ex diuerſo cõuehũt altera alterius ignara.Qua
re dicamus aliq̃do ſic loq eſſe pmiſſum.E diuerſo nõnunq̃ de duobus dicimus alius & alius:nec di
cer̃ aliter poſſumus:ut dubitar̃ uter excellat Salu.an Li.& alius aliũ pponit:nõ autẽ alter alterũ.Ra
tio poſtulabat:ut diceremus alius alterũ.Nã alius ad plurimos refert̃:qui de duobus iudicãt.alter
ad unũ de duobus:de qb⁹ iudicat̃.Sed qa uidabar̃.iuenuſtũ ſic loq:maluerũt mutare alterũ i aliũ.
Afferamus exẽplũ.Sal.in cati.de Cæſar̃ & Catone loquẽs iqt:Genus.ætas:eloquẽtia ppe paria fue
re:magnitudo quoq; animi & gloria:ſed alia alii:uel eſt ea rõ quã dixi : uel hæc ꝙ idẽ eſt alia alii:ꝙ
diuerſa diuerſo:ut alia eſt facies mea:alia eſt facies tua.i.diuerſa.Proprie igit̃ alter refert̃ ad unũ de
duobus:ut Hãnibal in trãſitu Apẽnini amiſit alterũ oculũ:ſiue ad unã duarũ ptiũ:qđ ſupius etiã ſi
gnificaui.Vbi hoc Ciceronis exẽplo uſus ſum.Duplices ſimilitudines eſſe debẽt:unæ rerũ:alteræ
uerboꝝ:& q̃le eſt uir exẽplũ:Aurea mala decẽ miſi cras altera mittã.Aliquãdo accipit̃ alter pro ſe
cũdo ex duob⁹ pluribuſue:ut unus:alter:tertius:quartus:unæ:alteræ:tertiæ:quartæ litteræ.Et hic
eſt alter annus belli punici:Ego altero mẽſe repudiaui uxorẽ.i.ſecundus annus ab origine belli:&
ſecũdo mẽſe a ductiõe uxoris.Aliq̃do pro ipſis duobus:ut unus aut alter .i.unus aut duo:unus &
alter.i.unus & duo:ꝙ etiã in aduerbiis reſpõdet ſemel aut iterũ.i.ſemel bis.Itẽ ſemel & iterũ.Ci.in
Bruto ſemel aut iterũ Philippus.Dubitari põt tamẽ cũ dicitur iterũ cõſul an ſecunda uice:an bis cõ
ſul intelligatur:quæ dibitatio & in cæteris non erit.Tertium.n.conſul & quartum cõſul ſic differt
ab illo ter conſul & quater cõſul.quod in altero ſignificatur & tertia & quarta uice:in altera tribus
& quattuor uicibus.aliqui tamen dubitarent an in hanc ſignificationem uice & uices reperiatur.

Qualiter ſit dicendum ubi ſit ſuus aut ſui. Ca clxi.

h yrũdines uere ineũte redeũt in ſuum priſtinũ unaquæq; nidum imigrantes.Muta illud
unaquæq; ſic:in ſuũ priſtinum nidum unaquæq; imigrantes : aut ſic:unaquæq; in priſti
num nidum imigrãtes:iam nõ erit latinum.Ite; offendi parẽtes ſuo utrũq; morbo affe
ctos:trãſfer illud utrũq;:ut mõ oſtendi:iã nõ erit elegãs. Nã ſi ita mutemus ille pluralis numerus
immigrãtes & affectos:refertur ad illam ſingularem unaquæq; & utrũq;: quod fieri nõ poteſt.At
illo modo ſupiore ſecus:refertur.n.numerus pluralis ad pluralẽ:ſic Hyrũdines uere ineũte redeũt
imigrantes in nidos priſtinos;unaquæq; in ſuũ : ſupple imigrãs . Offendi pentes morbis affectos:
utrũq; ſuo:ſupple affectũ morbo.Vir.Dãt ſonitũ ſpumoſi annes:& i æquora currũt:Quiſq; ſuũ po
pulatus iter.Et paulopoſt:p ſe qſq; uiri ſumma nitunt̃ opũ ui.In pore exẽplo: ſi uerſus pateret̃ non
decuiſſet dicer̃:qſq; ſuũ iter populat⁹:ſed populari. Nec in poſterior̃:Pro ſe qſq; uiri ſumma nititur
opum ui.Secus autẽ ſolet fieri:ubi abeſt ſuus aut ſe:ut Quinti.Commendo tibi ſenem: quem feci
mus uterq; mendicũ.Nec recte dicas:cõmendo tibi ſenem:quem nos filii alleuare debemus uterq;
mendicũ facientes:uel ſic:quẽ nos uterq; captiui mẽdicũ facimus.Niſi more poetico:ut apud Oui.
Vtraq; formoſæ me iudice ſunt uenerãdæ & apud Hora.Legati magnis ſi de reb⁹ uterq;:qđ apud
oratores nõ repit̃:ſicut ne illud quidẽ:licet Aulus Gelius utat̃:ut apud Teren.Quod pleriq; oẽs fa
ciunt adoleſcẽtuli:quod quidã exponũt pro eo quod eſt pleriq; omnium:quidã pro eo qđ eſt oẽs.

¶Vt latine tale qd dicat̃:hõ illiteratus ẽ:cui tñ paucos anteponas:ut idẽ elegãter. Ca.clxii.

HOmo illiteratus eſt:cui tamẽ paucos in rerũ gerundaꝝ ſciẽtia anteponas:latinũ ẽ hõ il
literatus eſt:ſed cui paucos anteponas:etiã elegãs eſt.Itẽ in negatiõe hõ qdẽ illiteratus
quẽ tamen nõ poſtponas multis:latinũ ut dixi:elegãs ẽt ſic:hõ quidẽ illiteratus:ſed quẽ
non multis poſtponas.Ideo dixi elegãs:qa ſubintelligit̃ talis:qđ in alio non fit:ut ſit hõ
illiteratus:ſed talis:quẽ & cætera:uel ſed his p talis.Ideoq; & hoc elegãter dicer̃:hõ illiteratus:non
tamẽ quẽ multis poſtponas.i.tñ is:quẽ multis poſtponas.Aliq̃do nõ ſubintelligit̃ talis:neq; is :ut
hic ager ẽ meus:ſed cuius uſu careo.

Quod me maxime iuuat. Ca.clxiii.

VIdeo te amatorem ſtudiorum:quod me maxime iuuat:uel quæ res me maxie iuuat: uel
id quod me maxime iuuat:uel uideo te quod me maxime iuuat: uel quæ res me maxie
iuuat:uel id quod me maxime iuuat:amatorem ſtudiorum:quæ exempla ſibi quiſq; cõ
quirat.

Aliquis:quidam. Ca.clxiiii.

ALiquis:qſq̃:qſpiam:ullus idẽ ſignificãt:differuntq; a qdam:ut in alio ope:quod de diale
ctica prope diem edemus:oſtenderetur.Vllus tamen quodammodo claudicat:nec fere
citra negationem:qua citra baculum ingredi poteſt:niſi iterrogatiue:ut uocat me ullus
aut ſubſtantiue:ut ſi nullus me uocat:nunq̃ plane affirmatiue:ſicut illa ſuperiora.

Me occupato nullum tempus ſeponere poteram non latine dici:ſed aliter. Ca.clxv.

ME occupato in adminiſtratione magiſtratus nullum tempus ſeponere ad ſtudendũ po
terã Vel me occupato in adminiſtratione magiſtratus nullũ tẽpus mihi reliquũ erat:ra
riſſime latini ſic locuti ſunt:græci frequenter.Sed hoc modo potius occupatus in admi
niſtratione magiſtratus nullũ tps ſeponere ad ſtudia poterã:uel occupato in aminiſtrati
one magiſtratus nullũ mihi tps ad ſtudia reliquũ erat.Dixi rariſſime:nõ tñ nunq̃.Nã qdã ſic locu
ti ſunt:ut Hora.de arte poetica.Se puero cẽſor caſtigatorq; minoꝝ.Quintus Tul.ad Tironẽ.Non
potes effugere huius culpæ pœnam te patrono.Marcus eſt adhibedus pro te patronus.Simile qd

Ayuntamiento de Madrid

dam ſapit: quale eſt apud. M. Tullium. Cũ & per meipſum egiſſem: & per Druſum ſæpe tentaſſem Illud.n. per ſignificare ſolet medium quendam aliũq interceſſorem. Nunc uero qs queat medius eſſe inter ſe & alium: & tamen ſic uulgo loquimur: per meipſum rogaui: per teipſum obtinuiſti.

Quod dicatur auxilium do: feroq: non autem opem do.

AVxilium do feroq dicimus: opem do nõ dicimus: ſed fero: unde opitulor ꝙ Tullianũ uerbum eſſe Seneca auctor eſt: quo tamen & Saluſtius utitur: & Plautus: & alii nõnulli.

Audiui a: ex: de patre meo. Ca.clxvi.

AVdiui a a patre meo: & audiui ex patre meo: & audiui de patre meo: ideꝫ ſignificare inueniet: q̃ bonos libros euoluet: Cic. tamen præcipue ſic locutus eſt. Similiter apud eundẽ quæſiui te ab hoſtio ex hoſtio: de hoſtio: uocaui te a uia: ex uia de uia. Sed hoc ultimum apud eundem in aliũ quoq ſenſum accipitur: ut philip. Cumq de uia languerem: & mihimet diſpliceremꝫ. Et de repub. Et ꝙ de uia feſſus eſſem: & quod ad multam noctem uigilaſſem: & de academicis. In cumano nup cũ mecum Atticus noſter eſſet: nunciatum eſt nobis a. M. Varrõe ueniſſem eũ Roma pridie ueſperi: & niſi de uia feſſus eſſet: cõtinuo ad nos uenturũ fuiſſe: quaſi de labore uiæ. Hic.n. uia ſignificat iter: hoc eſt action e m ambulandi: illic locum quo ambulamus.

Solus & unus regunt genitiuũ & ablatiuũ cũ prępoſitione. Ca.clxvii.

INter oĩa adiectiua quæ nõ ſunt ſuplatiua: duo fere hæc ſolus & unus more ſuplatiuoꝝ regunt genitiuũ: ut ſolus oĩum non remittit ſibi: ut incredibilior ſit in pcidio cæcus fuit cũ uideret hæc Qui. Et Pli. Accipẽſer unus oĩum: ſquãuis ad os uerſis cõtra aq̃s natando mea. Similiter ablatiuũ cũ præpoſitiõe. Nã ut dicimus ex oĩbus maximus: & inter oẽs maximus ita unus & ſolus ex oĩbus uel inter oẽs. Verũ unus pro ſolus accipio: ideoq fere cũ illo adiectiuo oĩs tãtũmodo cõiũgunt. Nã unus ex fortibus: unus ex populo alterius ſignificatiõis eſt. Cũ ſubſtãtiuo quoq cõiungit ut idẽ Pli. Caluitium uni tantũ animaliũ homini: ſed quaſi ſubintelligit omnium.

Animaduerto te: animaduerto in te. Ca.clxviii.

aNimaduerto te & animaduerto in te differunt: cũ intueor te & intueror in te non differũt Animaduerto in te eſt punio te: ſed cũ hac differẽtia: ꝙ punire eſt quorũcũq ſiue iure ſiue iniuria. Animaduertere eſt eius: qui in alterũ habet poteſtatẽ ordine ac rite. i. cũ animaduerſione punire: Sed hoc pprie refert ad pſonas. aĩaduerto pro itueor & pſonã & rẽ dicimus.

Filius: natus: pater: genitor: mater: genitrix: parens. Ca.clxix.

ORatores ſæpius dicũt filius q̃ natus: pater q̃ genitor: mater q̃ genitrix: parens pro utroq etiã ſæpe homo potius q̃ uir: quotiens ita accipit ille: de quo agimus aut loqmur: q̃le eſt hoc. Illi deduxerũt hominẽ in palæſtrã. Poetæ potius ecõtrario. Hiſtorici mediã quandã uiã tenent: ut Saluſtius: Eos mores atq iduſtriã cognoui.

In primis potens. Ca clxx.

IN primis potens: ſi de maſculino loquaris intelligit inter primos: ſi de fœmina inter primas ſi de neutro: inter prima. Nã idẽ pollet in primis & iter prios: uel iter prios uel iter pria. At ſi fuerit adiectiuũ: utiq accipiet in neutro: q̃le eſt illud Vir. In primis uenerare deos: niſi ſit tale q̃le apud eũdẽ. In primis regina qetũ Accipit in teucros aĩum. In primis nõ inter prias: aut inter prias accipiẽdũ eſt: ſed inter prios. Vna.n. inter mares fœminis aliis: aut in ter primos & inter primas.

Hic nõ eſt cum illo cõparandus. Ca.clxxi

HIc non eſt cum illo comparandus: melius de maiore ad minorem dicitur: ut Vergi. cum Homero. Hora. cum Pindaro non eſt comparandus q̃ e diuerſo: ſic Homerus cum Vergilio: Pindarus cum Horatio non eſt comparandus: e diuerſo tamen nonnunq̃ reperit.

Intercedo. Ca.clxxii.

INtercedit mihi tecũ amicitia: intercedit tibi cũ illo affinitas: intercedit mihi mecũ neceſſitudo: hoc eſt amicitia: affinitas: neceſſitudo iter nos eſt media quædã quæ nos cõciliat: Tribuni interceſſerũt. Cepio interceſſit. Cato interceſſit: hoc eſt in mediũ ſe uerbis: & uĩ oppoſuit.

Amare inuicem: mutuo: pariter inter ſe. Ca.clxxiii.

AMamus nos inuicẽ: amatis uos mutuo: amãt ſe pariter. Cũ uero adhibemus ppoſitionẽ inter tollimus accuſatiuũ qui regitur a uerbo: ne turpe foret: ſi replicaret: ſic. Amamus inter nos: nõ aũt amamus nos iter nos: amatis iter uos: amant iter ſe: nõ autẽ amatis uos iter uos amãt ſe: iter ſe. Cice. ad fratrẽ: Pueri ualde iter ſe amãt. Et de amicitia: Neq ſolũ inter ſe diligent & colent: ſed etiã uerebunt. Terẽ. in adelphis: Video eos ſape: intelligere in loco uereri: inter ſe amare. Idẽ in eadẽ Quaſi nõ norimus inter nos. Bene habeo: bene habes: id eſt bene ualeo: bene uales. In tertia autem pſona etiam ſine ſuppoſito bene habet: id eſt bene res ſe habet: In tertia autem perſona etiam ſine ſuppoſito bene habet: id eſt bene ſe res habet: quod exemplum ubiq frequens eſt.

Facio te certiorem. Ca.clxxiiii.

FAcio te certiorẽ: nõ certũ. Nam Virg. Anchiſen facio certum: ideo dixit: qa ſyllaba breuis inter lõgas nõ põt collocari in uerſu. Proſa aũt oratiõe ſcribẽtes: ſemper certiorẽ dixerunt: & ſemp facio: nunq̃ ago. Facio tibi gratum: nunq̃ ago tibi gratum. Facio ludos: facio rẽ diuinam: facio ſacrificium: facio ſolẽnitatem: nunq̃ ago: & multa huiuſmodi. Itẽ

BIBLIOTECA MUNICIPAL MADRID

Ayuntamiento de Madrid

feci iacturã feci dãnum:feci naufragium. Vix unq̃ paſſus ſum iacturam dãnum:naufragiũ. Ci. Magna in repu. facta iactura eſt. Idẽ: Dãnũ illius immaturo interitu res romanæ latinæq; litteræ fecerũt Quin. In portu naufragiũ fecimus: & in cæteris qbuſdã feci tamẽ fugã: ꝙ ego fugi alterũ:nõ ꝙ alter me. Feci timorẽ:ꝙ ego timui alterum:non ꝙ alter me. Item feci iter:non egi iter. Aliquando etiã feci uiã:feci copiã tibi rerũ mearũ:nunq̃ egi:aut dedi:aut præſtiti copiã. Feci poteſtatẽ tibi: uidedi res meas domeſticas:nõ autẽ dedi. Feci lucrũ:nõ autẽ acqſiui lucrũ Honore dicto urinã fecit: ſtercus fecit: nõ aũt emiſit. Simile huic eſt ꝙ dicimus fregit naui fregit brachiũ:qſi ipſe fregerit: & ipſe egerit: & nõ potius paſſus ſit. Ter. Is fregit nauim apud Andrũ. Cicero: Gregaleſq; eũ cũ nõ ueniſſet:in cãpũ reqrerent. Excuſauit Veſpa Terentium:ꝙ eũ brachiũ fregiſſe diceret:alius dixiſſet. ꝙ ei brachiũ fractũ eẽt. Itẽ etiã accæpi moleſtiã:cladẽ cõtumeliãue. Accæpi uulnus:accæpi iniuriã:accæpi dedecus:ignominiãue: Nunq̃ autẽ paſſus ſum: de quo uerbo cõmodius alio loco dicã. Accæpi uoluptatẽ:gaudiũ:lætitiã.

Qua pietate:cuius pietatis:quæ pietas eſt Ca. clxxv.

SI potuiſſet redimere oculos matris: qua pietate fuit: uicarios ſuos dediſſet: id eſt tãta pietate in matrẽ fuit: Idẽ Quin. Hoc ſi sciſſes: pater affirmo: ꝓmitto cuius pietatis es. nemo te anteceſſiſſet. Et alibi: Quæ tua pietas eſt: Tribus enim modis utimur per relatiuũ:totidẽq; per ꝓnomẽ is. Primo modo ſic: Ea pietate fuerit: ſecũdo ſic: Eius pietas: ſed hoc rarius. Tertio ſic: Ea pietas tua eſt: ea pro tãta accipit: Ideoq; & ipſo tãta uti licet eo modo quo & ꝓnoĩe. Habet autẽ aliqd plus talis orõ:q̃ ſi dicas pro tua pietate.

Veni in opinionẽ. Ca. clxxvi.

VEni in opinionẽ actiue accipitur:ꝙ talẽ opinionẽ habeo: aliquãdo paſſiue cũ opĩo ſignificat famã: opinio inq̃: quiuæ de me habet ab aliis: nõ quã ego habeo de aliquo Sicut exiſtimatio eſt opinio atq; ſniã: cũ accipitur actiue: ut exiſtimatio mea: id eſt ita exiſtimo: Aliquãdo paſſiue: ut hõ magne exiſtimationis: id eſt famæ noĩs: ꝙ cũ magni hoĩes exiſtimãt: ita homo magnæ opinionis: ut Quin. Quod accidiſſet etiã Portio Lateõi: qui primus clari nominis ꝓfeſſor fuit: Tradit ut cũ ei ſummã in ſcholis opinionẽ obtinẽti: cã i foro eſſet orãda impẽſe petierit: uti ſub ſellia in baſilicã trãſferret. Cic. Sermonibus familiariũ puenimus etiã nos in opinionẽ. Venio in ſuſpicionẽ ſemp paſſiue: ut idẽ. Quod ſi falſo. P. Sextio ueniſſes in ſuſpitiõe. i. in ſuſpicionẽ tui: nõ tuã Veni in obliuionẽ ſemp etiã paſſiue: ut idẽ. Vt ſi fuerint excellẽtes uiri: certe iã uenerint in obliuionẽ: hoc eſt cæteri de illis obliti ſunt: nõ ꝙ ipſi de aliis: aut de ſe. Similiter uenio in uituperationẽ. Idẽ uerrinarũ. v. Vt ꝓpter eũ in ſermonẽ hoĩum atq; in tantã uituperationẽ ueniret. Offenſio etiã ꝓpe paſſiue accipit: Ideoq; idẽ nõ Clodii offenſiones dicit: ſed offenſas: ſuas uero offenſiones: & alibi. In ægro corpore odioſa eſt oĩs offenſio. i. moleſta oĩs paſſio. Vectiano uero huic ſimile eſt: cuius rei cauſa eſt ꝙ uector quod deberet ſignificare quod uehit in naui: equus: uehiculũ: ſignificat potius id quod uehit: qui eſt homo. Cice. Etiã ſummi gubernatores in magnis tẽpeſtatibus a minoribus uictoribus admoneri ſolent. Quin. Sic in nauẽ filii mei male ꝑmutatus uector imponor. Nõ tñ uectorẽ accipias pro nauta. hinc eſt ꝙ inuenimus nõnunq̃ dictũ nautas & uectores. Sunt. n. uectores: qui præcio in aliena naui uehuntur: ut idem Quint. Cum in frænatis equis uector incidet. Nõnunq̃ pro eo qui uehit: ut Seneca in Hercule inſano: Tyrie per undas uector Europa nitet. Idem in Hippolyto. Pro ſua uector timidus rapina: cum de eodem tauro: eademq; Europa loqueretur. Nam cætera fere quæ a ſupinis ueniũt: tam actiue q̃ paſſiue accipi ſolẽt: ut accuſatio M. Tullii actiue: accuſatio Verris paſſiue: donatio mariti actiue; donatio uero bonorum paſſiue.

Male iudico: male cogito. Ca. clxxvii.

MAledico: male cenſeo: male pronuncio: male opinor: male ſentio: male exiſtimo: hoc male ad me ipſum refertur: errorẽq; meũ declarat. Male cogito ad alterũ refert: ſignificaq; ꝑniciẽ: nõ errorẽ: ut Ci. Carthaginẽ diu male cogitãtẽ nõ prius uereri deſinã: q̃ excisam cognouero. Male cogitãtẽ uidelicet mala in alterũ ꝑniciẽq; cogitãtẽ: nõ autẽ ſeipſam fallentẽ. Itẽ maledico tibi: male opto: male precor tibi: aut male iprecor. His nõ nihil ſimilia ſunt: male de te ſentio: male tu de me exiſtimas: male de illo iudicamus: nõ error hic ſentientis: exiſtimãtis iudicãtiſq; innuit: ſed uitiũ de quo iudicamus: exiſtimamus: ſentimus Male quoq; audio. i. infamor crmina mea audies: cuius cõtrariũ eſt maledico Saluſti: in Cic. Reſpõdeo tibi: ut ſiquã maledicẽdo uoluptatẽ cœpſti: eã male audiẽdo amittas. Bene quoq; maxima ex parte huic ſimile eſt ut de te bene ſentio: bene tibi precor: bene de te mereor.

Loco patris Ca. clxxviii.

LOco patris: loco fratris: loco filii te habeo: non ita accipitur: ꝙ ubi illi antea erant: ibi tu nũc apud me ſis ſed ꝙ in ea charitate qua illi fuerũt: aut ſunt: aut eſſent: aut eſſe debeãt: ut Cryſis Pamphilo apud Teren. loqtur. Si te in germani fratris loco dilexi. Ci. in Verrẽ In parentum loco quæſtoribus ſuis prætores eſſe oportere. Illa autẽ ſententia in locũ potius q̃ in loco reqrit tale aliquod uerbum. Quale eſt apud Quint. Nam quomodo pugnam ineuntibus tot ſimul metus laborꝗ: dolorꝗ. Poſtremo mortis ipſius exciderint: niſi in eorꝗ locum pietas & fortitudo & honeſti tpis imago ſucceſſerit. Et alibi: Nõ ꝑdidit filium qſqs occidit Explicat a dolore patrem: ꝙ ſibi uidetur feciſſe rem maximam: & in locum iuuenis amiſſi ſubſtituit de uanitate ſolatium. Ergo ita dicitur ubi aliud erat: aliud ſucceſſit: quæ diuerſa a ſupiore ſetentia eſt. Loco uoluptatis mihi

Ayuntamiento de Madrid

eſt loco honoris:loco turpitudinis.i. uoluptuoſum:honorificũ:turpe.Illud autẽ in hac pte compe
tit.ut dicamus nõ recordari me.An uſq̃ reppi genus illud ſermonis:quo eccleſiaſtici paſſim utunť
Ego habeo te in patrẽ:tu es mihi in filiũ:accipio te in fratrẽ.Dicũt.n.ueteres habeo te loco patris.
Tu es mihi loco filii.Accipio te loco fratris.Vel habeo te pro patre.Tu es mihi pro filio.Accipio te
pro fratre:& nõnullis aliis modis.Atq; hic uideť aliqd nõ utiq; tale eẽ:ſed pinde eſſe:ac ſi tale foret
Ideoq; expoſitiones noſtræ locũ habẽt:ubi tale aliqd nõ eſt:ut dixi:ſed pro tali habeť:ut in illo:Ex il
la hora accepit eã diſcipulus in ſuã: quod licet dicere:accepit loco matris: uel pro matre:ſiue pro
ſua.Nõ autẽ illa in illo:qđ pro uero accipi debet.Ego ero illi in patrẽ:& ipſe erit mihi in filiũ Licu-
iſſet ergo dicere:id eſt dixiſſent ueteres Ego ero illi in patrẽ.& ipe erit mihi filius:ſed more græco
rũ unde hæc ſumpta ſunt:noſtris eccleſiaſticis loq placuit.Idẽ ueteres qui illo modo locuti nõ ſunt:
ſic tamẽ loquebanť:Reuertor in patrẽ:tibi redii in amicũ:ſed hic uerbum eſt ſignificans motum.
Quin.Et poſt exitum unici reuertor in patrẽ.Quintus Curtius tamẽ lib.v.Igiť res arci Babyloniæ
Agaticẽ in præſidẽ eſſe iuſſit.

Nihil ad tuũ equitatum. Ca.clxxix.

ADdit illud etiã eqtes nõ optimos miſiſſe credo.Cæſar nihil ad tuum equitatum.i.nihil
ad comparationem tui equitatus.Idem Cic.Perſium nolo legere:hic fuit.n.ut notamus
omnium fere noſtrorum doctiſſimus.Lælium Decimum uolo quem cognouimus uirũ
bonũ & nõ illiteratũ:ſed nihil ad Perſiũ.i.nihil in pſii cõparatione.Quale eſt cũ ſubintelli
gitur pertinet:ut hoc quid ad te:hoc nihil ad te:hoc nihil ad te:ſupple pertinet:Vel potius paꝝ eſt:
ut ſit in comparatione Perſii parum doctus:& in comparatione tui equitatus ſint parum boni equi
tes.Terent.Eſt ne Thais ut fertur forma ſane?Sed nihil ad noſtram hanc:non plane nihil:ſed parũ
potius:accipiendum eſt.

Memoria teneo:memoriter pronuncio Ca.clxxx.

MEmoria teneo:nõ memoriter:ꝓnuntio memoriter:nõ memoria.Cic.Memoria teneo
bello marſico cũ Quinto Octauio.Idem.Quint.Mutius Augur Scæuola multa narrare
de.C.Lælio ſocero ſuo memoriter & iucunde ſolebat.Cõplector tamẽ memoria & me-
moriter:repeto memoriter & memoria.Quin.ſi longior cõplectenda memoria fuerit
fuerit oratio:ꝓderit per ptes ediſcere.Cice.Complectebatur memoriter:diuidebat acute.Quint.
Memoria repeto conuictos a me qui reprehenderat:ꝙ hoc uerbo uſus eſſem pepigi.Teren.an co-
gnoſcit ſigna:at memoriter?Aliud tamẽ eſt illud ablatiuus:q̃ illud aduerbium.Memoria enim qd
ſignificatur apparet.Memoriter uero eſt quod litteratores noſtri imperiti dicunt cordetenus:&
mentetenus.Apud Plini.tamen ad Romanum lego.Tu faciliime iudicabis.qui tam memoriter te
nes:ut cum hac conferre poſſis recte ſic ſcriptum eſt:recte ſic dici iudicabo.

Facio tibi iniuriam. Ca.clxxxi.

FAcio tibi iniuriam:& facio tibi contumeliam.Afficio te iniuria:& afficio te contumelia:
Facio tibi moleſtiam non ita libenter dixerim:ut afficio te moleſtia.

¶Laurẽtii Vallẽſis patricii.Ro.de linguæ latinæ elegãtia bene merentis lib.iiii.Et primo ꝓœmiũ.

SCio.n.nõnullos eorum præſertim:qui ſibi ſanctiores ac religioſiores uideнť:
auſuros meum inſtititum hoc laboremq; repræhendere:ut indignum chriſtia
no homine ubi adhorter cæteros ad librorum ſæcularium lectionem:quoꝝ ꝙ
ſtudioſior eſſet Hieronymus:cæſum ſe flagellis ad tribunal dei fuiſſe confiteť:
accuſatumq; ꝙ ciceronianus eſſet:& nõ chriſtianus:quaſi nõ poſſet fidiliseſſe
& idẽ tullianus eoq; ſpopondiſſe:& id diris exercitationibus libros ſæculares
poſtea ſe nõ eſſe lecturum.Hoc crimen nõ magis ad præſens opus pertinet q̃
ad meipſum:ac cæteros litteratos:quoꝝ ſtudium ac doctrina litterarum ſæcu
larium reprehenditur.Reſpondeamus igitur iſtorum accuſationi:eoſq; uiciſſim & quidem in præ-
terito quoq; accuſemus:quorum culpa nõ ex minima parte latinæ litteræ iacturam:naufragiumq;
fecerũt.Quid ais tu nõ eẽ legẽdos auctore Hieronymo ſæculares libros?Qui ſunt iſti quæſo libri:
Oẽs te oratores:omnes hiſtorici:omnes poetæ:omnes philoſophi:omnes iuriſconſuli:cæteriſq;
ſcriptores:an unus Cice.Si illos dicis:ut debes dicere:cur nõ cæterarum quoq; litterarum ſtudioſi
abs te repræhenduntur:cum quibus me aut damnare debes aut abſoluere.Sin ita non ſentis:& nõ
ſolum Ciceronem reum facis:uide ne ſtultum Hieronymum uideri uelis:qui neminem ſæculariũ
promiſit ſe lecturũ:cũ de Cicerone tantũ promittere deberet.At nunquid ille promiſerit ings eſt
intuendum:ſed quis accuſatus ſit.Fuit autẽ accuſatus ꝙ Ciceronianus foret.Ita ne Ergo miſſum
faciamus Ciceronẽ:relinquamus:abiiciamus.Quid de aliis auctoribus ſenties:quid de tot diſcipli
nis.Cærte omnes ſæculares ſunt:atq; adeo gentiles.i.a non chriſtianis nec de chriſtiana religione
conſcriptæ.Si legendas ais:tibiipſi repugnabis:qui mihi harum obiicis actionem.Si negas:etiam
atq; etiam conſidera:ne ſingularum diſciplinarum familiæ in te imperum faciant:te omneſq; nemi
ne auxilium ferente:diſcerpant.Minime inquis ita eſt.Sed cum Hieronymus ꝙ Ciceronianus eſt
reprehenditur:id reprehenditur:ꝙ ſtudioſus eloquentiæ eſſet.Ideoq; damnati atq; repulſi intelli
guntur:qui comparandæ eloquẽtiæ gratia lectitanť.Iã uideo times inuidiam:ſed ſero times:& in
eodem hæſitas luto.Si tantũ eloquẽtes excludis.cur nonnunq̃ modo in uniuerſum mihi uetabas:

Ayuntamiento de Madrid

ut ſæpe facere ſoles:legendo ſæculariū libros. At poſtea accuſationē temperaſti:& de eloquētibu-
dūtaxat intelligis. Ita ſi erraueris:ſane do ueniā imperitiæ:parco cupiditati feriendi licet laceſſitus:
Cur tamen ab Hieronymo diſſides:qui ſæculares:nō autē eloquentes ſe nolle tāgere ꝓmiſit. Cur
tu neqꝫ cū iudice illo unū Ciceronē intelligis:neqꝫ cū Hieronymo uniuerſos ſæculares. ꝗd ſibi uult
iſta anceps uacillanſqꝫ ſententia. Quanq̃ dii boni nihil'ne in illis libris niſi eloquentia eſt:nō memo
ria tēpoꝝ:gentiūqꝫ hiſtoriæ:ſine ꝗbus nemo nō puer eſt:nō multa ad mores ꝑtinentia:non oīum
diſciplinarū tractatio. Nunꝗd hæc oīa negligā:ne forte dū talia dicere uolo:eloquentiā diſcā:& ue
nenū bibā hoc uino dilutū:malimqꝫ aquā & ꝗdē cœnoſam potare:q̃ hoc timore ſalerna dulciſſima.
Porro qui ſunt iſti libri in ꝗbus uenena eloquentiæ occultantur:Certe nullos ego ſcio nō eloquē
tes niſi tuos tuorūqꝫ ſimiliū:ꝗbus nec robur ullum adeſt:nec ſplēdor:contraqꝫ cæteroꝝ opera pro
ſua unūquodqꝫ portione mirā quādā præ ſe ferunt bene dicendi diligentiā. Ita aut eloquentes:aut
nulli libri legendi erūt. An ex his duobus de ꝗbus Hieronymus meminit. aut ille græcus infacun-
dus fuit:aut noſter latinus:nulli dūtaxat latinoꝝ in philoſophia ſecūdus:quoꝝ uterqꝫ neſcias ꝑſtan
tior ſit philoſophus:an orator. Quod ſi oēs libri ueterū ita ſunt eloquentes:ut uel plurimū ſapien-
tiæ:ita tradentes ſapientiā:ut uel plurimū eloquētiæ habeāt. Quinā iſti erunt: quos ob eloquētiam
dānandos putemus:Atqꝫ cū eos duos lectitaſſe Hieronymus fateaṫ:uide ne nō tā de oratoriis Ci
cero. operibus:q̃ de Philoſophicis dictū exiſtimare debeas. Certe ego de philoſophicis dictū acci-
pio:ubi ſoli philoſophici nominātur:ꝙ diatonicus eſſet non ideo non obiectū q̃ſi ſancte facere Pla
tonē leges ſed tantū ciceronianus:ꝙ homo latinus magis Ciceronis ſtilū cupiebat exprimere:ſti-
lū inq̃ quali ille utebatur in quæſtionibus philoſophiæ:nō quali in forenſibus cauſis cōcionibuſue
aut in ſenatu. Nō.n. orator cauſarū ciuiliū Hieronymus:ſed ſcriptor ſanctarū diſputationū ſtude-
bat euadere. Cur nō ergo credamus nō minus Platonē nocuiſſe ei q̃ Ciceronē:cur nō magis philo
ſophos q̃ oratores:At ornatu ipſe dicendi reprehenſus eſt:non ſcientia. Si ita eſt:oēs ad unū repre
henduntur. Quis.n. caret ornatu:in quo tu intollerabili calumnia uteris:cum non ſit facta mentio
de ornatu in illa accuſatiōe:ſed ꝙ tantū cicoronianus foret:Nūꝗd tātū in Cicerone ornatus & nō
philoſophia:non cæteræ artes:nō ut dixi in Platone facundia:nō tu cæteris:cur nō oēs ꝑiter exter-
minamus:Cur nō potius Ciceronis philoſophia nocuiſſe putāda Hieronymo eſt:q̃ ars dicēdi:No
lo hoc in loco compationem facere inter philoſophiam & eloquentiam:utra magis obeſſe poſſit:
de quo multi dixerūt:oſtendentes philoſophiā cū religione xpiana uix cohere:oēſqꝫ hæreſes ex
philoſophiæ fontibus ꝓfluxiſſe. Rhetoricam uero nihil habere:niſi laudabile ut inuenias:ut diſpo-
nas:q̃ſi oſſa & neruos orationi des:ut ornes:hoc eſt ut carnē colorēqꝫ inducas. Poſtremo ut memo
riæ mandes:decenterqꝫ ꝓnūcies.i. ut illi ſpiritū actionēqꝫ tribuas. Hæc ergo cuiq̃ nocere poſſe cre-
lamus: q̄ qui recipit̄. Vnde Ouidius: Nō hoſpes ab hoſpite tutus. Cic. Per dextrā iſtā quam hoſpes
hoſpiti porrexiſti: Sed ille receptor ꝓprie uocat̄: qui priuatim & amicitiæ cauſa recipit: ut idē: Fuit
mihi cū illo uetus hoſpitiū: id eſt amicitia: familiariter uel mihi hoſpitādi apud illū: uel illi apud me:
unde hoſpitales homines qui amore: nō p̄cio hoſpitiū ſuū cōmunicāt. Hoſpitiū & priuatū & publi
cū dicit̄. Liuius: Tarēto Hānibali per dolū ꝓdito ait: Hoſpitia tātūmodo Romanoꝝ a militibus fuiſ
ſe directa: certe priuata non publica. Cicero: Ex hac uita ſic diſcedo tanq̄ ex hoſpitio: nō tanq̄ ex do
mo: Commorandi enim natura diuerſorium: non habitandi dedit. Porro pro eodem poſuit ho-
ſpitium & diuerſorium:

Inter conciuem & conterraneum. Ca. cclxiiii.

COnciuis qui eiuſdē ciuitatis eſt: cōterraneus qui eiuſdē terræ: hoc eſt territorii: maior. n.
eſt terra q̄ urbs: oppidūue: cuius habitatores uocant̄ ciues. Ci. Eoꝝ: qui in hac terra fue-
runt: magnamq; Græciam quæ nūc florebat: inſtitutis & præceptis erudierunt. Pli. tamē
Catullū conterraneū ſuū uocat: uel ꝙ ex dioceſi illa: uelꝙ ex urbe ſit ueronēſi. Vterq; autē
dictus eſt ueronenſis: Nā illius nepos & per adoptionē filius fuit nouocomenſis. Ideo Pli. ſecūdus
& ipſe dictus eſt: q̄dam nuꝑ librū ſic inchoant. Fauonius ciuis meus optime princeps & conſultus:
cū dicere debuiſſet: cōciuis meus. Dominū. n. ciuitatis ciuem ſuū uocat: quia poteſt appellare conci
uem: quēadmodum miles ſocium in militia: non militem ſuum uocare pōt: ſed cōmilitonem. Et
diſcipulus qui una eidē p̄ceptori dat opam: non diſcipulū ſuum: ſed condiſcipulum. E diuerſo p̄ce-
ptor non uocat auditores ſuos condiſcipulos ſuos: ſed diſcipulos. Et dux in bello nō commilitones
ſed milites ſuos appellauit: licet Cæſar ac quidam alii appellauerint milites ſuos cōmilitones com-
parandæ beniuolētiæ gratia: ut apud Aeneā Virg. qui ſub eo erāt ſocios uocat. Hic ergo homo pri-
uatus non debuit quenq̄ ſuū ciuem appellare: ſed cōciuem: nec. rurſum aliquē conſulē dicere. Non
nunq̄ tamen inuenit̄ ciuis: ut Lælius apud Lucanū: Nec meus eſt ciuis in quē tua claſſica Cæſar Au-
diero. Dicam tamen municeps pro eo qđ eſt conciuis meus: q̄a cōmuniceps non inuenit̄. At conti
nentes non apponimus ꝓnomē: rectius ſine appoſitione loq̄mur. Audite ciues: ſuccurrite milites
legite diſcipuli: etiam ſi mei fuerint conciues: cōmilitones: cōdiſcipuli: Quod ſiquādo per hæc po-
ſteriora ſine ꝓnomine loquor: tamen ꝓnomē ſubintelligēdum eſt: ut omnes me cōciues amāt: tu
non das ꝑtem cōmilitonibus: ille ſemꝑ exagitat cōdiſcipulos quæſtionibus: ſubintelligit̄: mei: tui:
ſuos. Dicimus tamē: uos eſtis ciues noſtri: quaſi reip. noſtræ: nō quaſi ſingulariū aliquoꝝ ciuium.

Prætor: cōſul: quæſtor: ædilis: cēſor: tribunus: primipilus: ſenator: p̄torius &c. Ca. cclxv.

PRætor qui p̄turam: conſul qui conſulatū: quæſtor qui quæſturā: ædilis qui ædilitatē: cē-
ſor qui cēſurā: tribunus qui tribunatū: primipilus qui primipilatū gerit: ſenator qui ſena
tor eſt: aut qui fuit. Prætorius qui præturam: cōſularis qui cōſulatū: quæſtorius qui quæ
ſturā: ædilitius qui ædilitatē: cēſorius qui cēſurā: tribunitius qui tribunatū primipilaris
qui primipilatū geſſit. Senatorius nō dicit̄ ſenator: ſed ut dixi: uel ſenatorii ordinis aut de domo ſe
natoria Triūphator qui triūphat ꝓprie: ſed etiā aliquādo qui triūphauit: ut uictor exercitus qui ui
cit: triūphalis qui triūphauit. Cæterū illa priora noīa ſunt ſubſtātiua: eo q̄a iūgunt̄ cū adiectiuis: ut
diligens conſul: bonus tribunus. iuſtus prætor: ſeuerus cenſor. Hæc poſteriora ſunt adiectiua: eo
quia iungunt̄ cum ſubſtantiuis: ut homo conſularis: tribunitia mulier: prætoria familia cēſoriū di-
ctū: Quod ſi abſint ſubſtātiua ſubintelligunt̄: ut cōſulares rogant̄ primi ſentētiā in ſenatu ꝓximi p̄
torii: deinde tribunitii: ītelligimus hoīes: quēadmodū in illis plebei nobiles: potētes īgenui: liberti
ni ꝓcōſul nō qui pro alio cōſule p̄eſt ꝓuinciæ: ſed qui cū ꝑtāte cōſulari extra ordinē: & ad aliquam
prouinciā adminiſtrandam mittitur: præterq̄ ꝙ nō. xii. faſces eum præcedunt: qui præcedūt cōſu-

Ayuntamiento de Madrid

lem ſed tantum ſex.nt etiam prætorẽ & præſidem Proprætor nõ qui pro alio pſæturam:ſed extra ordinariam gerit.Itaq; dicitur proquæſtor:& ſiqni ſunt alii huiuſmodi nominum magiſtratus.

Inter rheginos & regienſes:albanos & albenſes:& cætera. Ca.cclxvi.

RHegini ex oppido Calabriæ.Rhegienſes ex oppido Galſiæ ciſalpinæ:quorũ oppidorum utrũq; uocatur Regiũ.Albani & albenſes:ex oppido alba in Latio albani ex oppido Alba ad lacũ Fucinũ:albenſes qui a qbuſdã albani dicuntur.Cumani ex oppido Cumarum in Cãpania quã nũc praue uocant terrã laboris.Cãpaniã uero eã regionẽ:quæ illi finitima eſt Romã uerſus.Comenſes ex oppido Como in eadẽ Gallia:quã Lombardiam nunc nominant:in qua ipſa Gallia & finitimũ Como eſt Bergomũ:unde bergomenſes.Pergamũ ex qua gamẽi in Aſia:a qua urbe quia ob penuriam chartæ ab Attalo rege miſſa eſt membranarum copia:mẽbranæ pgamenæ ſunt noiatæ:in Aſia puincia intelligo.Nã in ea quæ eſt tertia pars orbis terrarũ:regio quædam eſt eodem noie:quam Turchiam nunc uocant:non autẽ ut quidã uolũt:Teucriam:quemadmodũ in Africa quæ & ipſa tertia pars orbis dicit:eſt regio eiuſdẽ nois:niſi afros dicimus hoies:nõ aũt Africam regionem.Thebani a Thebis in Græcia.Thebæi & Thebis in Aegipto:ſed thebæi ſecundum græcam formam fit:nã & Thebani græce thebæi dicunt:nõ tamen occurrit ubĩ in libris gẽtiliũ legerim thebæos.

Priſcus & priſtinus quo differant. Ca.cclxvii.

PRiſca quæ ſupioribus ſæculis:aut ſupiore ætate:ut priſci latini: priſcus Tarquinius: priſca tẽpora.Priſtina quæ fuerũt ſupioribus annis:menſibus:diebus:& quæ noſtra memoria fuerũt ut priſtina noſtra amicitia:priſtina beneficia nr̃a.Neq; recte hic dicas priſca:neq; illic priſtina At uero ſi de rebus quæ nõ ſeneſcũt loquaris:priſtinũ non priſcũ diceremus:ut Pharos & Tyrus nunq̃ in priſtinũ ſtatum redibũt.Maria in freto meſſanenſi laborant:ne mõtes:ſi Lucano credimus repetant priſtina confinia.Atqui tantũ tẽporis eſt:ex quo illuc mare irruperit:ut memoriæ non inueniat pditũ.Padus poſt qngẽtos & eo amplius ann s ſolet reuerti in priſtinũ curſum.

Inter proſperum & fœlicem. Ca.cclxviii.

PRoſper qui dat.Fœlix qui recepit pſperitatẽ.Sidus Veneris:ſi credimus mathematicis: pſperũ eſt:natus ſub illo ſidere fœlix eſt.Dicimus ergo hoies pprie quidẽ fœlices:deos autẽ tpa:loca:actiones:fines:ſucceſſus pſperos:& ſi quaſunt ſimilia.Vtrũq; tñ aliquãdo recipit exceptionẽ.Nã & non ſemel legimus pſperã alicuius ualitudinẽ:ut Sueto.de Cæſare fuiſſe eum proſpera ualitudine.i.bona:& quaſi fœlici.Et de Tyberio:Valitudine proſperrima uſum eſſe eum ait Saluſtius:Sed poſtq̃ res ciuibus:muris:agris ſatis aucta:ſatiſq; proſpera uiſa eſt Rurſus Virgilius:Sis fœlix:noſtrũq; leues quæcunq; laborem:& pro eo quod eſt ſis proſpera & benigna.

Saluber & ſanus quo differant. Ca.cclxix.

SAluber ſiue qđ uſitatius eſt:ſalubris dr̃ aer:cibus:potus:locus:multaq; huiuſmodi:idem fere qđ ſalutifer ſiue ſalutaris.Sanus hõ dr̃ cæteraq; aĩalia.Res ſalubris præbet ſanitatẽ: hõ uero recipit.Põt & pbere:tuncq; ſaluber:q̃ſi ſalutifer dicĩ:ſed in utroq; etiã aliq̃ repit exceptio.Siqdẽ ſanũ aerẽ:ſanũ cibũ:ſanũ locũ uocamus:quaſi ſalubrẽ & præbentẽ ſanitatẽ:cõtraq; ſalubris pro ſano.Salu.Genus hominũ ſalubri corpore:uelox:patiens laborũ:pleroſq; ſenectus diſſoluit.Liui.Grauiore tpe anni iã circũacto:defuncta morbis corpora ſalubriora eſſe inceperũt.Marti.dũ deſcribit uitã beatã:ingt.Lis nunq̃:toga rara:mẽs geta:uires ĩgenuæ:ſalubre corpus:prudẽs ſimplicitas:pares amici:Hi tres quos produxi.loci idẽ nomẽ habẽt cõiũctũ cũ corpore.Quare non auſim dicere ut dixit Boetius in trãſlationibus ſuis æger an ſaluber.Nã de æq̃li ſuo Caſſiodoro:qui apud nõnullos in pcio eſt:nunq̃ iõ faciã mẽtionẽ:qa cũ regib⁹ ſuis Theodorico & Allarico:quorũ ſcriba fuit:gotticũ ſonat & barbarũ.

Inter iocũdũ & gratũ qđ interſit. Ca.cclxx.

IVcũdus & gratus ſic differũt:q; iucũdus pprie in pſperis:gratus in aduerſis.Iucũdũ uoco nõ q lætus eſt:ſed q lætitiæ ẽ alteri:ut pſp & ſaluber:uſq; adeo põt qs triſtis mœſtuſq; eẽ:& tñ iucũdus:ueluti cũ hoſtis meus in dolore eſt:tũc mihi iucũdus eſt & ego gaudẽs ſũ:illi minime iucũdus.Quare nõ recte locutus eſt q ait.Iucũdos nos faciat ſuæ itereſſe cõmemorationi:ſed ad differẽtiã.Ci.ad Sulpitiũ cõſolãtẽ de morte filiæ:ingt.Seruus tñ tuus oib⁹ reb⁹ iterfuit: cuius officia ſi aliq̃n iucũdiora:nunq̃ tñ gratiora.Idẽ ad Luceiũ:Amor tuus ex oibus ptib⁹ ſe oñdit ĩ his lr̃is:q̃s a te pxime accepi:nõ ille qdẽ mihi ignotus:ſed tñ gratus & optatus:dicerẽ iucũdũ:niſi id uerbũ in omne tps pdidiſſem Idẽ ad Atticũ:Fuit mihi ſæpe & laudis noſtræ gratulatio tua iucunda:& timoris cõſolatio grata.Idẽ tñ li.iiii.inuectiuarũ:Eſt mihi iucũda in malis:& ingrata in dolore ufa erga me uolũtas.Iucũda dixit q̃ſi lætitiæ plena & uoluptuoſa:q̃lis eſt in pſperis grata:q̃ſi plena affectus & fructus.In iucũdo.n.quædã gr̃a eſt delectationis.In grato uero etiam cõmodi.Quippe aſpectus roſarũ:lilioꝝ:uiolarũ floruꝝ ac ſimiliũ iucũdus eſt.Aſpectus plenæ meſſis:uberũ: olearũ: grauiũ fructu uitiũ pinguiũq; pecoꝝ gratus.Et pueritia filioꝝ atq; iſantia iucũdior.Adoleſcẽtia uero ac iuuẽtus gratior:utpote utilior.Idẽ de offi.lib.ii.Quanq̃ enim q; pſens tanq̃ in manu datur iocundus eſt:tamẽ hæc in poſterum gratiora:muri:naualia:portus:aquarum ductus:omnia quæ ad uſum reip.pertinent.Hieronymus nõnunq̃ his duobus nominibus cũ ea quam oſtendi proprietate & diſtinctione uſus eſt.

Inter plura & cõplura. Ca.cclxxi.

Ayuntamiento de Madrid

PLura & cōplura ſic differūt: ꝙ plura poſſunt eſſe duo: cōplura duo eſſe nō poſſunt: illud cōpatiuū eſt: hoc uero mime: ideoq̄ nō regit caſum. Plæriq̄ auctores mō pro maxia parte accipiūt mō pro nōnulli. Salu. in diuiſione orbis terræ. Plæriq̄ in ꝑte tertia Africā poſuerūt: pauci tātūmō Aſiā & europā: Paulopoſt. Plæroſq̄ ſenectus diſſoluit: niſi qui ferro aut beſtiis iteriere. Nā morbus haud ſæpe quēq̄ ſupat. Quin. Videas pleroſq̄ ita paratos. i. nōnullos. Plerūq̄ magis & priore ſignificato q̄ a poſteriore uenit. i. pro eo qđ eſt fere ſemper. Quint. in amatore: Excuſſa ſunt plærunq̄ lāguētiū uitia: id eſt nōnunq̄. Tamē in hunc ſenſum hæc dictio: ſiue momen ſiue aduerbium ſit: rariſſime reperitur. Seruius quidem neſcio an unq̄ utatur aliter.

Clarus & præclarus. Ca. cclxxii.

CLarus & p̄clarus figurate accipiunt̄ pro eo qui tanq̄ fulgore quodā famæ & gloriæ reſplēdet: unde clariſſima & p̄clariſſima geſta dicimus. Sed p̄clarus pro bon⁹ nōnunq̄ recipit̄ apud Ciceronē: ſicut apud eūdē Luculentus pro magnus: ut in philippicis: Luculētū uulnus accæpit. In eodē ope ait: O p̄clarū cuſtodē ouiū: ut aiunt: lupū: nō claritas deſideraī in cuſtode: ſed ꝓbitas. ergo p̄clarū pro bono poſuit. Idē in Lælio: Cū illo uero qs neget actū eſſe p̄clare: & paulopoſt. Cū illo qdē: ut ſupra dixi: actū optime eſt: mecū incōmodius. Nā ſupra nō dixerat actū cū illo optime: ſed p̄clare. Veꝝ ideo ſic dixit: quia p̄clare & optime idē roboris ac uiriū ſignificatione obtinent eoq̄ κραϛτιστον quod eſt optimū: & apud græcos accipi ſolet: & a nobis transferri præclare.

Feſtus & feſtiuus. Ca. cclxxiii.

FEſtus dies potius q̄ feſtiuus: res feſtiua potius q̄ feſta. Nam feſtus feſta feſtum ad diem feſtū pertinens. Feſtiuus feſtiua feſtiuum res iocunda & lepida: ut oratio feſtiua dictū feſtiuū frōdē feſtiuā legimus: non quæ ad feſtum comparata ſit: ſed quæ iocunda & læta nam & feſtam frondem uocamus: quæ feſtis adhibet̄. Feſtū multi pro feſto accipiunt.

Venale & uendibile. Ca. cclxxiiii.

VEnale & uēdibile hoc hēnt differētiæ: ꝙ illud ſignificat rē uēditioni expoſitā: hoc eſt rē quæ facile pōt uēdi: Hæc domus eſt uenalis. i. ꝓſcripta uel expoſita uēditioni. Et hoc de Curione ſignificat Lucanus: cū dicit: Venali Cu rio lingua: id eſt p̄ciū: nō ueritatē honeſtatēq̄ ſequēs ex ſuæ linguæ facūdia. Ci. in Bruto: Hoꝝ ætati ꝓpe cōiūctus. L. Gelius nō tā uēdibilis orator q̄ ut neſcires qd ei deeſſet. Et in eodē. Nā populo nō erat ſatis uēdibilis p̄ceps quædā: & tū iccirco obſcura: q̄ſi pacuta: tū rapida & celeritate cætera oratio. Et alibi. Nā ut ſint illa uēdibiliora: hæc uberiora certe ſunt. Vēdibile dixit pro gratū: & qđ animos hoīum ſollicitet ritu rerū: quæ ad ſe alliciūt emptorē: hoc a uēdo uenit: illud a uæneo:

Sciens feci: & ſciēter feci. Ca. cclxxv.

SCiens feci & prudens feci, itē inſciens & īprudēs atq̄ ignorās feci: hoc eſt: ꝙ cū facerē aliqd: ſciui me facere: illud aūt ignoraui. At ſcienter feci idē eſt ꝙ cū ſcientia ac doctrina feci ſemꝑq̄ in laude eſt ſciēter qd feciſſe tum laudare: tū uituperare ſolemus pro rei q̄litate. Si ergo ſciēter facere ſemꝑ laudabile eſt: e diuerſo inſciēter facere ſemꝑ eſt uituperabile. Prudēter quoq̄ facere opus nimirū prudētiæ eſt. Imprudēter uero tū ſtulte: tū qđ imprudēter facere: ignorāter uero in uſu raro eſt: in cuius locū uelut ſuccedit per ignorātiā: & per imprudētiā factū per ſe: neq̄ laudi: neq̄ uitio dandū. Idē enim eſt per imprudentiā ſiue per ignorantiam feciſſe aliquid boni maliue: quod imprudenter ignoranterue feciſſe: quorū neutrum aut præmium meretur: aut pœnam.

Inter marinum & maritimum Ca. cclxxvi.

MAarinum piſcē dicimus & auem marinā: ac deum marinū: uel deā: uel nymphā marinā noiatim quoq̄ uitulū marinū: lupum marinum: turdū marinum: turturem marinū Præterea aquā marinā: caſum marinū: piculū marinū: ſonū fluctuū: aquam marinā: nō maritimā: nauē marinā: quod etiā nauē maritimā. Rurſus ora maritimā: gentē maritimā: res maritimas: bellū maritimū: nō transmaritimū: nō marinū. Itē hoiem: gentem urbem: triumphum transmarinum: non trāſmaritimum: Hoꝝ omnium hæc differentia eſt: ꝙ marinum uocatur quod incolit mare: aut ex mari eſt. Maritimū quod mare accolit: & ad mare eſt: uel ad mare fit. Trāſmarinum quia trans mare eſt. Transmaritimum enim foret: quod trans loca maritima eſſet: Idē ꝓprie quod mediterraneum.

Frequens: celebris. Ca. cclxxvii.

f Requētē locū dicimus quē frequētare multi ſolēt: ut urbs frequēs: oppidū frequēs: platea frequēs: ubi multi hoīes aut habitāt: aut diuerſant̄. Quādo āt de ꝑſona aut de re aīata loqmur duob⁹ mōis dicit̄: uel de ſola: ſic Sit melius frequēs ſpectator prœliorum: id eſt creber & aſſiduus: uel de turba ſic: frequēs populus: frequens ſenatus. i. copioſus & multus: & q dē cū noīe collectiuo in ſingulari: cū cæteris uero ī plurali: ut frequētes ciues: frequētes ſenatores hoc eſt multi & numeroſi. Verū tamē cū dico ſis frequens innuo actionē: cū dico frequens locus paſſionem. Ille frequētat: hic frequentat̄: cui ſimile eſt celebris ſemꝑ paſſiue poſitum tam ad rem q̄ ad ꝑſonam relatum. Locus celebris ꝙ celebrat̄: homo celebris: ꝙ cū honore celebratur & colit̄: ꝓpter qđ in hanc ducor opinionem: ut locus celebris ꝓprie ſit honoratoꝝ frequētia cultus: nō ita frequens neq̄ frequentia: quo nomine qualiſcunq̄ hominum multitudo ſignificat̄: quod ex uocabulo hinc ducto ꝓbatur: qđ eſt celebritas: quæ tum hominū cœtum honoratum declarat: tum dignationē

Ayuntamiento de Madrid

ipſam ad honorē. Quit. Ante oīa futurus orator: cui in maxima celebritate: & in media rep. uiuēdū
eſt: aſſueſcat iā a puero nō reformidare hoīes: neq; illa ſolitaria & uelut umbratili uita palleſcere. Ci.
Itaq; nos qui in maxima celebritate atq; in oculis quondā ciuiū uiximus: nūc fugiētes cōſpectū ſce-
leratoꝝ hominū: qbus oīa redūdant: abdimus nos & ſæpe ſoli ſumus: Idē in alterā ſignificationē.
Hac celebritate famæ cū eſſet iā abſentibus notus: Romā uenit Mario conſ. & Catullo. Quare im-
proprie: licet frequētiſſime dicit̄ locus celebris: an deſertus: q̄ſi cōtrarius ſit celebrē eſſe ab illo deſer-
tū eſſe: ubi. n. baiuli: aut aleatores: aut lenones: ſcortaq; eſſe cōſueuerūt: qs eū locū ꝓprie dixerit ce-
lebrē nō aliter q̄ celebrē meretricē aut nobilē: ut ſæpe legimus: & ſingularē improbitatē: & unicam
turpitudinē: ut in bonū: ita & in malū. Ferus & ferox. Ca. cclxxviii.

FErus homo qui animum ferinum obtinet: ut leones: urſi: lupi. Ferus qui præanimoſus
eſt & ad certandum cum altero: & ad uim alteri faciendam atq; nocendum.

Corporeus: corporalis. Ca. cclxxix.

COrporeum eſt exiſtēs ex materia atq; ſubſtātia corpea: & e diuerſo incorporeū ut lapis
eſt res corporea: uirtus īcorporea. Corporale uero exiſtēs in materia ſubſtātiaq; corpea:
& e diuerſo incopale: ut domus: fundus: mancipium: corpalia ſunt: nō corporea: legatū:
hæreditas: iura incorpalia ſunt: nō incorporea. Nanq; hic de qualitate agimus: quæ ineſt
ſubſtātiæ: ibi de ipſa ſubſtācia: quas res diligētius exequemur in dialecticis noſtris: & ſanitas: uires:
pulchritudo bona corpalia appellant̄: nō corporea. Præterea ut alia ratiōe hāc differētiā diſtinguā
corpeus & incorpeus nō niſi cum hoc noīe res aut ſubſtātia cōiungunt̄: aut ubi res ſubintelligit̄:
ut lapis eſt res ſiue ſubſtātia corpea nō autē eſt corporeus: uirtus eſt res incorporea: non autem uir-
tus incorporea. Omnia autem incorporea aut tanguntur: aut uidenrur: id eſt omnes corporæ res.

Laſſus: & laxus: lapſus: feſſus: defatigatus. Ca. cclxxx.

l Aſſum quod labore fatigatū eſt tam aīo q̄ corpe. Ideoq; ad ea demum ſpectat: quæ labo-
ris molaſtiā ſentiūt. Laxus uero magis ad inanimata: quæ ſunt lēta: mollia: flexibilia: nō
dura: nō rigida: ut laxi rudentes: laxi funes laxæ corde. Lapſus a labēdo: q uel corpe: uel
per tranſlationē aīo & opinione labitur. Feſſus idē quod fatigatus: ſiue animo: ſiue corpe. Defeſſus
defatigatuſq;: qui ita feſſus atq; ita fatigatus eſt: ut nō quærat amplius: & ſæpe a labore atq; icepto
qđ iſtituerat: deſiſtat: ut in Bruto Cic. Et ne defatigaret̄ orauiſſent. Et de ora. Profecto nunq̄ cōge-
ſcam neq; defatigabor anteq̄ illoꝝ ancipites uias rationeſq;: & pro oībus: & contra oīa diſputandi
percepero. Bonum: bonitas. Ca. cclxxxi.

b Onū generale nomē eſt: honeſta ꝑiter atq; utilia cōplectēs: ut bonū animi bonū corpis:
bonū fortunæ. Bonitas uero nō ut multi opinant̄: idē utiq; qđ bonū honeſtū ſed idē qđ
benignitas. A primo fit bonus uir bonus ſeruus bonus iudex. i. iuſtus & exequēs officii
ſui. Ab hoc bonus pr̄: bonus dn̄s: bonus deus: bonus Aeneas: hoc eſt benignus & clemens: quaſi
alterā iuſtitiæ ꝑtem eſſe cōſtituunt: uocātes eandē beneficentiā. Nam iuſtitiā ꝑtiūtur in duas ꝑtes:
iuſticiā quæ eſt ſeueritas: & beneficentiam: quā ego uoco bonitatē Ergo qui plane bonus eſſe uult:
planeq; iuſtus bis bonus ſit neceſſe eſt. Et hoc qdem ad uirtutē ꝑtinet. Eſt autē & alia bonitas: non
ex induſtria: ſed ex natura: tā homini: q̄ qbuſdā aliis rebus attributa. Cic. Quæ & bonitate naturæ
multi aſſequunt̄: & ꝓgreſſione diſcēdi. i. excellētia de dote naturæ Quinti. At in ſolo fœcūdo plus
cultor: q̄ ipa per ſe bonitas ſoli efficit: nō dixit plus bonitas cultoris: qui bonitas ſoli: qa excellēs cul-
tor: induſtria fit: nō natura naſcit̄. Nōnunq̄ tamē bonitas pro iuſticia ſiue honeſto accipit̄. Cic. de.
offi. iii. Cū. n. fidē alicuius bonitatēq; laudāt: dignū eſſe dicunt qui cū in tenebris mites Qui. in. xii.
Quod ſi mediocribꝰ etiā patronis cōuenit hæc quæ uulgo dicit̄ bonitas: cur nō orator ille qui nō-
dum fuit: ſed pōt eſſe: tā ſit moribus: q̄ diſcendi ꝑfectus uirtute: Nōnunq̄ etiā bonū accedit ad na-
turā uirtutis & bonitatis. Nā cū dicimus de æquo & bono de rigore iuſtitiæ & de ſumo iure loqui-
mur: ſed quaſi de bona æquitate. Lubricus. Ca. cclxxxii.

Vbricus locus eſt: in quo neq̄as inſiſtere: nec ingredi q̄les ſunt herbæ ꝑfuſe ſanguine: ut
l apud Vir. de Niſo: & Homerum de Oileo: Haud aliter hūectata marmora leuigata: lapi-
deſq; uel hūore cōſpſi. Terra glaciata: aq̄ gelata: pauimēta cæteraq; hmōi dicuntur. idem
per trāſlationē adoleſcētiā uocamus lubricā: in qua qui ſunt: uelut in glatie labunt̄. An-
guilla quoq; cōgrus murena ac ſimilia lubrica ſunt. Alio tn̄ mō uidet̄ Ci. dixiſſe lubricos oculos: &
imitatus eū Lactā. in li. de hoīs opificio: Ita. n. ait ille de natura deoꝝ: Sed lubricos oculos fecit &
mobiles: ut declinarent ſiqd noceret: & aſpectū quo uellent facile cōuerterent. Dicti ſunt oculi lu-
brici eo mō: quo a qbuſdā pes lubricus pro eo qđ eſt in lubrico. Ita oculi q̄ſi in lubrico poſiti ſunt:
ut uix queant cōſiſtere: q̄le eſt cū dicimus: Spargo humū floribꝰ: pro eo qđ eſt Spargo humi flores:
& ſterno lectū pallio: pro eo qđ eſt ſterno palliū lecto. Aequalis & æquabilis. Ca. cclxxxiii.

AEqualis qd ſit: notū eſt: ut in illo: Sintq; pares in amore & æq̄les: ſæpe accipit̄ pro coeta-
neo ſiue coæuo: ut Virg. Aeq̄lēq; ab humo miſerās attollit amicū: Ci. Ego Qu. Maximū
eū qui Tarentū recepit ſenē: adoleſcēs ita dilexit: ut æqualē: Et iterū Nec cū æq̄libus ſo-
liū: qui pauci admodū reſtāt: ſed cū ueſtra etiā ætate: atq; uobiſcū. Aeq̄bilis idē: q æqualis

Ayuntamiento de Madrid

in priore ſignificato:ut idẽ:Nõ ius æquabile ꝙ aliquid utilitatis haberet:accæpat.Iterũ:Et uox redu
citur in ſonũ quẽdã æquabileꝗ atqꝫ cõſtantẽ. Inter pfidũ & infidũ. Ca.cclxxxiiii.

PErfidus qui fidem uiolat.Infidus cui non eſt fidendum.Hoc a fido deſcẽdit:quod habet
primã longã:ſiue fido a fidus.Illud a fides:quod habet primã breuem.Ideoqꝫ hæc duo
adiectiua uario accentu efferuntur. Moratus:morigeratus. Ca.cclxxxv.

MOratus eſt qui moribus bonis eſt præditus.Morigeratus participium eſt ex morigero:
quod eſt morem gero.i.obſequor & obedio:Vnde morigerus:obſequẽs:obediens: &
facile morẽ gerens:qđ Accurſius nõ intelligens. Quid aũt intelligat: ſi ignorat quid ſit
morem gerere:pro gloſa ſcriptum reliquit.Soluat Apollo:quaſi enigma eſſet:aut Apol-
lo ſoluere enigmata ſoleret:magis q̃ ſoluẽda ꝓponere.Et alibi Primipilus inquit nomẽ græcũ eſt.

Proteruus:procax:petulans. Ca.cclxxxvi.

PRoteruus.ꝓcax:& petulans multũ ſimilitudis hẽnt:& quaſi aliud alio magis ĩcreſcit:tã
in factis q̃ in dictis.Tria hæc tũ quandã laſciuiã libidineꝗ declarant:tũ iniuriã.Nã & pro
teruã petulãtemqꝫ eodem loco de inhoneſta fœmina apud Ci.legimus pro Cælio Si ui
dua libere:ꝓterua petulãter:diues effuſe:libidinoſa meretricio more uiueret;ꝓteruã minore gra-
du q̃ petulãtẽ ſignificauit.Petulãs pro libidinoſo laſciuoqꝫ accipi notum eſt:ut petulãſqꝫ iuuẽta:&
Oui.Quinetiã ut poſſes uerbis petulãtiꝰ uti:Nõ ſemel ebrietas eſt ſimulata mihi.i.laſciuius ac licẽ
tius.ꝓcaces quoqꝫ meretrices legimus:q̃lis Bacchis terẽtiana.Cæterũ q̃a impudicæ mulieres:quæ
pudori ſuo quæ una dos fœminarũ eſt:non pcunt:ne uerbis quidẽ mordecibus ſimul & turpibus
pcunt:a ſeipis ſuiſqꝫ fœminis capiẽtes principiũ.Proteruia leuior quædã cõtumelia.Procacitas ma
ior.Petulãtia maxima.Cicero in Salu.Ne in idẽ incidam uitium procacitatis qđ huic obiicio Et ite
rum:Nõ enim ꝓcacitate linguæ uitæ ſordes eluuntur.Atqꝫ iterũ.Nam ꝙ iſta inuſitata rabie petulã
ter in uxorẽ filiãqꝫ meam inuaſiſti.Et iterũ in eadem:Deſine bonos petulãtiſſima inſectari lingua.
Deſine morbo ꝓcacitatis iſto uti.Salu.ĩ Ciceronẽ:Grauiter & iniquo aĩo maledicta tua paterer.M.
Tul.Si te ſcirem iudicio animi magis q̃ morbo petulantia iſta uti.Et iterum:Bibulum petulantiſſi-
mis uerbis lædis.Hæc eadẽ noĩa in factis quoqꝫ nõnunq̃ repiunt̃:ſiqs ambulans per impotẽtiã mẽ
tis obuiũ cubito feriat:aut contumelia ſibi cedere cogat:hunc proteruum dicimus.Et Virgili.Au-
ſtros ꝓcaces uocat:& ab eodem:Hædiqꝫ petulci Floribus inſultent:dictum eſt:ꝙ hædi ſoleant iniu
riam facere per animoſitatem quandam tranſcendendo ſæpes:& in alia loca penetrando:quæ iniu
ria petulantia eſt. Orbus. Ca.cclxxxvii.

ORbus quicunqꝫ aliqua re chara priuatus eſt.ꝓprie autẽ parẽs amiſſis liberis:quaſi amiſſa
luce oculorum.Vnde illud frequens parens liberoꝝ:an orbus:Et hinc orbitas quæ eſt il-
la qualitas patrum poſt amiſſos liberos:ut uxoris uiduitas poſt amiſſum maritum Quĩ.
de patribus in ipſos loquẽs pro uxoribus ait:Nõ habet orbitas ueſtra lachrymas ſuper
ardentes rogos Tenetis incõcuſſam rigidãqꝫ faciẽ.Cõtrarium huic eſt:cũ dicit̃ orbus quaſi orpha
nus:ut apud Terẽ.Orbe qui ꝓximi ſunt uxorẽ ducant.Et hinc orbitas apud.M.Tulliũ lib.iii.de ora
tore:quaſi orphanitas.Deplorauit enim cãm atqꝫ orbitatẽ ſenatus:cuius ordinis a conſule:qui qua
ſi parẽs bonus atqꝫ tutor fidelis ea deberet:tanq̃ ab aliquo nephario prædone diriperetur patrimo
niũ dignitatis.Cælebs tamen nõ tam qui caruit ſemper uxore:q̃ qui nunc caret:& inde cælibatus.

Diuturnus:diutinus:præcox:ſerotinus. Ca.cclxxxviii.

DIuturnus & diutinus nihil differũt.Vtrũqꝫ in bonũ & in malũ repit̃:& utrunqꝫ a diu ſiue
diutinus uenit.Sed unũ eo mõ format̃:quo a die diurnus:& a nocte nocturnus.Alterũ
quoqꝫ a ſero ſerotinus:a mane ſiue a Matuta:quæ eſt dea:matutinus:& ut aliq utunt̃:a
ueſpe ueſptinus.De diuturnus plurima exẽpla ſunt.De diutinꝰ apud Ciceronẽ:Per pauca ad Bru
tũ ſic ſcri.Libertatis deſiderio tædioqꝫ diutinæ ſeruitutis:Quĩt:Nõ ſic cõfundũt obuios grauibus
cathenis:colla ſtridentia:nec diutino ſqualore concreta facies.Quia dixi ſerotinus a ſero:uideor ſi-
gnificaſſe ſero pro ueſpere:nõ pro eo qđ tarde ſiue poſt tp̃s.Hæc.n.tria ſero ſignificat:quæ tamen
pene idẽ ſunt.Vana & uera ſignificatio eſt pro ueſpe:qđ eſt poſt occaſum:Altera quæ nunc naſcit̃
quæ eſt poſt tp̃s.Quod.n.poſt ſolis lucẽ eſt:id nere poſt tp̃s dici.Cice.Cũ accuſator Milonis iden-
tidem interrogans inſtaret:quo tp̃e Clodius eſſet occiſus:urbane reſpondit ſero:non tam horam
intelligens q̃ tardius occiſum:& poſt tp̃us quo debuiſſet occidi.Tertia ſignificatio eſt pro tarde nõ
pro tardius:ut apud Senecam in tragœdiis.Sero nos illa refert ſenectus:nemo ad id ſero uenit:un
de non q̃ cum ſemel uenit:potuit reuerti.Serotinus igitur tum a primo ſignificato quibuſdamꝰ pla
cet:uenit:qui dicunt horam ſerotinam:tum a poſteriribꝰ.Appellamus.n.ut præcoces uuas:præ-
coces ficus:præcocia poma:quæ ante legitimum conſuetũqꝫ tempus:ſiue cito matureſcunt.Ita ſe-
rotinas uuas:ſerotinus ficus:ſerotina poma:quæ poſt tempus legitimum conſuetumqꝫ cæteris po
mis uel tarde matureſcunt.Præcox quoqꝫ ingenium per tranſlationem dicimus:ꝙ nimis cito ma-
turitatem conſecutum:nimiſqꝫ cito uidetur adoleuiſſe:ideo ait Quint.Illud geniorum uelut præ-
cox genus:non temere unq̃ peruenit ad frugem.i.non fere unq̃ ad perfectionẽ tanq̃ ad frugem
fructumqꝫ peruenit:præcox quaſi ante tempus excoctum Huic ſimile ac diſſimile eſt præmaturus.

Ayuntamiento de Madrid

quod eſt anteq̃ ſit maturus:& ante maturitatē:ut ſegetes p̄maturæ:frumēta p̄matura:poma p̄ma-
tura.i.non dū matura:& per tráſlationē p̄maturus ſum militiæ:p̄matura ætas:p̄matura legatio:præ
matura allocutio:p̄matura poſtulatio.id eſt imatura:q̄q̄ maturū ip̄m in frugibꝰ ꝓprie dr̄:& id'uno
modo.In pſonis uero figurate:& hoc duobus modis.Vno ſic.Ego ſum maturus audiendæ philo-
ſophiæ.Tu es maturus rei militari.i.pfectionē tpis habeo ad hanc rem.Vnde ætas ſenilis uocatur
matura:quaſi oio pfecta:& tp̄s debitū aſſecuta.Altero ſic.Ego ſum homo maturus.i.pfectus mori-
bus:& in hac ſignificatione nō cōponit.Inde matureſco:maturus fio:& maturo maturū facio:uel
pficio:atq; feſtino:ut Vir.Maturate fugā.Cice.ad Herēniū.in ætate maturrima dixit:pro in ætate
feſtinatiſſima & mature pro cito.

Annuus. Ca.cclxxxix.

ANnuus eodem mō dicimus quo diurnus.Spacium diurnū:ſpaciū annū unius dei uniuſ-
ue anni Annuus quoq; quomodo quottidianus:febris quottidiana eſt:quæ ſingulis die
bus uenit.Ita apud Vir.Atq; annua magnæ Sacra refer Cereri.i.ſingulis annis.Et duo il
li epicurei philoſophi:annua febri quo die nati fuerāt:corripiebantur:qua febri mortui ſunt:atq;
eodem qdem die Dictū eſt ergo annuū quaſi āniuerſariū.Nā ut feſta:ſic febris qbuſdā:quorū etiā
Auguſtus fuit:anniuerſaria ſunt.

Capitalis. Ca.ccxc.

CApitale odium:quod caput &uitā petit alterius.Cic.Cū is tribunus plæbis capitali odio
a Quin.Pōpeio:qui tū erat cōſul:diſſideret:Itē capitale ſuppliciū:capitalis morbus qui
caput alterius petit.Capitalis autē hō:capitale uitiū capitale peccatū:nō qđ petat alteri-
us caput:ſed cuius caput:aut propter quod caput committentis peti debeat ad pœnam:ut idem
capitalis Et eocles uel potius Euripides.Et alibi fieri ait in ciuitatibus uitia capitalia.

Meritoria taberna. Ca.ccxci.

MEritoriā tabernā:diuerſorium atq; hoſpitiū mercenariū uocamus:quo cuiq; itroire licet
danti mercedē.Nā mereri mercede operari:laborare:atq; alteri inſeruire eſt.Ideoq; me
rere in militia eſt exerceri:ꝓprie tamen ſpe ſtipendii ac præmii:quod dicitur ſtipendia fa
cere Hic meretrices dictæ ſuam & ipſæ militiam exercentes:ac ſtipendia ſua facientes:& adiectiuū
meritorius meritoria meritorium:Vnde ſcorta maſcula:pueri meritorii uocant.Nam puellæ non
uocant meritoriæ.Quippe ꝓprium ſuum habentes nomē quod eſt meretrix.Quidam aiunt hos
pueros dici catamitos:quod mihi nō uidetur:ſed potius cōcubinos:meritorii nanq; ut meretrices
præcio merent.Cic.in Antonium:Ingenui pueri cum meritoriis:ſcorta cum matribuſfamilias uer
ſabantur:ingenuos liberos dixit.Meritorios ergo nō libero:quos magnos:qui ideo hoīes mercant
ut uendat cōmodare etiā abutendos præcio ſolet:ſiue illi dominoꝶ pmiſſu:aut ipſi ſuo iure pſtant:
appellamus corpus meritoriū tam puerū meritorium:q̄ meretricē.Rationem quoq; meritoriam:
quaſi uilem & male correctam.

Inſenſus:infeſtus. Ca.ccxcii.

INſenſus uehementer iratus & odiū gerens.Infeſtus uehemēter moleſtus atq; in aduer
ſum uadens:inde infeſtare incurſibus crebris moleſtia afficere.Et ſigna infeſta quæ in ad
uerſum tendunt:hoc eſt uexillia in hoſtem euntia:ut moleſtiam inferant.Moleſtare aūt
rarius repit:q̄ infeſtare.Modeſtinus iuriſcōſultus ait:Ab Aurelio Sempronio fratre meo neminē
moleſtari nolo.

Præſens:ad tempus. Ca.ccxciii

PRæſens nō modo:quod eſt huius tp̄is:ſed etiā alterius:ut Ci.Ego incolumitati ciuiū pri
mum & poſtea dignitati:ille præſenti potius dignitati:q̄ futuræ conſulebat:de mortuo
loqt.Ergo non nunc præſenti ſed tunc.Quin.de ipſo Cice.iā defuncto loquens:ait.Po-
ſtea uero q̄ triumuirali pſcriptione cōſumptus eſt:paſſim qui oderant:qui inuidebant:qui æmula-
bant adulatores etiā pſentis potentiæ nō reſponſurū inuaſerunt:pſentis potentiæ quæ tūc erat præ
ſens.Neq; in præteritum mō:uerū etiā in futurum:ut Hora.Hoc amet:hoc ſpnat:hoc pſens.in tp̄s
omittat.i.in ſuū tp̄s:ut dixi:& q̄do tp̄s rei dicendæ aderit:niſi accipiat pro in pſentiarū:ut idē.ii.car.
Lætus in pſens animus:qđ ultra eſt oderit curare:& amara lēto tempet uſu.Nihil eſt ab omni par-
te beatū.Præſens quoq; dicit ſubitus:& nō dilatus in alterū tp̄s:ut Vir.Præſenteq; uiris intētāt oīa
mortē.Iuue.Pœna tamē præſens.& præſens ultio:unde præſentiſſimū piculū:præſentiſſima medi-
cina & præſentiſſimū remediū:præſentiſſimū uenenū:qđ etiā præſentaneum uocatur.Præſentiſſi
mum qa ſtatim aut ſanat:aut occidit.Et quoniam ea quæ præſentē uim effectūq; exhibent:præſtā
tiora ac potentiora cæteris uident:ideo in hunc quoq; ſenſum accipi ſolēt.Vnde præſeus animus
dicit præſtans atq; excellens:& pſens remediū:pſenſq; uirtus.i.potens & in primis efficax.In rem
pſentē:nō tp̄s:ſed locū ſignificat:ut Cic.offi.lib.i.Vt ſi cōſtitueris cupiā te in rē præſentem eſſe uē-
turū.i.ad locū de quo cōtrouerſia eſt.Li.lib.xxxiii.Reſpōderi legatis utriuſq; ptis placuit miſſuros
ſe in Africam qui inter populū carthaginenſem & regem in re pſenti diſceptarent.Idem lib.xlviii.
Eodem anno inter populum carthaginenſem & regem Maſiniſſam in re præſenti diſceptatores ro
mani de agro fuerunt.Valerius Maxi.lib.vii.Qu.Fa.Labeo arbiter a ſenatu finiū cōſtituēdoꝶ iter
nolanos & neapolitanos datū.Cū in rē pſentē ueniſſet:utroſq; ſepatim monuit.Ad tp̄s duobꝰ mo
dis ſumit:uno ad cōditionē tp̄is:neceſſitatē.oportunitatē.Cic.pro Milone:Quā ad tp̄s aptæ ſimu
lationes.Quin.fingere nimirū ad tp̄s uidebor:& rē nimiū manifeſtam imprudenter complorare.

Ayuntamiento de Madrid

Altero ad ſpaciũ tpis:ut ſilebo ad annũ:latebo ad tp̃s.i.uſq; ad annũ & uſq; ad tp̃s quoddã:uel in tẽ
pus:ut Quin.Optimũ emẽdãdi genus:ſi ſcripta in aliqd tp̃s reponant:ut ad ea poſt interuallũ ue-
lut noua atq; aliena redeamus:idẽ uſq; ad aliqd tp̃s.Nã ſæpe ſubintelligit uſq;:ut idẽ.Neq; id uete
ribus romanis dedecori fuit:argumẽtũ eſt ſacerdotũ noie ac religione durãs ad hoc tp̃s ſaltatio:id
eſt uſq; ad hoc tempus. Stultus:fatuus:ſtolidus. Ca.ccxciiii.

s Tultus qui imprudẽs eſt & iprouidus.multiq; nõ incipiẽtes hoies aliquãdo ſtulte agũt.
Fatuus plane inſipiẽs eſt:tractũ eſt a ſapore ciboꝝ.Nã cũ illi nõ ſapiũt fatui dicunt:ita hõ
qui nõ ſapit:fatu' uocat.Mar.Vt ſapiãt fatuæ fabroꝝ prãdia betæ.O q ſæpe petet uina pi
perq; coquus.Melior huius uocabuli uidet hæc cã:q ea quæ qbuſdã placet:fatuos dictos qui furore
quodã:qlis uxor regis Fauni Fatua noie corripi ſolebat:futura p̃dicunt:ut illa faciebat.Stolidus eſt
qui p̃xime accedit ad naturã ſenſumq; pecudũ. Beatus fœlix. Ca.ccxcv.

Eatus qui rebus omnibus ad uitæ uſum ornatũq; ſpectãtibus abũdat.Ideoq; locupletes
b ſane homines beatos uocamus:ut apud Iuue.Vetulæ ueſica beatæ:& Cice.Sint floren-
tes:ſint beati & alibi.Crotoniatæ quondã cũ florẽt oĩbus copiis & in Italia cũ in primis
beati uumerarentur.Vnde apud inferos in helyſiis campis beati uocãtur:& a nobis qui
apud ſuperos uiuunt:ut pene iidẽ ſint fœlices & beati.Fœlicitas ac beatitudo:fœlices in qua oĩum
bonoꝝ cõpotes ſunt:& aliæ res pro ſua quoq; natura beatæ fœliceſq;:ueluti de uoce apud Qui.Or-
nata erit pronũciatio:cui ſuffragat uox facilis:magna:beata:flexibilis:firma:dulcis:durabilis:clara:
pura:ſecans aera:auribus ſedens:beata dixit pro eo quod eſt plena & p̃fecta:& alibi.Nã uocis q̃tã
in nullo cognoui fœlicitas. Mollis homo:molle opus. Ca.ccxcvi.

MOllis homo dicit & molle opus:hoc in laudẽ:illud in uitupationẽ.Vir.India mittit ebur
molles ſua thura ſabei.Idẽ:Excudent alii ſpirantia mollius æra.Credo eqdem uiuos du
cent de marmore uultus Quod nõ ſine ratione factũ eſt:Nã qui non fuerit ſeuerus:for-
tis:cõſtans:& in morẽ rei duræ patiens reſiſtenſq; fortunæ:uel aduerſæ:uel blãdæ:hic
mollis eſt:ſimilis cæræ:aut tenellis plantis:cũ præſertim qui mollicula mẽbrana habẽt fere molli
ſunt mẽte:ut pueri fœminæq;.Cõtra autẽ milites:nautæ agricolæ:ut corpe:ita aĩo idurati putant.
Hoc igit mõ mollis accipit in uitiũ.In laudẽ uero:q; ut durus cibus:durũ cubile:durũ ſolũ ita du-
rũ igeniũ:ueluti durus equus ad domãdũ:durũ igeniũ ad docẽdũ:& ut ſic dicã ſculpẽdũ:eadẽ ra-
tione molle dicet qd nõ eſt durũ:eritq; laudabile.Quin.de ſignis loquens inqt.Illius op̃a duriora
molliora huius Dicunt autẽ ſigna op̃a ſcruptilia:ſiue fuſilia:ſiue cætera ad eiuſmodi effigiẽ aĩaliũ fa
bricata:queãdmodũ tabulæ op̃a pictoꝝ.Siqdẽ in tabulis antiq pingebãt:nõ in parietibus.Hæc ta
lia magis dicent mollia quæ fiunt:q ingeniũ qd facit. Crudus. Ca.ccxcvii.

CRudus nocat nõ qui cibũ indigeſtũ habet in ſtomacho:ſed qui ægre difficileq; digeſtibi
lẽ:ex quo offendit:uel tanq nimio:uel tanq noxio:ut Ci.de Roſcio:q; in ſcænã nõ ueni-
ret:q; eẽt crudior:Et Qui.Crudo oratori declamãdũ nõ putat.At cibo idigeſto fere &
otamus:& negotia agimus:uel magis q digeſto.Siqdẽ digeſto & mordificato cibo ite
rũ refici malumus:q cætera facere.Appellamus autẽ hominẽ crudũ p̃ſertim qui eſt truci aſpectu:
& eius aſpectu oculi nr̃i offendunt:ut ſtomachus cruditate cibi:uel q; facies crudũ habẽtis aĩum in
ſuauis & fœda eſt:ut facies cruda ſtomachũ hebentis:ſiue crudum cibũ in ſtomacho.Eſt etiã crudũ
idẽ qd recens.Vnde crudus dolor:crudũ uulnus:& recrudeſcere dolor ac uulnus dicit:qſi renoua
ri.Et cruda poma dicimus:quæ nõ ſunt matura.Cicero:Poma quæ cruda ſunt:ui auellũtur:quæ au
tẽ matura & cocta:decidunt. In diẽ indies:in horã & in horas. Ca.ccxviii.

IN diẽ aliud multo eſt:q indies:illud plerũq; cũ hoc nec uerbo uiuit iũgit:ut Quin.Non
ut fere uolucres præſentis mõ cibi memores in diẽ uiuũt Duraturus hyemi reponere ui
ctus.Aliquãdo ſed raro cũ alio uerbo iũgit:ut Salu.Panẽ in die mercari:qſi dicat p̃ſen-
tis diei habere rationẽ:nihilq; cogitare de craſtino:Indies eſt idẽ qd quotidie:ſed p̃prie
cũ quodã incremẽto.Ideoq; plerũq; cũ cõpatiuo:ut cũ indies malũ arctius p̃meret.Et cũ in urbẽ in-
finitũ malum ſerperet:idq; manaret indies latius etiam ſine comparatiuo:ſed tñ per uerbũ ſignifi-
cãs incremẽtũ:ut Liui.Creſcente indies multitudine:ſed quottidie:aut indies magis:cũ tamẽ lice-
at ſuperiora exẽpla dicere per quottidie:Cũ quottidie malũ arctius p̃meret:& cũ in urbẽ infinitũ
malũ ſerperet:idq; manaret quottidie latius:& in ſingulos dies:ut Cic.ad Atticum.Quottidie uel
potius in dies ſingulos breuiores litteras ad te mitto.i.nõ modo quottidie breuiores:ſed etiam in
dies.Nã hæ quottidianæ litteræ ſunt breuiores his:quas antea mittere ſolebã:quæ poterãt eſſe oẽs
pari breuitate.Atq; hæc quæ indies ſingulos:ſiue in dies mitto breuiores:tales ſunt:ut hodiernæ
ſint breuiores heſternis:& craſtinæ hodiernis:& perẽdinæ craſtinis:& ita aſſidue & peſtilãtia indi-
es fit maior:& quottidie fit maior.Sic poſſunt uideri hæc duo differre:q; in hoc poſſunt hodie ſup
numerũ heſternũ deceſſiſſe quattuor:cũ heri deceſſerint decẽ ſupra numerũ eoꝝ:qui deceſſerit de
ceſſerãt nudiuſtertius:Nõ ita in illo:ubi ultimus quiſq; dies maxime icreſcit:ut ſi nudiuſtertius de
ceſſerunt duodecim:heri quattuordecim:hodie neceſſe eſt decedant ſaltẽ decẽ & ſeptẽ:cras ſaltẽ
unus &.xx.p̃endie ſaltẽ ſex & uigiti.Eãdẽ differẽtiã habent in horã & in horas:quã in diẽ & indies.

Ayuntamiento de Madrid

Cice in philip. Hæc qui in horã uiuunt non modo de fortunis & bonis ciuium: ſed ne de utilitate
qdẽ ſua cogitauerunt. Vir. Gallo cuius amor tãtũ mihi creſcit in horas: Quantũ uero nouo uiridis
ſeſe obicit alnus. Siqs autẽ idies & in hora: ſiue in dies ſingulos & in horas ſingulas: ſine illa exacta
ratione incrementi accipe uelit: nõ denegãdum ſibi hoc puto. Propediẽ eſt quaſi ꝓpe eſt dies: qdo
hoc fit. Cic. Et præſens ꝓpediem: ut ſpero: & dum aberis abſens loquar. Eodẽ modo quo dicimus
ꝓpemodum: quaſi prore menſuram: quod accipitur pro pene: ſiue prope cum eſt aduerbium.

¶ Laurentii Vallenſis libri elegãtiarũ linguæ latinæ quarti finis: eiuſdẽ qntus. Et primo ꝓœmiũ.

TErtius iam prope mihi & quartus annus agitur peregrinanti ſemper: & per omnia
maria terraſq; uolitanti: proxima etiam æſtate & quidem totam militiam experto
quod utrum honeſtiore: an magis neceſſaria cauſa fecerim: haud equidem ſcio. Il-
lud tamen uel me affirmante indubitantum cunctis eſſe nõ ambigo: quæ maxima
atq; adeo ſola ſtudiorum præſidia ſunt: ea mihi omnia de fuiſſe litteratorum cõſue
tudinem: librorum copiam: loci oportunitatẽ: temporis ocium: ipſam poſtremo
animi uacuitatem. Quorum ſingula cum plurimum incommoditatis afferant: dũ
deſun: quid tandem putandum eſt uniuerſa de fuiſſe: tam etſi repugnauimus aſſidue: & quoad licu-
it: neceſſitatibus reluctati ſumus. Interq; nauigandum perregrinandum: militandum frequenter
ad ſtudia reſpeximus: ita ut ſi nihil lucri in litteris quod optabamus: certe quod proximum eſt: ni-
hil damni faceremus: quod ſi non contingit iacturam hanc multarum rerum noticia: quas uel uidi
mus: uel ſumus experti: fortaſſe penſabimus. Hac enim præcipue uia Homerus informãdum eſſe
uirum ſapientem præcipit Vlyxis exemplo: ita nãq; odiſſeam inchoat Dic mihi muſa uirum captæ
poſt tempora Troiæ: Qui mores hominum multoꝶ uidit & urbes. Quanq̃ quid tergiuerſamur:
quid blanda aut inani excuſatione nos fallimus qualeſcũq; redierimus: nihil tamen quo dotem fi
liæ iam me abſente adultæ ampliare queamus attulimus: & collocandi tẽpus eſt: ſatiuſq; multo q̃
primum nuptui dare: q̃ diutius cuſtodiẽdo pudititiæ ꝑiculum adire. Mira. n. eſt puellæ: uel proco-
rũ uel amatoꝶ multitudo. Ipſa quoq; teneri amplius nõ uult. Et qđ me ualde ſollicitũ facit: alios ma
gis incipit amare: q̃ patrẽ. Quare nõ uacat cõparare plura: quo ſplẽdidius ac magnificẽtius colloce
mus Sex nãq; talẽta: quæ ante ꝓfectionẽ noſtrã parata ac repoſita erãt: in dotẽ dabimus. Quod cũ
ſatis eſſe debet: tñ plus eſt q̃ qđ multo poſthac tpis acceſſione addicere poſſemus: & certe ſimilia im
pedimẽta: ut de morte taceã: extimeſcenda ſunt: ne forte qđ dii omẽ auertãt: uel abſente patre: uel
mortuo: filia ut quæ ea ætate atq; adeo ea mẽte ſit: ꝓſtet. Sufficiant igiẽ huic opi quattuor ſupiora
uolumina: qntũq; hoc de uerbis: antecedẽte ſexto de notis auctoꝶ. Quod ſit etiã plura: ſcribẽdi fa-
cultas tẽpuſue ſuppeteret: neſcio an finiẽdũ putarẽ: cũ ſciã ea quæ uel optima atq; pulcherrima ſunt
niſi cõpẽdii gratia iuuenẽ: ut põtificales olim cœnæ: lõgitudinis faſtidio laborare: ſimulq; huius de
qua loquor materiæ neminẽ. de prudẽtibus loquor: uniuerſum corpus aggredi eſſe auſum: ſuã ſi-
bi unuſqſq; ꝑticulã ad ſcribẽdũ delegit: ſiue ne lõgiore ope legẽtibꝰ faſtidiũ moueret. Quod. n. uo
cabulũ nõ ſuã habet in ſignificãdo elegãtiã: Siue immẽſitatẽ infirmitatẽq; uoluminũ ueritus. Qui-
bus rebus me quoq; moꝶ fuiſſe fateor: tũ mea ſpõte tũ illoꝶ exẽplo maxime: ne ſemp impfectũ: ne
ſemp iclusum habere: ne ſemp afflagitãtibus opus negare uideamur: nene qbus obſequii: & a qbꝰ
laudũ ſuffragia nanciſci cupimus: eiſdẽ iuſtæ querelæ iuſtæq; uitupationis materiã ꝓbeamus. Cum
eo ꝙ inſidiatores ac fures re exptus: ut. ii. lib. dixi: cauere debeo: quos nunc multo plures eſſe ac fo-
re amici oſtẽdunt: quæ cauſa Priſciano: ut ipſe teſtaẽ: fuit: ut feſtinatius opus illud de arte grãmati
ca ederet: hac eadẽ nos cauſa & cæteris quos enmerauimus: ſumus adacti: nõ modo ut feſtinãtius
libros noſtros: uerũ ut pauciores ederemus. Et illi tantũ æmuloꝶ inſidiæ nocebant: mihi etiã ꝑter
cætera fautoꝶ atq; amãtiũ ſtudia nocent Tradaẽ ergo aliq̃do uiro puella cõtẽta hac q̃tulacunq; eſt
dote. Nõ. n. formoſam eſſe credibile eſt: quæ maritũ niſi magnitudine dotis cõciliante nõ iuenit:
uirgo ꝑſertim. Maritũ aũt puellæ cœtũ litteraꝶ itelligimus: a quo ſanctitatẽ uxoris pudorẽq; & cu
ſtoditũ eſſe cupimus: & cuſtodiri debere teſtamur. Sed ꝓmiſſam uerboꝶ ſignificationẽ: cuius hoc
libro locu ſeſt: deſcendamus.

Diſco: ediſco: dediſco. Ca. ccxcix.

DIſco & ediſco manifeſte differũt. Nã diſcere ẽ ut intelligas. Ediſcere uero ut memoriter
cõplectaris. Ideoq; capitulũ Quin. quod inſcribiẽ de ediſcendo: ita icipit. Illud ex cõſue-
tudine mutãdũ ꝓrſus exiſtimo in his de qbus nũc diſſerimus ætatibus: nec oĩa quæ ſcri-
pſerit ediſcerint: & cætera ut moris eſt: dediſcãt. Dediſco qđ didici: obliuiſcor. Dedoceo
te: ꝙ doctus es oſtendo falſum eſſe docẽs qđ uerũ eſt: ut apud eundẽ in. ii. Et qdẽ prius ac difficilis
opus dedocendi: q̃ docẽdi. Illud quo qdam utunẽ: inſtruo: q̃le eſt inſtruã te in uia ac qua gradieris:
nobis apud idoneos auctores incõptum eſt. Dicimus. n. inſtruo claſſem: inſtruo aciem: inſtruo cau
ſam inſtruo militẽ: nõ autẽ diſcipulũ aut mentẽ alicuius: niſi eo modo quo inſtruimus ea quæ dixi:

Excogito: reperio: offendo: nactus ſum. Ca. ccc.

EXcogitate eſt per cogitationẽ inuenire: idq; ad res tantũ incorporeas ꝑtinet: ut excogi-
taui argumenta: rationes: figuras: cauſas. Eſt igiẽ excogitare cõſilii: repire uero fortunæ
ut Ouid. Tu nõ inuenta repta es. Sed iam uſus obtinuit: ut idẽ ſit repio quod iuenio. Eſt



Ayuntamiento de Madrid

autē īuenire uel conſilio:uel caſu:ſiue corporea:ſiue īcorporea rēpire.Offendo fere qđ repio:neq;
ſolum reuertēdo:& ad ſtatū rerū uel priuatarū:uel publicarū ptinet:ut offendes remp.pturbatā cō
filiis nepotis mei:uerū etiā ſine his:ut idē Cice.Sed tamē nemīnē tā maleficū offendi:qui illum ne/
garet Antonii dignū ſenatū.Nactus ſum etiā pro inueni:ſiue reperi frequēter accipit̃:ut idē in pa
radoxis.Eū tu hominē terreto:ſiquidē nactus fueris iſtius mortis aut exilii minis.Et de ſenectute:
Vitis quidē quæ natura caduca eſt & niſi fulta eſt:fert̃ ad terrā eadē ut ſe erigat clauiculis:quaſi ma/
nibus quicqd eſt nacta:cōplectitur. Deſipio:deſipiſco:reſipiſco. Ca.ccci.

DEſipio ſiue deſipiſco ſignificat uel qđ aliqd a cōmuni ſenſu ſapientiaq; minus habeo:uel
quod a meo ſenſu deſtituor:qđ fere uitiū aut ex ætate uenit:aut morbo:aut amore:aut
timore:aut ſimili aliquo affectu:cuius contrarium eſt reſipiſcere:& ſenes qdam iam de/
mētes nunq̄ reſipiſcunt.Cæteri autē reſipiſcere.i.ad priorē mētis ſtatū:uel ad meliorē
mētē redire ſolēt.Ter.Multo oīm nunc me fortunatiſſimū puto eſſe gnatæ:cū te ītelligo reſipiſſe.

Prohibeo:inhibeo. Ca.cccii.

PRohibeo uel generale nomē eſt:uel ante rē īceptā.Inhibeo autē re iā īcepta:illud uetat:
neqd facias:uel neqd īcipias:hoc ne pergas ire.deſiſtaſq; ab īcepto.Virg.Quod genus
hoc hoīum:quæue hūc tā barbara morē pmittit patria:hoſpitio ꝓhibemur harenæ.Idē
Parcite iā rutuli:& uos tæla inhibete latini. Vtor & fruor:fungor. Ca.ccciii.

VTor & fruor apte differunt:ſed nō ea ratione qua qdam uolunt:oīa ſua impitia cōfundē
tes:qui aiūt uti nos humanis frui uero diuinis:imo & diuinis utimur & humanis frui/
mur.Quis.n.mihi uſum diuinoꝝ īterdicat:qs rurſus uetet me frui rebus meis:labore &
īduſtria paratis:aut qs dicat me frui ſacris:cū in foꝝ uerſor uſu atq; adminiſtratione:Vel qs neget
cū uoluptati opando:frui me his rebus:unde capio uoluptatē:Quod ſi dicerēt debere nos frui re
bus diuinis:uti uero humanis:q̄q̄ ne in hoc qdem illis accedo:fortaſſe audirē.De rebus.n.non de
uerbo diſputarent.Nunc uerbū exponunt:nō res:ſed hoc cū ſua imperitia:& qđ fœdius eſt:cū pti/
nacia relinq̄mus.Vti igit̃ eſt alterius rei gratia:frui nullius:ſed ut ſic dicā ꝓpter ſe in illo intereſt in
hoc meta:hoc alterius finis:ad quē illud tendit qui hoc habet:qeſcit & cōtētus eſt qui utit̃ nunq̄ cō
tentus eſt:ſemp ulterius tendit.Ideoq; reprehenſus eſt Hannibal:qui cū poſſet uti cānenſi uictoria
frui maluit.Vtor armis:utor domo:utor libris:utor ſtudio:diligentia opa:ꝙ ex hoc poſtea emolu/
mēti aliqd boniq; cōſequar.Fruor bonis meis:fruor tuo aſpectu:tuo allogo:tuo cātu:hoc eſt dele/
ctationē uoluptatēq; pcipio ex hac re:atq; ex huius rei uſu.Nōnūq̄ eadē reduo pariter hic utit̃:ille
fruit̃ ut ſi aliter ad focū ſedeat ſanitatis cā:aliogn id nō facturus:alter uoluptatis:hic nō tēdit ultra:
ſed apud finū ipſum qeſcit.Ille nō cōtentus pſenti cōditione ad ulteriora tēdit:q̄lis Hānibal:ſi fuiſ/
ſet:nec tam pſenti uictoria reqeſcere q̄ pgredi maluiſſet Nō.n.Adherbal ſcire uincere:ſed uictoria
uti neſcire dixiſſet.i.qa frui illa:q̄ uti maluerat.Dicimus tamē nōnunq̄ utimur pro fruimur.Vere/
cōdiæ cuiuſdā cauſa:ut utor pane triticeo:utor palmulis utor ficis:quaſi uiuēdi potius cā edamus:
q̄ edendi cauſa uiuamus.Deniq; frui eſt delectationē capere ex utendo.Itaq; in idē recidunt idēq;
efficiunt frui:delectari:uoluptatēq; cape:quo fit:ut nō fuerit cā cur recētiores hoc ſolum uocabu/
lum frui unde uenit fruitio:ſolis rebus diuinis dare uoluerit.Habet.n.hoc uerbū duo ſupina:frui/
tum & fretum:eoꝝ primum uix in uſu eſt:niſi apud eos qui uerboꝝ nouitatibus:& gaudent:& glo
riant̃.Secundū ſignificat cōfixus:ut fretus fortaſſe familiaritate quæ eſt ei tecum:auſus eſt cōfite/
re.Adiungimus autē atlerū uerbū etiā ad pſonā:de utor dico ſignificatq; cōuerſor:ut opa tua utor.
Idē Cic.ad Celiū:Fabio uiro optimo:& hoīe doctiſſimo familiariſſime utor.Et inde fit uſus:ut uſus
fuit mihi tecum.i.cōuerſatio familiaris & cōſuetudo.Quin.Mulierē cū qua longa cōſuetudo ſeu
lōgus illi fuerat uſus.Atq; qa ſolemus aliq̄ re ideo uti:ut ex ea fructū pcipiamus:factum eſt ut dica
mus uſum pro utilitate & fructū tā in plurali q̄ in ſingulari:quorū exēploꝝ plena ſunt oīa.Fungor
autē idē eſt quod offiū munuſq; ago:ut fungor magiſtratu:fungor ptura:fungor legatione:fūgor
officio delegato:fungor munere iudicis.Fungor uero uita qđ fungor officio uitæ:& munere ad/
miniſtrādi gubernādiq; corpus:munere inq̄ aſſignato nobis ab impatore deo.Inde defunctus eſt
uita.i.finiuit officium uitæ Virgi.O tandem magnis pelagi defuncte piclis.T.Liui.Defuncta mor/
bis corpora ſalubriora eſſe incepere:defunctus piclis:ꝙ finita ſunt picula:& defuncta morbis cor/
pora:ꝙ finiti ſunt morbi corpoꝝ.Legimus etiam defunctus morte:id eſt mortē finiuit.De potior
autem dixi alio libro. Sto ſedeo.ſiſto:ſtator. Ca.cccііii.

STare eſt non ire in his duntaxat:quæ eunt ſine pedibus:aut quæ erecta nō ſunt:ut nauis
ſtat:flumē ſtat currus ſtat:ſol ſtat:unde ſolſtitium & iuſtitium:qa ius ſtat forūq; eſt clau/
ſum.Anguis etiā:& piſcis:& lacertus:& auis in aere ſtāt.Quædam e diuerſo quæ recta
ſunt:dicuntur ſtare:q̄diu non cadunt.Sed hæc fere ſunt inanimata:ut arbor ſtat:ſimulacrū:domus
ſtat:columna ſtat:Quædam uero dicūtur ſtare:niſi nec eant:& recta ſint:ut homo:equus:uolucris
ſtat nāq; homo cum ſedet:& equus cū recūbit:& auis cum cubat:nō ſtat:nec tamen eunt.Illud ta/
men notandum aliter dici ſedere de hoībus:aliter de auibus.Nam cætera non ſedent:niſi ſimia &
aliqd ſimile.Ipſum uero ſedere auium:eſt in loco altiore eſſe:ut paſſer ſedet in tecto:hyrundo ſedet

Ayuntamiento de Madrid

in ptica:comix ſedet in arbore:nec recte dixeris ſtat in arbore:ſed tali potius quodãmõ cornix ſtat
non cubat. Vir. Alitis in puæ ſubitam conuerſa figuram. Quæ quõdam ĩ buſtis aut culminibus de/
ſertis. Nocte ſedens ſerũ canit importuna per umbras. Quin. Vt ſi quæratur an ſit credibile ſup ca/
put Valerii pugnãtis ſediſſe coruũ:qui os oculoſq; hoſtis galli roſtro atq; illis uerberaret. Deniq; eo
dem modo dicitur auis ſedere ſup rem quãpiam:ut homo ſup equum aut iumentum nõ dicit̃ ſta/
re aut manere:ſed ſedere quocunq; modo:aut quocũq; corpis habitu geſtuq; compoſitus ſit. Side/
re autem a ſedere multum diſtat. Eſt.n. ſidere deorſum deſcẽdere:peſſumq; ire. Vir. Sedibus opta
tis gemina ſup arbore ſidunt.i.ab alto demittunt̃:unde deſido:ſubſido:ut idem. Subſidere ualles.
Et iterũ. Subſidit dubius. Nam ut ego ſentio:a ſedeo præteritum mutuatur. Inde inſido quoq; inſe
di:& reſido reſedi:aſſido aſſedi. Siqdem aſſidere eſt apud aliquem ut ægrotũ:ut regem ſedere. Cũ
.n. Salu. inqt. Conſul poſtq̃ aſſedit:magis ab aſſido q̃ ab aſſideo pteritũ:hoc eſſe ſignificatio põt eẽ
documẽto. Vt aſit a ſedeo diſtat a ſido:ita a ſto ſiſto:ut ſiſte gradum:ſiſte fugam:ſiſte lachrymas .i.
fac ſtare gradum:ſtare fugam ſtare lachrymas:atq; ut illa ſupiora idem præteritum habent:uel alte
rum ab altero mutuum ſumi:ita hæc duo idem ſupinum:uel ſiſto a ſto: uel ſto a ſiſto accipit:quod
eſt ſtatũ:unde ſit ſtator:quod magis a ſiſto q̃ a ſto deſcẽdit:ob idq; Iuppiter ſtator uocatus eſt: qui
Romulum orantem ut fugam ſuoꝝ ſiſteret:audiuit. Quare neſcio cur Hieronymus aduerſus Ioui
nianum dixerit: offendet Iouem ſtatorẽ: qui libẽter ſederit:quaſi Iuppiter ſtator a ſtãdo dicat̃: nõ
a ſiſtendo. Nimrũ oblitus hiſtoriæ eſt:ut ſup Ionam fabulæ: ubi ait. Ex Ioppe Iudeæ portu Andro/
medam a Perſeo liberatam:in quo coꝝ manifeſtus eſt error:qui cũ legant ꝙ Ionas ſurrexit:ut fuge
ret in Tharſum. & uenit Ioppẽ. opinatur hanc eſſe Andromedæ urbem. cũ ſit Indiæ ciuitas Thar/
ſis unde illa fuit:ut ipſe quoq; Hieronymus meminit:Ouid.li.i.de arte amandi:Andromendẽ Per
ſeus nigris portauit ab indis. Et Sopho ad Phaonem. Cãdida ſi nõ ſum rapuit cepheia Perſeum An
dromedæ patriæ fuſca colore ſuæ. Eadem obliuio eiuſdem fuit: ꝙ gallos matris deũ in oſææ ait eſſe
ex gente galloꝝ:qui a romanis ob ignominiã illius nationis uindice animo effœminant:cum a græ
cis hoc antea & tunc fuerit factitatum. Siſtere etiam dicimus pro repræſentare: & pſentia corporis
exibere: dictum ab eo quod nõ tantum comparere quis debet:niſi & mãſerit:unde de iudicio ſiſti:
hoc eſt deſiſtendo aliquem in iudicio. Ci. Ad atticum:Des opam id quod mihi affirmaſti:ut te ante
calendas ianuarias:ubicũq; erimus ſiſtas. Et hic ſtator nũcius:tabellariuſue cõſulis. Idẽ de offi.li.iii.
Vas factus eſt alter eius ſiſtẽdi:ut ſi ille nõ reuertiſſet:moriẽdũ eſſet ſibi Vir. Et patrio te limĩe ſiſtã.

Appeto:expeto. Ca.cccv.

APpeto cum affectu:expeto cum ratione. Appeto qualiacunq;. Expeto honeſta: planeq;
bona. Vnde de rebus expetendis ſcripſere philoſophi:quæ.ſ.peti debent:non autem de
appetendis. Ex quo deriuatur appetitus:qui immenſa & immoderata cupiditas dicitur.
Quare qui dixit. Omnia bonum quoddam appetere uidetur: mallem dixiſſet expetere.

Vendico:uindico. Cacccvi

VEndico idem eſt:quod ut ſic dicam:approprio ac meum eſſe dico: Quin. Circo uſitatũ
nomẽ pœni ſibi uendicant. Et iterũ. Ruſticus petit partem bonoꝝ:orator totum ſibi uẽ/
dicat:& fere hoc uerbum poſtulat datiuum:& hunc frequentiſſime ex pnominibus pri
mitiuis:ut ego hũc agrũ uẽdico mihi tu uẽdicas tibi frater uẽdicat ſibi. Vindico ulciſcor. unde uin/
dicta:quotiẽs iniuriã contumeliãue illatã punio. Interdũ uĩdico idem quod ab iniuria:cõtumelia/
ue:ſiue iactura faciendo defendo: Cic. pro. M. Marcello. Nobiliſſimamq; familiam iam ad paucos
redactam pene ab interitu uindicaſti. Idem de ſenectute. Et ſenectus natura loquatior:ne ab omni
bus eam uitiis uidear uindicare:uitiis id eſt uituperationibus: quẽadmodum criminibus pro cri/
minationibus. Dicimus uindicare libertatem:aut ſeruitutem:quaſi aſſerere in libertatem. aut in ſer
uitutem. Non ut quidam uolunt:uendicare:ut Liui.li.xxiii. Intermori uehemẽtioribus q̃ quæ pati
poſſit remediis ciuitatem ſinere in ipſa uindicta libertatis perituram. Et in primo. Iudici pecunia ex
ærario libertas ac ciuitas data. Ille primũ dicitur uindictam liberatus quidam uindice quoq; tractũ
ab illo putant. Vindicio ipſi nomen fuiſſe. Ego neſcio an uendico reperiatur:ſed tantum uindico.

Explodo:complodo:ſupplodo. Ca.cccvii.

EXplodo non tantum ſignificat eiicio:ſed eiicio manibus: & quidem cum ſono pulſanti/
bus:qualiter quempiam e domo:e theatro:ex aliquo conſilio iniectiõe manuũ atq; pul/
ſatione eiicimus quod apparet ex aliis a plodo compoſitis: complodo & ſupplodo. Eſt
enim complodere aduerſas manus inuicem collidere: qđ fieri pluribus de cauſis ſolet:
uel ad teſtificãdum more fœminarum dolorem: uel præ gaudio:uel per ſubitã admirationem uel
ſi quæ ſunt aliæ cauſæ Supplodere eſt pedem terræ incutere:quod interim ſolet in oratore laudari.
Itaq; cum dicit Cicero. Quoniam Pyrrhonis. Ariſtonis & Erili iampridẽ exploſa ſentẽtia eſt:appo
ſitiſſimo uocabulo ut ſemper eſt uſus. Non enim dixit eiectam ſenteutiam eo modo: quo cætera
eiiciuntur:ſed quaſi pulſatione manuum tanq̃ ipſi illi huius ſententiæ auctores e cœtu ab ipſo cœ/
tu iniectis in eos manibus eiecti ſint ut apertius alio loco indicat:hiſtrio ſi paulum ſe moueat extra
numerũ:aut ſi uerſus pronunciatus eſt una ſyllaba breuior: aut longior exhibilatur & exploditur.



Ayuntamiento de Madrid

Dico:dicto:dictito:aduento: uentito:uectito. Ca.cccviii.

Dicere proprie eſt oratoꝝ.& eleganter facundeq; loquentium.Quint.lib.x.Nam mihi ne dicere quidem uidetur:niſi qui diſpoſite:ornate:copioſe dicit.Cice.de offici.Vt nõ mo do litterarum græcarum rudes:ſed etiam docti aliquantulũ ſe arbitrentur adeptos: & ad dicendum & ad iudicandum:id ẽ in oratoria arte & philoſophia.Omnes fere codices habẽt diſcendum pro dicẽdum:qđ exẽplum ideo ſubieci potiſſimum:ut uulgus emendarem.Vnde dictio uocatur oratoria & facunda oratio .Nam ab illo generali huius uerbi ſignificato fit dictio: quæ eſt uocabulum ſiue uerbum.Ex ipſo uerbo dico duo frequentatiua oriuntur:dicto & dictito .Sed poſterius potius frequẽtatiuum eſt:quod idem eſt quod frequentibus temporibus:frequẽtibuſq; locis dico & narro.Alterum autem eſt quod dico:ſi id alter' ſcribens accipiat: & manu ſtiloq; notet: ut Cicero ad Atticum quadam epiſtola teſtatur ſe illam nõ ſcripſiſſe:ſed reparandi lateris gratia ob ambulantem dictitaſſe.Et Quin.Delitias dictandi appellat ſentiens delicati:nõ laborioſi eſſe dictare:nec accurate dictando ſcribi.Ita ducta ſunt dicto:& dictito:a dico:ut uentito & aduento a uenio & eadem pene ratione ſignificant.Nam uentitare eſt frequenter uenire:aduentare uero proximũ eſſe ueniendo.Victitare autem eodem modo dicitur:ſignificatq; non frequenter uiuere ſed ueſci & quaſi uictu uti:ſiue tali genere uictus frequẽtiſſime:& fere ſemper uti :ut ſarmatæ uictitant lacte Dictum & dicta de omni ſermone intelligũt: ſed ſpecialem quoq; ſignificationẽ habẽt pro dicaci ſermone:unde dicta eſt dicacitas:quã Quin.ita diffinit dicacitas eſt ſine dubio a dicẽdo:q̃ ex omni genere cõmuni ducta eſt:ꝓprie tamẽ ſignificat ſermonẽ cũ riſu aliquo inceſſentẽ.Ideo Demoſthenẽ urbanũ fuiſſe dicũt:dicacẽ negãt.Dicacitas igiť:ut dicebã:ſermo cũ riſu aliquos iceſſens dictũ uocať:qđ græce diciť σκομμα:q̃le eſt Ci.Niſi fortaſſe iure germanũ Cimber occidit:Germani quos frãcos nũc dici Hieronymus ait:& cimbri nationes ſunt olim ĩter ſe diſſidẽtes.Ci.autẽ de quodam cui nomẽ erat Cimber:a quo frater occiſus eſt: loqť captãs riſum ex hac ipſa ambuiguitate ſermonis .Et illđ terrẽtianũ Thraſonis in adoleſcẽtulũ ꝙ Gnato uetus dictũ crediđiſſe ſe ſimulat .i.ueterem faceciã:ac uetus riduculũ. Tute Lepus es & pulpamẽtũ quæris. Valerius Mar.ad Domitianũ. Cõſueuere iocos ueſtri quoq; ferre triũphi.Materiã dictis nec pudet eſſe ducẽ.Qualia autẽ ſint dicta:quæ in ipſum triũphãtẽ milites iaculari ſolebãt:illđ qđ Cæſari dictatori fuit decãtatũ:erit exemplo.Cæſar triũphat qui ſubegit Gallias. Nicomedes nõ triũphat:qui ſubegit Cæſarẽ.Illud ſubegit Cæſarẽ:in quẽ dř:mordet:& aliis apud quos diciť:riſum mouet.

Adoro:ſupplico. Ca.cccix.

Adorare ab oro:qđ eſt ꝓcor cõponiť.Supplicare a plico:ꝙ genu poplitẽq;:aut ceruicem plicamus cũ a potẽtiore aliquo magnũ qđ ꝓcamur:& tamẽ adorare ſine ore:hoc eſt ſine uoce fit:nõ ſine plicatione genuũ & geſtu corpis.Supplicare ſine ꝓcatione genuũ & geſtu corpis:nõ ſine ore ac uoce.Hinc eſt quare ſupplicare tãtũ homini dať:adorare etiam multis:unde elephas & fœnix:& alia quædã irrationabilia ſolẽ adorare dicunť.Noſq; reb⁹ mutis & ſenſu carẽtibus nõ ſupplicamus:ſed adoratiõis honorẽ exhibemus ut regũ ſtatuis :ſignis:ueſtimẽtis:litteris:aliiſq; ſimilibus:& ꝓcipue imaginibus picturiſq; tum dei:tũ ſanctoꝝ:tũ ipſius etiã crucis: quã ſapiẽtes adorãt:Stulti etiã orant.Quod de cruce:idẽ etiã de ſudario dico cæteriſq; ſimilib⁹:idẽ de reliq̃s ſanctoꝝ:quoꝝ corpa ꝓſentia adoramus Animas uero abſentes oramus Siq̃d autẽ ad hæc multa quæ uidem⁹:dicim⁹:ſalutatõe utimur:nõ ꝓcatiõe:q̃le ẽ ſalue ſãcta crux.

Aſſurgo. Ca.cccx.

Aſſurgunt ſani:ut ſtent:aut obuiam eãt:aſſurgũt ægroti ut ſedeãt:aut ut cubito initãtur: utroq; mõ in alterius honorẽ aut officii:aut beniuolẽtiæ cauſa hoc agens .Ideoq; fere adiungiť datiuus:ut aduenięti magiſtratui omnes aſſurgimus: & morbo affecti:uidelicet ob honorẽ:& pater cũ iaceret in lecto:redeunti a peregrina militia filio aſſurrexit:optatiſſimus illum caput amplectaturus:nempe ob charitatem.

Tollo. Ca.cccxi.

Suſtuli filium ex uxore.i.habui filiũ.Itẽ ſuſtuli filiũ.i.educaui:& ab utroq; fit ſublatũ:primum eſt a tollo pro capio:ſecundũ a tollo pro educo,Paulus tamẽ intelligẽdũ eſt de his legẽ ſentire qui libros tollere poſſunt .Itaq; ſi caſtratum libertum iureiurãdo quis adegerit:dicendũ eſt nõ puniri patronũ hac lege.Et Quinti.Cupidus ego liberoꝝ uxorẽ duxi natũ ſuſtuli:filiũ educaui in adoleſcẽtiã perduxi.Aliud eſt igiť hic ſuſtuliſſe & educaſſe.Et alibi.Qui ex duobus legitimis alterũ in adoptionẽ dederat:alterũ abdicauerat:ſuſtulit notũ.i.habuit: q̃q̃ parum ꝓprie ſignifico qđ uolo.Nã ut fœmina fere cũ mater fit:diciť peperit filium:ita uir :cur ſit pater:diciť ſuſtuli filiũ.Teren.Quicquid peperiſſet decreuerũt tollere:ideſt educare.Idẽ: Meminiſti me grauidã eſſe & mihi te opere maximo:ſi puellã parerẽ:nolle tolli.Chremes Scio quid feceris:ſuſtuliſti. Eodem modo dicimus:tulit filiũ:ut ſuſtulit.Suetonius in Domitiani uite.Deinde uxorem Domitiam:ex qua in ſecundo conſulatu ſuo filiũ tulerat:repudiauit . Alia duo ſignificata notiora ſunt: quoꝝ alterũ eſt ſummouiſſe:ut Vir.Iubet ſublata reponi pocula.Alterũ in altũ tuliſſe:ut idem. Et ſublatũ ſurgit in enſem:quæ duo declarant ex illo in Neronem epigrãmate.Quis neget Aeneæ magni de ſtirpe Neronem: Suſtulit hic matrem:ſuſtuli ille patrem.hic ſuſtulit matrem:quia occidit:& de medio abſtulit.Ille ſuſtulit patrem ſupra humeros:quia ſupra humeros ſumpſit:uel ab incendio eripuit.

Prouoco:laceſſo. Ca.cccxii.

Ayuntamiento de Madrid

PRouoco in malam partem dicitur & in bonam. De mala notum eſt. De bona uero Cic.
ad Brutum. Tuis litteris amātiſſimis ſum ꝓuocatus. Laceſſo plærūq; in malum: ut idem
Sed iuſtitiæ primum munus: ne cui quis noceat: niſi laceſſitus iniuria. Sed nōnunq̄ & in
bonū: ut idē. v. tuſculanarū. Tuis me amantiſſimis libris laceſſiſti. Et ad Atticū li. xiii. Cū
ipſe hō nunq̄ laceſſiſſet. i. nunq̄ me libris ſuis ꝓuocaſſet ad reſpondendum. Eſt antem prouocare la
ceſſere: tentare ad pugnam: & ad concertatiouem Hio. Ca. cccxiii.

HIare eſt aliquid ſua ſponte & externa aliqua diffundere: ut tellus æſtu: & lingua ariditate
aut nimio calore hiant. Hiſcere eſt tantum oris: & quidem humani: accipiturq; pro eo
quod eſt loq̄: aut os aperire ad loquendum. Sed fere per negationem: ut coram illo non
auderes hiſcere: quid nunc habes: ꝙ hiſcere audeas. Ouid. tamē poetice dixit. Hiſcere nē
pe tibi terra roganda foret. Cum oratores ſoleant potius dicere dehiſcere: id eſt deorſum peſſumq;
ſe aperire. Do fidem: habeo fidem. Ca. cccxiiii.

DO fidem non eſt: ut multi nunc loquuntur: des fidem uerbis illius: & non dedit fidem il
li ſecum tantis uerbis loquenti. Hi uidentur ſignificare: ꝙ nō credatur uerbis illius: qđ
latine dicitur fidem habere: loquendumq; ſic potius: habeas fidem uerbis illius. Nam da
re fidem eſt aliquid ſancte promittere: ut Ter. Grauidaq; facta fidem dat uxorem ſibi fo
re hanc. Vir. Accipe: daq; fidem: id eſt accipe ſponſionem factam a me: & tu da mihi uiciſſim tuam.
Quin. fidē habes hominibus: quos mentiri alius affirmat. Accius apud Ciceronē: Neq; dedi: neq;
do infideli fidem cuiq̄. i. non promiſi uere ex animo: quia ipſe meretur: ut uiciſſim fallatur.

PRæ ſe ferre eſt dicto factoue: & ipſa ſtatim fronte Præ ſe ferre. Ca. cccxv.
qualem opinionem de aliqua re aut homine habeas cōfiteri. Qui. Fiduciam igitur præ ſe
ferat orator: ſempq; ita dicat tanq̄ de cā optime ſentiat. i. ex ipſo aſpectu oratoris ex ipſa
uoce: ex ipſa tota oratione eluceat fiducia: quēadmodum qui pugnaturi ſunt: in uultu &
geſtu indicant tacitā uel formidinem: uel fiduciā: hoc eſt præ ſe ferunt fiduciam formidinēue: Cic.
Nā ille qui accipit iniuriā: meminit: & præ ſe feret: id eſt ait ſe accipiſſe iniuriā: uel ſe mentē ꝑſequē
dæ iniuriæ habere oſtēdit: Iterū: At bñficio uſus ſum tuo: ꝙ q̄q̄ illud ipm̄ qđ cōmemoras præ me
ſemper tuli: malui tamen me tibi deberi cōfiteri: q̄ cuiq̄ minus prudēti nō ſatis gratus uideri: præ
ſe ferre & cōfiteri pro eodē poſuit. In eundē ſenſū accipi ſolet ꝑfero: itē præ me duco: præ me gero
ante me duxi Idē & tamē cū ita uiuit: neminē præ ſe ducit hominē: niſi accipiat̄ præ ſe ante ſe: uel in
cōparatione ſui: & alibi Præ ſe utilitatem gerit & alibi. Tamen iniuriam a te in me factam ſemper
ante me duxi. Rationem habeo. Ca. cccxvi.

RAtionem habeo: idem ēſt quod reſpectum habeo. Sed tātummodo in bonum: ut habē
da eſt ratio ſalutis: ratio honoris: ratio rei familiaris. non autē infrimitatis turpitudinis
incommodorum: ut quoſdam annotaui ſcribentes: & tu facis contra rationem ualitudi
nis. i. non habes reſpectum ualitudinis ſanitatis inq̄ nō ægritudinis: quæ duo hoc ſignificat nomē
quæ exempla q̄ paſſim inueniuntur: omitto. Cicero inuſitatius īquit ad Marium. Pudori tamē ma
lui cedere: q̄ ſalutis meæ rationem ducere. Et in. ii. offi. Siue ratio conſtantiæ uirtutiſq; dicitur: aut
hæc ars eſt: aut nulla omnino: per quam eam aſſequamur: & hoc fit cum genitiuo: cū ablatiuo autē
præpoſita præpoſitione eum: habet aliam ſignificationem: ut Cicero in catone maiore. Rationem
habet cum terra: quæ nunq̄ recuſat imperium. i. negocium & habet cum terra commercium: quod
probatur ex illo in tuſculanis. Quis eſt omnium qui non cum muſis: id eſt cum humanitate & do
ctrina habeat aliquod commercium qui ſe nō hunc mathematicum malit q̄ illum tyrannum: Idem
ad Atticum. Nunc uero quoniam ea quæ putaui præclara expertus ſum q̄ eſſent in nania: cum om
nibus muſis rationem habere cogito: Rationem cōſtare: ut breuiter dicam: eſt æquam legitimāq;
rationem aut oſtendi: aut apparere oſtendi poſſe. Pli. iunior: mihi & tentandi aliq̄d & quieſcendi il
lo auctore ratio cōſtabit. & iterū. Mirū eſt q̄ ſingulis diebus in urbe ratio cōſtet aut conſtare uidea
tur: pluribus cunctiſq; non conſtat. Vulpianus. Plane ſi defendendi gratia aliquid fecerit rationem
ei conſtare opportet: id eſt rationem eum iuſtam aut oſtendere: aut facile poſſe oſtendere.
E republica: e regione: extempore. Ca. cccxvii.

ERepublica eſt. i. pro rep. eſt. Quit. Ad hoc uemo dubitauit: quin ſi nocētes mutari in bo
nā mentē aliquo modo poſſunt: ſicut poſſe cōcedit̄: ſaluos eſſe eos magis e republica ſit
q̄ puniri. Et rep. dicēdū eſt: ut in oratore Cice. teſtat̄. nō ex rep. Tollit̄. n. x. ſicut in oībus
fit fere: quæ ab r īcipiūt: ut e regione. i. ex oppoſito: uel ex aduerſo atq; cōtrario: nō ex regione: e re
mea: e re tua: e re noſtra: Liui. li. xxxii. Perinde ac ſi nō poſtularēt quoq; e re ſua eſſent: ſed ſuaſerint
quæ nobis cēſerent utilia eſſe Similiter e dignitate: ex utilitate: ex uſu pro eo quod eſſet pro digni
tate uel ad dignitatē utilitatem uel uſum. Cicero. ex tua ac reipub. dignitate facies: & alibi: Legem:
ut æquū eſt ex utilitate reip: cōſiderare. Teren. Quod ex uſu fiet Cæſar in comēta. Vtrū prælium
cōmitti ex uſu ſit. Ex tēpore dicere eſt ex īprouiſo. & īpræmeditatū dicere: nec domi cōpoſitā orati
onem affere: hinc uocatur extemporalis oratio. Perſeus etiam aut ex tempore uiuere: ex tempore
quoq; agere. Cicero offi. ii. Quos credimus expedire rem & conſilium ex tēpore capere poſſe. Ali



Ayuntamiento de Madrid

ter idem in.iii.eiuſdem operis lib.dixit. Vnius generis quæſtiones ſunt hæ omnes in quibus ex tẽpore officium quæritur:ex tempore:quaſi ex temporis conditione. E renibus laborabat idẽ inquit hoc eſt morbum in renibus patiebatur: Ex uiculis cauſam dicere eſt alligatum reſpondere criminibus:ut ex equo pugnare eſt in equo ſedentem pugnare.

Aeſtimo:exiſtimo:cogito:excogito. Ca.cccxviii.

AEſtimo & exiſtimo a pleriſq; cõfũdunt cũ diuerſa ſint:ſicut cogito & excogito. Ante.n. eſt cogitare:deinde excogitare:licet nõ qcũq; cogitat:ſtatim & excogitat. Ita prius rem æſtimamus:deinde q̃lis ſit:exiſtimamus. Aeſtimare.n.eſt cõſiderare:exiſtimare uero iudicare. Quint. Conſumptis affectibus nõ reperiẽs q̄d digne modo uultũ patris poſſet exprimere: uelauit eius caput:& ſuo cuiuſq; aĩo dedit eſtimãdũ. Cic.de legibus. Siſenna eius amicus oẽs adhuc ſcriptores:niſi qui forte nõdũ ediderũt:de qbus æſtimare nõ poſſumus:facile ſuperauit. Et in uerrinis. Expedite hæc atq; æſtimate. Vnde dictũ eſt æſtimare pro taxare ab æs æris: & time græce: q̄d eſt præciũ latine. Oui.iii.de teſtibus lib. Quod quicũq; leget:ſiquis leget:æſtimet ante Cõpoſitum quo ſit tempore:quoq; loco.

Coniurare.conſpirare. Ca.cccxix.

COniurare & conſpirare fere in malum accipiunt:quotiẽs in patriam:aut bonũ principẽ cõiuratio fit atq; cõſpiratio. Sed ſi honeſta cauſa id fiat:in bonũ etiã accipi debent. Nam & Mutius Scæuola ad Porſenã regẽ inquit. Trecẽti cõiurauimus principes iuuẽtutis romanæ:ut in te hac uia graſſaremur. Et Cicero ad Cæſarem pro Ligario. Fratrum cõſpiratione dixit:quaſi unanimitatem. Verum conſpiratio:ut in hoc ipſo loco:nõnunq̃ memini pernicioſa eſt:in neminemq; graſſatur. Coniuratio ſemper in alterius perniciem graſſari ſolet.

Cordi eſt:in animo eſt. Ca.cccxx.

COrdi eſt:& in animo eſt differũt. Nãq; hoc ſecũdũ notũ eſt ſignificare:in aĩo habeo: uel animus eſt mihi:uel uolo atq; cõſtituo: ut ad Terẽtiã Cicero: Nam mihi erat in animo amittere ad Dolobellã. Illud uero eſt delectat:& placet:ut idẽ. Itaq; nõ tã me iſta ſapiẽtiæ quã modo Fãnius cõmemorauit:fama delectat falſa p̃ſertim: q̃q; ſpero amicitiæ noſtræ memoriã ſempiternã fore. Ideoq; eo mihi magis eſt cordi:q; ex ominibus ſæculis uix tria aut quattuor numerant paria amicoꝝ:eo in genere ſperare uideor Scipiõis & Lelii amicitiã poſteritati notã fore.i.eo magis me delectat & placet. Terẽ. Si tibi nuptiæ ſunt cordi:& alibi: Quia uterq; eſt cordi.i.nuptiæ iucundæ ſunt ubi:& uterq; alterũ amat.

Inuertere. Ca.cccxxi.

INuertere eſt quaſi in contrarium uertere:iteriora ueſtis aut pellis:aut aliarũ rerũ exteriora facere:præpoſtereq; uera pronunciare:ut pro lauo uola. Et interuertere eſt rẽ aut cõmodatam:aut diſpoſitam:aut creditam callide doloq; ne domino reſtituatur:efficere:ut Cice.in Verrem. Cãdellabrũ quod rex Aegypti Ioui capitolino dono tulerat: a Verre qui illud commodato a rege acceperat: interuerſum eſſe conqueritur. Marcellus iuriſcõſultus. Si duo inquit hæredes rem apud defunctum depoſitam dolo interuerterint.

Compertum eſſe:exploratum eſſe. Ca.cccxxii.

COmpertũ eſt mihi:& exploratũ eſt mihi:idẽ eſt quod ſcio per inueſtigationẽ. Similiter compi:& exploraui. Conſtitutũ eſt mihi:deliberatum eſt mihi:decretũ eſt mihi:idẽ q̄d apud me cogitãdo firmatũ eſt. Similiter cõſtitui: & decreui. At non ita deliberaui. Poſſum nãq; deliberaſſe:& nihil tamen cõſtituiſſe. Quin.in ægro redempto. Oderitis licet cõfeſſionẽ meã deliberaui:hoc eſt dubitaui &.hæſitaui. Itaq; differt an dicamus ſenatus deliberauit:an ſenatui deliberatũ eſt.i.decreuit Plini.iunior. Tum ego ſi fixum iſtud tibi ac deliberatũ eſt:ſequar te. Ci.in Verrem:Deliberatũ autẽ eſt:ſi res opinionem meã.quã de uobis habeo fefellerit:nõ mõ eos perſeq ad quos maxime culpa corrũpẽdi iudicii: ſed etiã illos ad quos conſcientiæ contagio ptinebit Exploraui tamẽ pro iueni fere accipit:cum exploro idem eſt quod igro ſagaciter:unde exploratores. Idem fit in nonnullis aliis:ut exigo quod uehemẽter & iure quodã poſtulo. Inde exegi exactũ quod poſtulando obtinui:& poſtulan do obtentum:tale eſt quæſitum pro partum a quæro.

Inter fœnero & fœneror:mutuo & mutuor. Ca.cccxxiii.

FOenero tibi dicitur:ſicut mutuo tibi:fœneror abs te: ſicut mutuor abs te. Qui mutuat. pecuniam:dat mutuo. Qui fœnerat pecuniam:dat uſuram. Qui mutuatur pecunia mutuo accipit. Qui fœneratur :pecuniam ad uſuram accipit.

Gradum facere. Ca.cccxxiiii.

GRadum facere non eſt tranſitum facere: ſed aliquam rem gradum & quaſi ſcalã ad alia facere. Ideoq; a qbuſdam dicitur gradum iacere:ut ſi riuũ trãſire:ſi in arborẽ feneſtrã ue aut tectũ ſcandere uelim:ex ſaxo aut ſcamno:aliquaue alia re gradũ facio: ut apud Quinti. Nanq; & illud frequens eſt:ut ea quibus minus cõfidimus:cũ tractata ſunt omittimus. Interim ſponte noſtra uelut donãtes interim ad ea quæ ſunt potentiore gradũ ex his feciſſe contenti. Hoc eodem modo. Ambroſius in libro officiorum utitur. Cicero contra:Rullum. Hunc quaſi gradu quendam atq; aditum ad cætera actum intelligitis. Idem pro Cluentio. Anteq̃ ad hoc nefariũ facinus accederet:aditum ſibi aliis ſceleribus ante muniuit.

Certum eſt. Ca.cccxxv.

Ayuntamiento de Madrid

CErtum eſt:non modo pro manifeſtum eſt:ut Quintilianus.Nempe lege eſſe certum ē: ſed etiam pro deliberatum & conſtitutum eſt:in quo ſecundo plærunq; adiungitur datiuus cum infinito:ut certum eſt mihi ire in Hiſpaniam:nonnunq̃ datiuus ſubintelligit̃ ut apud Virgili.Certum eſt in ſiluis inter ſpelunca ferarum Male pati:id eſt mihi.

Liceor:abdico. Ca.cccxxvi.

LIceor uidetur carere præterito.tamen quaſi præteritum habeat:format a ſe frequētatiuū ſed eiuſdem tamen ſignificationis licitor:unde ſunt participia licitās & licitaturus. Vtriuſq; igitur uerbi ſignificatio eſt precium deferre in auctione faciēda hoc eſt in uenditione:quæ publice fit Hinc unum compoſitum fit polliceor:non multum a primitiua ſignificatione diſſidens.Eſt enim polliceri aliquid ultro promittere.Ita qui licentur aut licitantur ultro ꝓ re emenda:p̃cium alius alio maius pollicetur:ut ſibi potius q̃ alteri uenalia addicantur. Nam tali modo uendere:addicere eſt:& inde apud iuriſconſultos de in diem adiectione eſt titulus:quē noſtri iuriſperiti emendant de in diem adiectione:non uerbum modo:ſed ſentētiā quoq; atq; ius ipm corrūpentes.Afferamus ergo exempla utriuſq; uerbi. Vulpianus. Si res eius uenierit: & exiſtat qui plus liceatur:an in integrum propter lucrum reſtituendum ſit:& quottidie prætores reſtituunt ut rurſum admittatur licitatio Caius:Licitacio uectigalium:quæ calorem licitantis ultra modum ſolitæ conditionis inflauit:ita demum admittēda eſt:ſi fideiuſſores idoneos & cautionem is:q licitatione uicerit offerre patus ſit ad cōducēdū uectigal:inuitus nemo compellitur:& ideo impleto tpe cōditionis:licitatores alloquēdi ſunt.Licitatores uectigaliū ad iterandam conditionem anteq̃ ſupiori cōditioni ſatiſfaciant:admittēdi nō ſunt.Paulus:Si uēditor ſimulauerit meliorem allatā cōditionē cū minoris:uel ēt tantidē alii uenderet:utriq; emptori in ſolidū erit obligatus:Sed ſi emptor alium non idoneū ſubiecit:eiq; fundus additus ē:non uideo inqt quēadmodū priori ſit emptus:cum alia cōditio & natura ſubſecuta eſt.Sed ſi neuter ſubiecit emptorē:maiore autē p̃cio addictū eſt p̃diū ei: qui ſoluēdo nō eſt:habitū eſt a priore emptione:qa ea intelligit̃ melior q̃ uenditor comprobauit: cui licuit non adiicere:Quibus ex uerbis intelligit̃ quid ſibi uelit illud Ciceronis in offi.lib.iii.Nō licitatorē uenditor:nec cōtra ſe qui liceat̃ emptor apponet.Idem pro Cecinna cum eſſet:ut dicere inſtitueram:conſtituta auctio Romæ: mulier mandat ut fundū ſibi emant.Eubutio negociū dat id eſt ad tabulam licet̃ Eubutio:Deterrētur emptores multi ptim gratia Ceſeniæ: ptim p̃cio fundus addicitur Eubutio.Pecuniā argentarius ꝓmittit:quo teſtimonio nunc uir optimus utit̃ ſibi emptum eſſe:q̃ſi uero nos aut ei negemus id dictum:aut tum qſq̃ fuerit qui dubitaret:qn emeret Ceſeniæ:quē ut pleriq; ſcirent:oēs audiiſſent cum pecunia Ceſeniæ ex illo hæreditate deberetur eā porro in p̃diis collocari maxime expediret.Eſſent autem p̃dia quæ mulieri maxime conuenirent:ea uenirent:liceretur is quem Ceſeniæ dare operam nemo miraret̃.Quit.de paſtu cadauerum.Si nobis nihil ex commeatu noſtro partiris:nos uicinæ ciuitati uendemus:liceat ſeruire ubi frumentum eſt exigua res ē:ꝓ uita:ꝓ ſepultura:ꝓ innocentia licemur.Idem in ægro redēpto.Omnes facultates i p̃cia colligi:rus:ſeruulos:penates & oīa utiliora ꝓperanti feſtinatiōe parentes addixi.Inde addicti apud ueteres dicebant̃ qui p̃toris ꝓnunciatione ac iuſſu cum ſoluendo non eſſent:creditoribus uēdebant̃ de quibus magna apud Liuium fit mentio:& addictus morti deſtinatus dicit̃. Cice.offi.li.iii.Et is qui morti addictus eſſet:paucos ſibi dies cōmendandoꝝ ſuoꝝ cauſa poſtulaſſet:uas factus eſt alter.Aliquando ſine auctione fit licitatio:ut apud Curtium de Dario qui pollicebat̃ precium ꝓ capite Alexandri:ſiquis enim dolo occidiſſet.Ita inquit.Et cum habeatis arma:ita licitamini hoſtiū capita.Siquid tamen inter liceri & licitari differt:ꝙ liceri uidet̃ aut ſine reſpectu alioꝝ eē emere uolentium:aut tantum ſemel deferre p̃cium.Licitari uero cum multis & ſæpius augere p̃cium ut emere uolentes deterreas ab emendo.

Audio & exaudio.exoro. Ca.cccxxvii.

AVdio & exaudio indifferenter ponunt̃ ꝓ duplici ſignificatione.Vna ꝓ eo quod eſt auribus accipio.Altera ꝓ eo quod eſt audita petenti concedo:ut uiſa ſum audire uocem militis:Et Vox quoq; ꝑ lucos uulgo exaudita ſilentes.Item Audiit & cæli genitor de parte ſiniſtra intonuit læuū:& nulli exaudita deoꝝ Vota p̃ceſq; meæ.Audio tamē frequenter accipit̃ ꝓ eo qd̓ ē credo.accedo.pareo p̃cipienti ſed fere cū negatiōe & frequētius pticipiū qd̓ tranſit in nomē qd̓ eſt audiēdus ut apud Quin.Nec audiendi qdam quoꝝ eſt Albutius q tris modo primas eſſe uoluit:qa memoria atq; actio natura nō arte contingant.Audiendus non eſt idem eſt qd̓ audiri nō debet.Ianq; licebit dicere.Neq; uero quoſdā quoꝝ eſt Albutius audire debemus ſine participio.Cice.tuſcu.lib.i.Nec Homeꝝ audio q Ganymedem a diis raptum ait propter formā. Sine negatione idem in eodem.Endymion uero ſi fabulas audire uolumus neſcio quando in Lycio obdormiuit.Sed coniunctio hæc tacitā quandam in ſe habet negationem:aut certe idē hoc loco dicemus qd̓ diximus lib.iii.de ullus.Sed nonnunq̃ ſine negatione apte dicitur:ut apud Liuiū.Ciuē tuū nō audiſti arma capere ac ſequi ſe iubentē Hānibalem.Paulopoſt.Audiſti caſtra prodi:& arma tradi iubentē.Audio iſup ꝓ fateor:quæ ſimilis ſignificatio ſuperiori eſt.Ideo ſæpe ſic ſcriptū legimus audio & fateor:quaſi poſterius declaret primum.Exoraui hoc munus idem eſt ꝙ orando ipetraui: exorari patrē:id eſt orādo induxi:quod licet etiam pueris notum ē qppe Terē.Legētibus ubi hoc

Ayuntamiento de Madrid

uerbum miles eſt:nec unq̃ reperietur aliter acceptum tamen quidam ſic loquuntur. Exoramus te deus.

Lego:perlego. Scribere:perſcribere. Ca.cccxxviii.

LEgo & ꝑlego differunt:& multa huiuſmodi. Legere qd ſit notum eſt. Perlegere uero ad finem uſq; legere:ut Quinti.in.xii. Ideoq; opus eſt intueri omne litis inſtrumẽtũ:qđ uidere nõ ẽ ſatis:ꝑlegendũ erit. Ouid. Perlegis an cõiunx ꝓhibet noua. Lactãtius ĩ prohemio li.v. Non iniuſte petere:ut ſiqs erit q inciderit in hæc:ſi legit ꝑlegat. Ita differt ſcribere & ꝑſcribere:quæ exẽpla ſunt plurima. Ti. Liuius li.primo ſtatim in ꝓhemio. Facturus ne opeꝑpciũ ſim ſi a primordio res geſtas Po.Ro.ꝑſcripſerim. Perferre uſq; ad cõſtitutũ finẽ ferre Vir. Nec ſpatium euaſit:nec totũ ꝑtulit ictũ. Et multi ferunt litteras:ſed eas uel negligentia:uel dolo uel caſu nõ ꝑferunt Ci. Sed nũcius ille q litteras accæpit:nõ ꝑtulit. Seneca ĩ.tragœdiis. Leue ẽ miſerias ferre:ꝑferre aũt graue:id ẽ ad ſpatiũ tꝑis in miſeriis eſſe leue eſt:ad finem uero uitæ uſq; graue eſt:ut in illo ſimili exẽplo Martialis. Nã uigilare leue ẽ:ꝑuigilare graue:hoc ẽ partẽ noctis uigilare leue ẽ:uſq; ad finem uero & totam noctẽ inſomnem ducere graue:quod dicit etiã ꝑnoctare:ut & pernox:qđ a ꝑuigilando ita differt:ꝙ hoc interdiu quoq; fieri poteſt:illud uero tantũmodo noctu: q̃q̃ pernoctare uigilantes facere poſſumus:id eſt totam noctẽ ducere. Peruigil draco dictus ẽ nõ qa ꝑ ẽ nox eẽt:ſed ꝙ nunq̃ dormiret ſemꝑ uigilans. Peragere reum eſt non tãtũ agere reum:niſi peruenias ad illius conditionem. Dicitur.n.accuſator reum condẽnaſſe cum illum cõdemnãdũ curat: Vulpianus Peregiſſe autẽ qs reũ non aliter uidet:niſi & cõdemnauerit. Perorare finẽ orõnis orare:unde ꝑoratio orationis dicit finis. Sed qa in hac ꝑte utimur plerũq; affectibus:ideo uſurpamus interdum perorare ꝓ ipſa cõmotione affectuũ:ut Quĩti. At iſta legẽ recitat & in cadauere filii perorat.i.indignationẽ cõmouet. Perſuadere eſt ſuadẽdo inducere:ut Cic.ĩ philip. Duo tamẽ tẽpora inciderunt:qb⁹ aliqd contra Cæſarem Pompeio ſuaſerim:ea uelim reꝑhendas ſi potes. Vnum ne quinquẽnii imperium Cæſari prorogaret. Alterum ne pateretur fieri ut abſentis eius ratio haberetur. Quorum ſi utrũuis perſuaſiſſem:in has miſerias nunq̃ incidiſſemus. Suaſit ergo & nõ ꝑſuaſit Cicero Pompeio. Ideoq; dicere ſolemus:ſic mihi perſuadeo:nõ autẽ ſic mihi ſuadeo. Et perſuaſum habeo. perſuaſum.n.eſt mihi:non autem ſuaſum habeo:ſuaſum eſt mihi. Idem ad Brutum:Perſuaſum eſt adoleſcenti & maxime ꝑ me:niſi Antonio eiecto remp.ſtare non poſſe. Ille tamen q aliis ſiue alios. Vtrũq; dicimus:perſuaſit:non perſuaſor eius ſententiæ appellari ſolet:ſed auctor. Ci.li.iii.de offi. Atq; huius deditionis ipſe poſthumus:q debebat ſuaſor & auctor fuit:quaſi dixiſſet ſuaſor & perſuaſor. Apud Quin. autem cæteroſq; ſui tꝑis dicitur perſuaſio ꝓ certa opiniõe atq; ſententia:quam nobis perſuaſimus:ut lib.i. Siqua publice eſt recepta perſuaſio. Quæ quãtũ ego ſentio:id ſignificare uidet quod chriſtiani dicunt fidem:& ſi originem græcam ingramus:neſcio an cõmodius dicamus perſuaſio:q̃ fides:præſertim re ipſa ꝓ nobis faciente. Fides.n.ꝓprie latine dicit ꝓbatio:ut facio fidem ꝑ ĩſtrumenta:ꝑ argumenta:ꝑ teſtes. Religio ãt chriſtiana nõ ꝓbatione nititur:ſed ꝑſuaſione:quæ præſtantior eſt:q̃ ꝓbatio. Nam ſæpe ꝓbationibus nõ adducimur:ut malus ſeruus:malus filius: mala uxor:optimo conſilio:qđ cõfutare non põt:non tamẽ acqeſcit. Qui ꝑſuaſus eſt:plane acqeſcit: nec ulteriorẽ probationem deſiderat. Non ſolum.n.ſibi ꝓbatum putat:ſed ſeſe cõmotum ad ea exequẽda intelligit: Sed qa fides ẽt ꝓ ut ſic dicam:crudelitate accipit:quale eſt habeo tibi fidem Recte etiam noſtra religio noiata eſt fides:ſicut a græcis. πιστισ. Verũ eo unde egreſſi ſumus:reuertamur. Perſuadere eſt in effectu:ſuadere autẽ in actu. Idemq; ſuadere. Itaq; nõnulli peccant:cum dicunt:diſſuaſi hoc illi:ꝓ eo quod eſt reuocaui ab opinione:in qua erat. Siquidẽ ꝓ hoc ſenſu dicimus:ꝑſuaſi ne faceret:ſicut e diuerſo ꝑſuaſi ut faceret. Quare ſuaſor & diſſuaſor:niſi ꝑſuadeat:nihil effecerũt Quinti. Ergo pars deliberatiua:quæ eadẽ ſuaſoria dicit:de tꝑe futuro couſultat:quærit ẽt de præterito:officiis coſtat duobus:ſuadendi & diſſuadenti:non dixit perſuadẽdi:qm̃ non eſt officium oratoris potiſſimum in euentu:qualis eſt ꝑſuaſio:neq; eſt eius ars perſuadẽdi. Sed ſuadendi & diſſuadẽdi in deliberatiuo genere.in uniuerſum aũt benedicẽdi:qđ eſt actu:non in euẽtu. Præterea deliberatio uocatur ſuaſoria:quoniam utrinq; ſuadetur. Qui.n.diſſuadet:nihil aliud q̃ e contrario ſuadet. Cic.in Catone maiore. Diſſuaſimus nos:deinde ut ſcias finem euentumq; diſſuaſionis ſubiunxit. Itaq; lex popularis ſuffragiis populi repudiata eſt.i.diſſuaſimus etiam diſſuadẽdo:ne fieret ꝑſuaſimus: quãtum errent philoſophi noſtri:quorum Albertũs cũ de cõparatiõe dialecticæ & rhetoricæ diſputãt huius uerbi ſignificationẽ neſciẽtes:qſqs illos legit intelligit. Permanere ẽ uſq; ad finẽ manere. Plinius iunior. Tunc demũ lente cunctanterq; ueniũt:nec tamẽ ꝑmanẽt ſed ante finẽ recedũt: Alii diſſimulanter & furtim:alii ſimpliciter & libenter.

De per præpoſitione. Ca.cccxxix.

Ocuti ſumus nõ nihil de præpoſitione per:quãdo componitur. Addamus adhuc aliqd
l amplius. Nõnunq̃ hæc per compoſitiouem in malũ accipitur: ꝑiurus perfiduſq;:q iuſiurandum fidemq; uiolat. pertinax:qui nimis tenax:perfuga:qui ad hoſtes tranſit:ꝑditus qui in omne ſcelus eſt traditus. Percitus:qui iracũdia furoreq; eſt incitatus: peruerſus:q uerſat ĩ malo:& a bono uerſus ẽ:perpeſſus:laborioſe paſſus. Sæpe accipitur quaſi per medium uel ꝑlucidum ſiue pellucidum.i.per cuius medium fulgor emanat. Perſpicuum:per cuius medium:licet opertũ ſit:oculos:dimittimus:& ꝑ eius mediũ uidem⁹:ut aqua:glacies:laterna:ueſſica:uitrũ: chry

Ayuntamiento de Madrid

ſtallus:gemma.Sed perſpicuum plærūq; ad mentem refertur:ut id quod aīs:perſpicuū eſt.i. tale:
quale uitrū aut chryſtallus:ꝑlucidum magis ad corpa.Plautus in aulularia.Ita is pellucet:quaſi later
na punica.Seneca de tranqllitate.Quid ꝑlucētis ad imum aquas & circūfluentes ipſa cōuiuia:Quī-
tilia.Sed ut īter ſe iūcti atq; ita cohærētes:ne cōmiſſura ꝑluceat.Aliq̃do ſed figurate ad mentem re
fert:ut apud.M.T.in Bruto.Ita recōditas exqſitasq; ſententias mollis & pellucēs ueſtiebat oratio.
Idem eſt pellucēs & traſlucēs:adeout Pli.maior fere nunq̃ utatur pellucēs ſiue ꝑlucidus:ſed trāſlu
cens ſiue tranſlucidus quod ēt figurate ad mentem refertur:ut apud Quinti.lib.viii. Similiter illa
tranſlucida & uerſicolor quorundam elocutiones ipſas effœminat quæ illoꝝ uerboꝝ habitu ueſti-
antur:ꝑfluere ꝑ medium alicuius fluere:ut ſi lagœna male materiata:maleq; compacta ſit:ꝑfluit.i.ꝑ
eius mediū humor:q intus eſt:fluit.Ter.Hac atq; illac ꝑfluo.i.in modū nō fidelis lagœnæ.quæ mi-
hi cōmittuntur:effundo Pli.idē ſæpius trāſfluo pro ꝑfluo:quæ idē ſunt ut ꝑfuga & trāſfuga: ꝑplue-
re per medium alicuius pluere:ut hæc domus ꝑpluit:hoc tectū ꝑpluit.Quint.in.vi.Cū cœnaculum
eius ꝑplueret.Frequentiſſime accipit ꝑ ualde:ut alio libro oſtendi:ꝑmagnum: ꝑgraue: ꝑiucūdum
Quo in loco notandum eſt:q cum præ in eadem ſignificatione reperiat:tamē quædam uocabula
cum præ coniungunt:non cum ꝑ:ut præpotens:præcelſus:prælatus:præfulgēs:prædiues:prædul
cis:prædurus:præcurtus:prælongus:præclarus.Quod ſi inter has ꝓpoſitiones intereſſe uelis:id erit
qd uehementius auget præ.Nā prælongus homo:prælonga oratio ea dicitur:quæ enormi elōgi-
tudine eſt & præpotens:præcelſus & ſimilia:maiorem in modū potens celſuſq; & quaſi præter mo
dum moremue alioꝝ potens ac celſus.Inde etiam præcox fructus præter morem cæterorum co-
ctus:ſiue ante cæteros.Vnde uuæ ficuſq; ꝓcoces dictæ:& ꝓmaturus ante q̃ ſit tp̃s maturum colle-
ctus.Quidam tamen ꝓcoquus dicūt:ut Martia.Vilia maternis fueramus ꝓcoqua ramis.Nūc i ado
ptiuis ꝑſica chara ſumus.Eadē ꝓpoſitio iuncta cū uerbo:nōnunq̃ hēt pene nihil diuerſum a ſui ſim-
plicis ſignificatione:ut ꝓcludo:ꝓcido:præmorior:ꝓcigo:idē ſunt enī qd cludo:cædo ſiue īcido:mo
rior:cingo.Cuius naturæ eſt etiā re:ut refero:recido:recingo:repurgo:refodio:repromitto:reuin
co q̃ ſæpe uix ꝗppiā in ſimplicibus in ſignificationē diſſentiūt.Per in obteſtatiōibus atq; admiratio
nibus fere ſolet ſepari a ſuo actō interiecto ntō q frequentiſſime ē ego:ut Virg.Per ego has lachry-
mas dextramq; tuamq;.Quintilia.in mathematico.Per has ego te optime pater ſi uis tantum for-
tes manus.

Inter proſequor & perſequor. Ca.cccxxx

PRoſequor & perſequor multi neſciunt diſtinguere:qui ne falli poſſint:ita accipiant ꝓ-
ſequi non fere carere comitatu ablatiui:ut proſequor te oculis:charitate:odio: honore:
uerſibus:cantu:conuitiis.Significaturq; actio declarans alterius affectum in alterū.Per-
ſequor autem in malam partem.i.inſequor & inſector:uel in bonam cum ꝑſeuero exe-
qui quod agere cœperam.

Partio partior. Ca.cccxxxi.

PArtio & partior quidā ꝓ eodem legunt.Sed mihi uidet raro repiri partio ſine in:& par-
tior cum in:quando ē deponens:ſed quando ē paſſiuum.Eſt nanq; impꝛtio idem qd im-
pēdo:uel ꝑtem do.M.Tul.Huic rei aliquid tp̃is impartias:quaſi impēdas.Idem laboris
mei laudē nemini impꝛtio:quaſi ꝑtē do.Repit aliquando mutata conſtructione:ut apud
Terē.Plurima ſalute Parmenonē ſuum impꝛtit Gnato:quaſi plurimam ſalutē Parmenoni ſuo impꝛ-
tit Gnato:Eo modo quo dicitur:dono tibi hunc equum:& dono te hoc equo:huius paſſiuum ē im
ꝑtior:ut Cice.Atq; etiam uiro forti collegæ meo laus impartitur.Partior idem eſt quod parteſq; fa-
cio:parteſq; diſtribuo:ſicut ſortior ſortes facio:ſortemue recipio.Vir.Et ſocios ꝑtitur in oēs.Quīt.
Partiris uel gratis dum quo reſpiremus afferas.Partiri itaq; de partibus referas.Impꝛtio magis de re
incorporea:& quaſi communico.Impartiri tamen aliquid dicunt pro impartire ab ipſo deponente
partior.

In manu eſt:in manibus. Ca.cccxxxii.

IN manu eſt:& in manibus eſt:utrunq; accipitur pro eo quod in poteſtate eſt.Sed dupli
citer de preſenti:& de futuro.De preſenti Ci.Non eſt iſtuc in manu mea:& filius in pa-
tris:& ſeruus in domini manu eſſe dicitur:unde mancipium ē manumiſſio.Lucanus : In
manibus ueſtris quātus ſit Cæſar habetis.Virg.Terra autem in manibus ueſtris. De fu-
turo Salu.Verum enimuero proh deorum atq; hominum teſtor fidem:uictoria in manibus uobis
eſt:uiget ætas:animus ualet.Contra illius annis atq; diuitiis omnia conſenuere . Tantum īcœpto
opus eſt:cætera res expediet.In plurali tamen frequentius:cum dicimus:uictoria ī manibus eſt:q̃ſi
iam tenetur.Etiam dicimus:in manibus eſt:in alia ſignificatione pro eo quod eſt in:& manus eſt:
aut quia admirationi eſt:aut quia nondum operi ſumma manus impoſita quia eſt admirationi:Ci-
ce.in Catone maiore.Eſt in manibus laudatio:quam cum legimus:quem philoſophum non con-
temnimus:quia res non eſt conſumata:Idem in eodem:Septimus mihi liber originum eſt in ma-
nibus:omnia antiq̃tatis monumēta colligo.

Præditus. Ca.cccxxxiii.

PRæditus ſum bono dicit:& præditus ſum malo:ſicut affectus ſum malo:& affectus ſum
bono.i.ut breuiter magis q̃ optie dicā:hēo bonū:& hēo malū: ut ꝓditus ſum hūanitate
uirtute:diuitiis:dignitate:uiribus:qui ſermo ē uſitatiſſimus.Nunq̃ tamē cum ablt̄ō & ꝓ
poſitione a uel ab:ut fit i affectus:ueluti ſum ego a rege magis honorib' affectus:nō aūt

Ayuntamiento de Madrid

ſum ꝑditus à deo magnis uiribus:de malo rarius. Cic. ꝓ Sylla: Niſi uero unũ me uls feꝶ:ꝑter cæteros me aſpeꝶ:me inhumanũ exiſtimari:me ſingulari ĩmanitate & crudelitate præditũ. Idẽ pro Rabirio. Senectute affectus:morbo ꝑditus. Contingit idem in ſingulari:ut ĩ ꝓximo exẽplo:exiſtimari me ſingulari ĩmanitate. Sæpeq; legimus ille eſt ſingulari improbitate:tu es ſingulari ſtultitia. Similiter fit in aliis tribus quattuor ue uocabulis:notabilis:inſignis & eximius. Quinti. Hunc tu aĩum mõ inter libidines ac ſcorta ꝑdebas:macie notabilis:pallore deformis ſolaq; impatiẽtiæ fabula notus. Nobile ſcortũ:quaſi in ordĩe meretricio excellẽs:uel maxime inter alia notũ: & apud Liuiũ. Nobilis ille clade romana locus: & apud Cice. Cuius ꝑter cæteros eſt nobilitata crudelitas & latrones uocamus ĩſignes:q maiore manu maioreq; audacia graſſanť: & inſignis improbitas:ĩſigniſq; ſtultitia diciť rarius quẽadmodũ ſingularis ſtultitia rarior ẽ. Cic. Verrinaꝶ.iiii. Sin hãc uos in rege tam eximiã iniuriam:tã acerbã neglexiſſe audient.

Deſcendo. Ca.cccxxxiiii.

DEſcendo in ꝑdium:deſcendo in forũ:deſcendo in cãpum dicimus:non quia de loco ſuperiore in inferiorem deſcendimus:ſed qa de loco tuto in locũ diſcriminis opinor:ꝙ q in loco excelſiore ſe tenet:pugnã detractare exiſtimať:quẽ cũ relinquit: & in locũ æquũ uenit atq; deſcẽdit:mentẽ ſe habere pugnãdi declarat. Ideoq; nõ fere dicimus ĩ forũ deſcendere:niſi q pugnãdi & defendẽdæ litis cauſa uenit in forum:nõ rerũ uenaliũ coemptor ac negociator. Et in campum deſcendere nõ niſi qui litis dignitatiſue cauſa:ſicut ĩ campo Martio fiebat: certaturus tradit:nec in ꝑlium pugnam ue deſcẽdere:ꝙ in loca inferiora deſcendat. Non enĩ locus eſt pugna & ꝑliũ:cũ nihil interſit qualis locus ſit planus:an montuoſus in quẽ ſe confert:q in pugnam deſcendere dicitur:ut apud Virgi. Satis autem erit in re perſpicua unum exemplum protuliſſe. Inſtructos acie Tyberino a flumine teucros. Tyrrhenamq; manum totis deſcendere campis.

Amare:diligere:adamare:amicus:amica:amator. Ca.cccxxxv.

AMare ẽ generalis ſignificatĩ:idem quod diligere:niſi ꝙ putať plus qdam eſſe in amando q̃ in diligendo:ut Cic. ad Brutũ. L. Clodius ualde uos diligit:aut ut εμφατικοτερον dicã:ualde nos amat. Et iterũ Sic igiť facies & me aut amabis:aut quo cõtẽtus ſum diliges idẽ ad Dolobellã. Quis erat q putaret ad eũ amorẽ quem erga te habebã:poſſe aliqd accidere: Tantũ tamẽ acceſſit ut mihi deniq; nunc amare uidear antea dilexiſſe. Adamare eſt amatorie amare ut Quinti. multis ĩ locis:ſed unus ſuffecerit. Me quidẽ marite ſiqs interroget oẽs mr̃es liberos ſuos:tanq̃ adamauerint amãt. Videbis oculos nunq̃ a facie uultuq; deflectere:comere caput habitumq; cõponere:ſuſpirare cũ receſſerint:exultare cum uenerint. cõſerere manus:pendere ceruicibus:non oſculis:nõ colloquiis:nõ ꝑſentiæ uoluptate ſatiari. Amicus tamen honeſta res ẽ. Amica quando ad uiꝶ referť inhoneſta:ut hæc amica mea ẽ:id ẽ cõcubina. Ego uero ſuus non amicus: ſed amator ſum. Ideoq; apud Ter. diciť. Here putaui hunc Pãphilũ amicũ:amatorem uirũ:ne putares amicũ in malã partem accipi:adiecit amatorẽ. Sed apud proſam hoc obſeruatũ ſemꝑ inuenies:apud poetas fortaſſe non ſemper.

Declaro. Ca.cccxxxvi.

DEclaro frequentius ad facta ꝑtinet q̃ ad dicta. Cice. Declarauit id mõ temeritas. C. Cæſaris q̃ omnia iura diuina & humana puertit. Aliquãdo ẽt in dictis. Idẽ ad Ligariũ. Poſtea uero q̃ magnã ſpem habere cœpi:fore ut breui tpe te incolumẽ haberemus facere nõ potui qn tibi & ſñiam & uoluntatẽ declararẽ meã. Et in eadẽ epiſtola. Quando quid ſentirẽ expoſui:uellẽ tua cã re potius declarare:q̃ orõne interdũ accipiť ꝓ ſignificato: ut idẽ lib.i. de finibus. Nullum uerbum eſt:quod idem declaret latine: quod græce ηδονη quã uoluptas declararet.i. ſignificet:uel oſtendat:uel indicet.

Ingredior. Ca.cccxxxvii.

INgredior componiť quidem ex in:ſed diuerſa rõne:nunc ad locum:ut ingredior forũ. uel in foꝶ:q modus loquendi nemini ignotus ẽ nunc in loco quod ẽ ambulo & ĩcedo. Virgi. Continuo pecoris generoſi pullus in aruis Altius ingrediť: & mollia crura reponit. Cic. li.v. ad Atticũ. Si dormis expgiſcere:ſi ſtas ĩgredere:ſi ingrederis curre:ſi curris aduola. Idem eſt ergo ingrederis hoc loco:quod graderis:quod eſt ambulas.

Conſulo te:conſulo tibi:conſultor:conſultus. Ca.cccxxxviii.

COnſulo te conſilium peto a te:uel interrogo & ingro. Quin. Quid ꝑ fidẽ facere uultis: Iuuenẽ quẽ de parricidio conſultet pater ille ſeruatus:miror hercule nõ dixiſſe uolui. ſũ ueneficus:ſum parricida. Idẽ. Ergo quod primum ẽ ut qd miraturus ẽ quiſq; intelligat. & quare bonum ſit ſciat:tũ in ſuſcipiendo onere cõſulat ſuas uires. Et iterũ. Ego aures cõſulẽs meas. Cõſulo tibi cõſiliũ do tibi uel ꝓuideo tibi:ſed hoc frequentius ac magis ꝓprie ĩ reb⁹ ut cõſule uitæ tuæ:cõſule ualitudini:cõſule dignitati:cõſule ſaluti:cõſule rebus tuis: adeo frequẽtiſſime:cũ diciť cõſulere uolo mihi & liberis meis:intelligiť potius de corpore & rebus externis: q̃ de aĩo. In plurali ãt numero interdũ reperitur ſine appoſito tamẽ:ut conſulũt ſenatores: quod frequẽtius dicimus cõſultãt.i. deliberãt. Niſi.n. adſit q cõſilium petat:qui cõſilium det: nõ eſt deliberatio ſiue conſultatio:atq; cõſulunt dicimus:pro conſultant:hoc eſt quod altera pars petit:altera dat cõſilium. In cõtrario nonnunq̃ conſultare eſt unius:non plurium partiũ ſed ita ſi is apud ſe duas ptes ſuſtinet:ſecũq; deliberat. Hinc duo nomina naſcunť:cõſultor & cõſultus. Conſultor fere:ꝓ eo:qui

Ayuntamiento de Madrid

aliũ conſulit accipi ſolet:nonnunq̃ tamẽ pro eo:qui aliũ cõſulit:Salu.in Iugur. Simul ab eo petunt uti fautor cõſultorq; ſibi adſit.Et iterũ.Ita cupidine atq; ira peſſimis cõſultorib⁹ craſſari:neq; facto:neq; dicto abſtinere.Conſultus eſt homo prudẽs & ſciens:dignuſq; a quo cõſiliũ petas Cæterũ nõ occurrit mihi ubi repierim niſi aut participiũ:ut tibi conſulti medici dixerũt eundẽ eẽ lãguorẽ aut nomen pro iuriſcõſulto:ut Hora.Eris tu qui modo miles mercator:tu cõſultus mõ ruſticus.Quin.in .vii.Scripti & uolũtatis frequẽtiſſima inter cõſultos quæſtio eſt.Liuius tamẽ lib.primo ait de Numa Põpilio .Cõſultiſſimus uir ut illa quidẽ ætate eſſe poterat:omnis diuini atq; humani iuris:& in .x.Callidos ſolerteſq; iuris atq; eloquẽtiæ cõſultos.Horatius primo carminũ.Parcus deoꝝ cultor:& frequẽs inſaniẽtis olim ſapientiæ conſultus ero.In cõpoſitione frequens eſt:ſed adiectiuum:ut apud eundem.Quin.Omni conſultam muliebrem ſemp amentiã.i.imprudentem inconſideratam & nullius conſilii.Alterũ quoq; cõpoſitũ:ſi cõpoſitũ eſt:ut iuriſconſultus:quod etiã dici ſolet iurecõſultus:nõnunq̃ ĩ ſimplici:ut Oui.ĩ primo de arte aman.Sit tibi credibilis ſermo:cõſultaq; uerba.

## Agere gratias:habere gratias:referre gratias. Ca.cccxxxix.

AGere gratias eſt uerbo:ꝙ quidã barbare dicunt regratior.Habere gratias eſt in aĩo:cũ memorẽ accepti beneficii mẽtẽ animũq; habeo:& inuicẽ gratificandi uolũtatẽ.Referre ſiue reddere gratias ẽ facto:ut ſi tu a me ſubleuatus aut pecunia:aut patrocinio:aut manu:alioue ſubſidio uiciſſim me aliquo mõ ſubleuaueris:grãs rettuliſtiq;:licet Seneca nolit malas referri poſſe:ſed reddi Cicero tñ in Saluſtiũ ait.Nam ꝙ iſta inſitata rabie in uxorem & filiam meam inuaſiſti:quæ ſe facilius mulieres abſtinuerũt a uiris q̃ tu uir a uiris:Satis docte ac perite feciſti.Nõ enim ſperaſti me mutuã tibi grãm relaturũ:ut uiciſſim tuos cõpellarẽ.Quanq̃ Cicero nunq̃ fere ait reddere grãm:ſed referre.Porro hoc exẽplum in alium uſum quoq; attuli:ꝙ uideť ſignificari gratiam etiam uerbo referri nõ ſolum facto:ſed multum tamen ab illo:agere grãs:quo tãtum innuitur cõfeſtio accipiẽtis beneficium.Qui uero refert grãm reddit beneficium:interdum maleficium:ſiue facto:ſiue dicto quoniam dicendo nonnunq̃ ꝓſumus æque atq; faciẽdo.Plãcus ad Cice.Immortales ago tibi grãs:agamq; dum uiuã.nam relaturũ me affirmare nõ poſſum.Tantis enim tuis officiis nõ uideor mihi reſpondere poſſe.Ecce reſpõdere officiis:id eſt ſatiſfacere beneficiis eſt grãs referre.Cæteꝝ frequẽtius ẽ Refero grãm q̃ habeo grãm.Item frequentius:ago gratias q̃ ago grãm.Vix enim audiuimus ago grãm:ſed grãs:& raro refero gratias:ſed gratiam.Cuius rei teſtimonio ẽ illud ĩ li.xlvi.T.Liuius:Satiatuſq; tãdem complexu filii:renũciare inquit grãs regi me agere referre grãm aliam nunc nõ poſſe:q̃ ut ſuadeam nõ ante in aciem deſcẽdat q̃ ut in caſtra me rediiſſe audierit.Dicimus item:ago grates:ſed ſæpius apud poetas q̃ neceſſitate uerſus ago gratias dicere nõ poſſunt:nõnunq̃ etiam apud oratores ut Ciceronẽ.Aliquantoq; poſt ſuſpexit ad cælum:& grates tibi inqt ago ſumme ſol:uobiſq; reliq cælites:niſi legẽdum eſt grãs:nõ grates ꝓ eodem ſignificato:ſiue ꝓ eo:quod ẽ reddo grãs.Seneca in tragœdia:quæ iſcribiť Agamemnõ dixit:Reddo grates tibi grãdæui laſſiq; ſenes compote uoto.Reddunt grates id eſt ut ego interꝑtor:agũt gratias.Quis enim referre poſſit gratiam deo:quod etiam fando nunq̃ cognitum eſt niſi apud quoſdam recẽtes nihil niſi barbare loqui ſcientes:ſed gratias agimus.Raro etiam gratias diis habere dicimur:quotiens agnoſcimus apudq; noſipſos fatemur ab illis beneficium accepiſſe citra ſpem gratiam referẽdi ut in Andria Terẽ.Pol diis habeo gratias:ꝙ in pariundo aliquot affuere liberæ.

## Gratulari gratari. Ca.cccxl.

GRatulari eſt uerbo teſtari te gaudere fortuna ac fœlicitate alterius ad eũ ĩpm q̃ affectus eſt fœlicitate:nõnunq̃ apud teiꝑm ob tuã fœlicitatẽ.Ideoq; fere poſtulat datiuũ:ut gratulor tibi ob tuam præturam adeptam:gratulor manibus meis quibus ut te contingerẽt datum eſt Quinti.non efficiet tamen infandum præſentis reatus indignumq; diſcrimen:ut miſera puella nõ gratuleť ſibi ꝙ illã pauper accuſare iam põt.poetæ nõnunq̃ ꝑtereunt dtũm utiq; eũ fuerit ꝓnomen:quæ fuit cauſa ut qdam exiſtimarent:quorũ ẽ Apuleius:hoc uerbũ idem ſignificare ꝙ gaudeo.Oui.in heroidibus.Gratulor Oethalia titulis accedere noſtris:gratulor inqt tibi uel mihi uel nobis.Idem tertio de arte amãdi.Priſca iuuẽt alios:ego nũc me deniq; natum Gratulor:Gratulor ſubintellige mihi.Et interdum etiam oratores:ut Quinti.in paſtu cadaueꝝ:Gratulemur iam ꝙ nulla ciuitas fame laborat:ſubintellige nobis.Verba aũt Apulei hæc ſunt in apologio de Magia:Eo in tpe ꝙ nõ negabunť in Getuliæ mediterraneis mõtibus fuiſſe niſi piſces ꝑ Deucalionis diluuia reperirenť:ꝙ ego gratulor neſciſſe iſtos legiſſe me:prætermiſit datiuũ:quia gratulor pro gaudeo accepi.Quod tantũ abeſt:ut approbẽ:ut poſſit gratulari qs enim minime gaudeat atq; adeo doleat:ꝙ frequẽter uſu uenit utiq; inter falſos amicos:cum alter inuidus atq; æmulus tacite qdẽ dolẽs:ꝙ alter honoribus actus ſit:tñ illi gratulanť:forte & Apuleius ſubintellexit mihi.In eadẽ ſignificatione accipiť grator ſed poeticũ hiſtoricũq; eſt.Virgi.Inueni germana uiam gratare ſorori.T.Liui.li.vii.Tuũ ſequẽtes currũ Iouis optimi maximi templum gratãtes ouanteſq; adire.Dicimus aliquando gratulari pro eo quod eſt gratias agere:ſed non fere diis immortalibus.Ideoq; ꝓprie idẽ eſt ꝙ ſupplicare.Siquidẽ triumphantes in capitoliũ aſcendebant Ioui optimo maximo:cæteriſq; diis gratulatũ.Eiuſdẽ quoq; ſignificationis fortaſſis eſt grator.quod ſignificat Liui.lib.x.dicens.Itaq; ꝑtor

Ayuntamiento de Madrid

extemplo edixit:uti æditui ædes ſacras tota urbe aperirēt:circūeundi ſalutādiq; deos agediq; grates per totum diē populo poteſtas eſſet. Nec mirū ſi dicimus gratulari gratariue dies quaſi oſtēdere nos illis aggaudere:cum dicamur eoſdē ſaltē quaſi ſalutē illis optare. quod hominibus cōuenit: non diis.

Fingere:effingere. Ca.cccxli.

FIngere proprie eſt figuli:q formas ducit ex luto:inde generale fit uocabulū ad cætera:q̄ ingenio manuq; hoīs artificioſe formantur:præſertim inuſitate & noue. Effingere ē ad alterius formā fingere. Et quodāmodo fingendo repreſentare Cic.ii.de ora. Tum accedat exortatio qua illum quē delegerit:imitando effingat atq; exprimat. Quīti. Nā id qđ eſt docilis naturæ:ſic tamen ut ea q̄ diſcit:effingat. Et iterū. Nā mihi uideť. M. Tullius cū ſe totum ad imitationē græcoꝶ contuliſſet effinxiſſe uim Demoſthenis:copiā Platonis:iocunditatē Socratis. Vnde dictum eſt nomē effigies figura ad uiuā alterius ſimilitudinē:uel ad ueritatis imaginē facta tam in picturis:q̄ ſculpturis.

Obeo legationē:exequor munus legatiōis:defero. Ca.cccxlii.

OBeo legationē:exequor munus & officium legationis:obeo prouinciā: exequor officiū prouinciale. Ita obeo mortē:exequor & peragro mortē:uel adeo mortē: quēadmoduꝫ dicitur quis obiiſſe diem pro iuiſſe. Itē obīt diē ſuū:id eſt ꝙ mortuus: & iuit ad diē fati: ut apud Sulpitiū. Nunciatū ē Marcellum diē ſuū obiiſſe. Prætermittimus autē nōnūq̄ illum accuſatiuū dicētes. Marcellus obiit. qđ itē fit in illis ſignificatione ſimilibus uerbis oppetiit & defunctus eſt:atq; etiā idem tulit: & ſiqua adhuc alia. Nā in priore ſubintelligitur accuſatiuus mortē. in poſteriore ablatiuus uita. Quid ſigni: qđ ſæpe reperimus hæc noīa eſſe his uerbis adiūcta. Eſt autē oppetere frequentius quidē mori. nō fatali:ſed illata morte. Interdū tamē & fatali. Cice.i.offi. Et Aiax tradiť miles mortē maluiſſe oppetere:q̄ mulieribus:ſi Circe & Caliſo mulieres appellandæ ſunt:ut Vlyxes fecit:inſeruiſſe. Idē de diuinatiōe. Aequius eē cēſuit ſe maturā oppetere mortē: q̄ Publii Africani filiā adoleſcentem emiſit:ipſe paucis poſt diebus eſt mortuus. Sine accuſatiuo: ut apud Virg. O ter quaterq; beati. Quis ante ora patrum Troiæ ſub mœnibus altis Cōtigit oppetere. Defunctus quoq; diciť:quaſi ꝑfunctus munere uiuēdi:ideo q; ut dicimus ꝑfectus eſt ſiue defunctus officio ꝑtorio:munere ædilicio:cura tribunita:ita defunctus uita.i.ab hac adminiſtratione: ab hoc munere:ab hac procuratiōe ceſſauit:ut apud eūdē. Defunctaq; corpora uita. Detulit āt qđ tertio loco poſui in idē ſignificatū accipio:cū ē pro accuſauit:ubi ſubintelligiť reus:ut Quin. Diuitem detuli reum paup inimicus occiſi pater.

Peruestigo:inueſtigo. Ca.cccxliii.

PEruestigo & inueſtigo nō ſolū quæro:ſed quidē frequētius quærendo:inuenio:ut ſit ueſtigo quæro:iueſtigo & ꝑueſtigo quaſi acquiro. Dictū eſt aūt hoc uerbū ueſtigiis tāq̄ ſignis indiciiſq;:q̄bus ad rei noticiā ꝑuenimus. Cic.tertio de ora. Ipſa tractatio & quæſtio quottidie ex ſe gignit aliq̄d qđ cū deſidioſa delectatione ueſtiges. Idē ī eodē li.ii. Noſce regiones intra quas uenias: & ꝑueſtiges qđ quæras. Idem pro Ligario: Sed qm̄ diligentia inimici inueſtigatū eſt qđ latebat:cōfitendum eſt ut opinor. Teren. Nihil tam difficile:quin quærēdo poſſit inueſtigari.

Nutriri & aliquid ſignificat. Ca.cccxliiii.

NVtriri eſt & paruuloꝶ ut creſcāt:unde nutrices dicunť nutriciiq; qui curam infantiū habent:habuerūtue:ut adultoꝶ ut uiuāt. Alii quoq; in eodē ſignificato:unde lex illa.xii.tabularū. Liberi parētes alant aut uinciant. At in rebus incorporeis frequētius ut creſcāt. Quin. Sed alere facundiā:uires augere eloquentiæ poſſit:perinde ac ſi dixiſſet augere facundiā: augere uires eloquētiæ poſſit:Cice. Sed ne illa extincta ſunt alunť potius & augentur cogitatione: & memoria mea. Coniūxit & ipſe hæc duo ſicut ſolemus in multis q̄ ſimilia ſunt:ut poſſum & licet:ut munus & officium:ut mens animuſq;. Virg. Hos ſuceſſus alit:id eſt quaſi horū animos ſucceſſus augeſcere facit.

De ſpero & confido. Ca.cccxlv.

SPero pro credo uſitatū ē:ſiue de p̄ſenti loquamur:ſiue de præterito. De præſenti Quin. Facilis ut animaduertere uos ſpero defenſionis meæ curſus ē. De præterito idē. Et inocentiā quidē puellæ ſatis ut ſpero defendimus. Et Cice. Spero iam probatā eſſe amicitiā nr̄am. Similiter confido ꝓ credo:tum in p̄teriro:tū præſenti:tū futuro. In p̄terito. Quoniam probatā rōnem officii mei uobis eſſe confido. In p̄ſenti. Quanq̄ a Cratippo noſtro principe huius memoriæ philoſophorum hæc te aſſidue audire atq; accipere confido. In futuro. Ita fore confidimus. Hæc exēpla ex Cicerone ſunt.

Dico ſententiam & fero ſententiam. Ca.cccxlvi.

Ico ſniam cōſiliarius:fero ſentētiam iudex:quorū exempla frequētiora q̄ ut a me repeti
d debeant:nōnunq̄ tamen dico pro fero:ut apud Quinti. Apud iudices quidē ſecundū legē dicturos ſententiam:de confeſſis p̄cipere ridiculū eſt. Iuris quoq; conſulti hoc uerbo in hunc ſenſum frequentiſſime uſi uidentur. Dico leges aliud q̄ fero leges: Eſt.n. ferre ad ſuos:dicere fere ad uictos:ut Liui.li.xlvi. Nihil ea mouerunt regem tutam fore bellis Aſiā ratū q̄do ꝑinde ac uicto iā ſibi leges dicerenť.

De circūſto & circūſiſto. Ca.cccxlvii.

CIrcunſto & circūſiſto utrūq; facit circūſteti:ſed primum pro circundo:alterum pro inuado & irruo: & quaſi terrificatione aggredior. Virg. Circūſtant animæ dextra leuaq; frequētes. Idem: At feſſi tādem ciues infanda furentes armati circūſiſtūt: Et alibi At me tū

Ayuntamiento de Madrid

primum ſæuus circunſtetit horror Quin. in apes pauperis : Cum me euocaſſet ſubito tripudium:
totoq; fortunæ ſuæ ſtrepitu circũſtetiſſet. nõnunq̃ nõ terrificãdi: ſed terroris auferẽdi gratia ponit
ut Cæſar in cõmẽtariis: Siqs grauiore uulnere accepto deciderat circũſiſtebant: hoc eſt ſocii iacen-
tem exhortabant tæla hoſtiũ arcẽtes. Nõnunq̃ etiã circũſto accipit ut apud eundẽ: Et mercatores
in oppidis uulgus circũſiſtit: quibus ex regionibus ueniant quaſq; ibi res cognouerint ꝓnunciare
cogat: quo etiã modo apud Quintilianũ recipi poteſt.

De uſurpo. Ca.cccxlviii.

VSurpare eſt uti ſiue uſitare tũ dicto: tũ facto. Ci. in ora. Poſt iuẽta cõcluſio eſt qua credo
uſuros ueteres illos fuiſſe ſi iam nota atq; uſurpata res eſſet: qua iuenta omnes uſos ma-
gnos oratores uidimus: Hoc etiã ſic dicere licebat in eãdẽ ſentẽtiã poſt iuẽta cõcluſione
quam credo uſurpaturos illos fuiſſe: ſed iam nota atq; uſurpata res eſſet: quam inuentã omnes uſur
paſſe magnos oratores uidimus. Idem: Quod ſemper uſurpamus in omnibus dictis ac factis mi-
nimis ac maximis: cum hoc dicere dicimus illud nõ dicere. Idem: Præclare enim hoc eſt uſurpatum
a doctiſſimis: quorum ego auctoritate nõ uterer: ſi mihi apud aliquos agreſtes habẽda eſſet oratio.
Sed cũ apud prudentiſſimos loquar qbus hæc inaudita nõ ſunt. Cur ergo ſimulem me ſiqd in his
ſtudiis opæ poſuerim ꝑdidiſſe? Dictum eſt igitur ab eruditiſſimis uiris niſi ſapientem liberum eſſe
neminẽ: Vſurpatũ & dictũ ꝓ eodẽ accæpit: ſicut doctiſſimus & eruditiſſim⁹. Quid multa? cũ frequẽ
ter iuriſconſulti utantur uſurpo pro dicto? nam pro factito minus dubium eſt.

De præſto ſum: adſum. Ca.cccxlix.

PRæſto ſum idem eſt quod adſum: nec alteri fere uerbo cohæret: niſi uerbo ſubſtantiuo
& huic ſimplici. Præſto adſu; magis poeticũ ẽ. Quid igit ſignificat adſum? Tria: Vnum
naturaliter duo: per quẽdam flexum & deriuationem. Primum pſens ſum: quod modo
cũ ablatiuo iungit in ꝓpoſitione ſeruiẽte: ut apud Cice. de oratore: In Pauli pugna nõ au-
ferat. Modo cũ datiuo: ut apud eundẽ in Philip. Oibus his pugnis Dolobella affuit: & apud Quint.
Nam in his libris obſeruationũ a Septumio æditis: affuiſſe Ciceronẽ tali cauſæ inuenio. Secũdũ eſt
hinc ductum: ꝙ ſæpe corrogamus qui nobis adſunt ꝑiclitãtibus: quales ſunt aduocati: quoꝝ offici-
um eſt adeſſe in iudicio: Sed ipſum illud adeſſe fuere eſt præſidioq; eſſe: ideo dicimus adeſſe pro eo
quod eſt eſſe præſidio. Vir. Modo iuppiter adſit. Et iterũ: Adſis o tandẽ & placidus tua numina fir
mes: Et in ꝓſa Quintiliani Nunc omnes in auxiliu; deos: ipſumq; iprimis: quo nec pſentius aliud
nec ſtudiis magis ꝓprium numen eſt in uocem: ut q̃tum uobis expectatõis adiecit: tãtum igenii
aſpiret: dexterq; ac uolens adſit: ſi tamen pater qui diuiſit patrimonium & reos parricidii defendit:
ſic agat: quod cõtra legem ſufficit. Parricidum obiicit iuuenibus: quorum pater uiuit: atq; etiam li
beris ſuis adeſt. Tertiũ ẽ aduenio: ſeu magis adueniam: nam ꝓprie idẽ ſunt: Iam ueniet: & iam præ
ſens erit: Itaq; aderit accipit pro utroq;: ſiue utrouis Virgi. Iaq; aderit multo Priamo de ſanguine
Pyrrhus: Iterum: Huc ades o formoſe puer Et Huc ades o Galathea: quis eſt nam ludus in undis?
Et iterũ: Huc ades O Mœlibœe cap tibi ſaluus & hædi: Vbi ſi eadem foret ſignificatio: quæ in illo
præſens fuit: hic ades non huc diceret: Ergo huc ades pro adſis idem eſt quod huc ueni: Has eaſdẽ
ſignificatões habet pſto ſum: & eadem ratione in prima Ciceronis exẽplũ eſt in Bruto Quibus qui
dem cauſis tu etiam Brute pſto fuiſti: In ſecunda eiuſdem pro Murena. Ius ciuile didicit multũ uigi
lauit: laborauit: pſto multis fuit: & pro eodem: Tu iterea Romæ uidelicet amicis pſto fuiſti. In ter
tia eiuſdẽ ad Herenniũ: Hyrundines æſtiuo tẽpore pſto ſunt: hyeme pulſæ recedunt. Et in epiſtolis
frequenter. Stator tuus mihi cũ litteris præſto fuit. Et prope accipi ſolet hoc ultimũ pro eo quod
nunc dicimus compareo: ut ſiquis aliqua dignitate imperioue affectus alteri ſic iubeat: cras mihi ad
hunc locum & ad hãc horam præſto ſis: id eſt compareas & te repræſentes atq; exhibeas mihi.

Flere: gemere: plorare plãgere: eiulare: uociferari & lamentari qud differãt Ca.cccl.

FLere eſt lachrimis: ideoq; tãtum hominũ ridere: Gemere eſt pectore cũ ꝑanguſtia in ſo-
num prorũpit: ideo iumenta ſub nimio põdere gemũt: & ianimata quoq; cũ nimis onu-
ſta ſunt: genere dicunt ut apud Vir. Gemuit ſub põdere cymba. Plorare eſt uoce flebili
& effuſa dolorẽ ſuũ aperire. Vnde iplorare eſt plorando opẽ orare. Plãgere eſt ꝑcuſſio-
ne & uerberatione pectoris: capitis: uultus: aliorumue mẽbroꝝ ſe in dolore affligere: regitq; poſt
ſe accuſatiuũ. Ideoq; per trãſlationẽ dicuntur fluctus plangere littora quaſi ad declarandũ dolorẽ
in modũ lamentationis. Eiulare ẽ uoce ſublata flere: quod magis mulierũ ẽ proprium. Vociferari
eſt uoce effrenata non modo dolorem: ſed etiã indignationẽ: q̃q̃ indignatio doloris genus eſt oſtẽ
dere. Interdum ſine effectu: ſed tamen uehementius exclamare. Lamentari eſt uoce querula & tri-
ſti oratione cladem teſtari ſuam. Quæ exempla lecturis hoc opus inueſtiganda relinquimus.

De exiſto & exto. Ca.cccli.

EXiſtit & extat: quoꝝ uerboꝝ unum atq; idem præteritum eſt: ſimile quiddam ſignificãt
ꝙ eſt eminet & ſupeſt: ſed primũ cũ motu. alterũ ſine motu ut illud ſit ꝓdit uel exurgit:
hoc uero ſupſtat. Cice. de diuinatione: Atq; delapſus in flumẽ nunq̃ cõprauiſſes: me cõ
tremuiſſe timore perterritum: cũ te repente extitiſſe. Et iterum in eodem libro. Sumerſus equus
uoraginibus nõ exiſtit. Adhuc iterũ in eodem. Vocem ab æde Iunonis ex arce extitiſſe: Atq; iterũ:



Ayuntamiento de Madrid

Neq; diu illa uox extitiſſe: & in ſecundo. Anguem ab ara extitiſſe. Et iterum In Liſandri ſtatuæ capite delphis extitit corona. De rebus quoq; mentis exiſtere dicimus: Vt idẽ in Lælio: Exiſtit hoc loco quæſtio ſubdifficilis. De extare unũ exemplum Virgilii geor. iii. ſuffecerit. Stant circunfuſa pruinis. Corpora magna boum. conſertoq; agmine cerui Torpent mole noua: & ſummis uox cornibus extat. Quo fit ut de libris qui de mortui non ſunt: dicamus extare: ut extant pauciſſimi. Varronis libri: plurimi non extant. Nam ut de hoĩe qui adhuc uiuit loquimur: ſupereſt quaſi nõ ſubter eſt ſubterra humatus. Ita de rebus extat: quaſi extra ſtat: non intra: & in tenebris latet. Ci. in orato. Quæ ut ſcis extat oratio. Et de ſenectute Et tamen ipſius Apii extat oratio.

Cõciliare amorẽ & beniuolentiã nos dici: inire autẽ gratiam. Ca. ccclii.

COnciliamus amorẽ nobis alicuius: cõciliamus beniuolentiã: nõ aũt cõciliamus gratiam Rurſus inimus gratiã: nõ autẽ inimus amorẽ aut beniuolentiã: Quarũ oĩum orationũ eadẽ fere ſnĩa eſt: ac ſi hoc uerbo uterer cõparo uel cõtraho: niſi ꝙ inire gratiã eſt magis fauorẽ cõparare: q̃ amorẽ: ut apud Quinti. Quinetiã hoc timeo: ne ex eo minorẽ gratiã hic liber ineat: ꝙ plæraq; nõ ĩuẽta per me: ſed ab aliis tradita cõtinebit: Recõciliari tamẽ & in gratiam redire idẽ ſunt quotiẽs amici ĩterpoſita aliq̃ offenſa: cũ aliq̃diu fuerũt inimici: in priſtinã redeunt beniuolentiã ac familiaritatẽ. Sed redire in gratiã etiã cũ inaĩatis ſolemus. Vnde Cicero de ſenectute ĩ gratiã cũ uoluptate redeamus. p̃terea cõciliamus nobis laudẽ famã: ſimiliaq;. nõ autẽ inimus Quint. lib. ii. Nã ut plus auctoritatis afferunt q̃, quæ nõ p̃ſentis gratia litis ſunt cõparata: & laudẽ ſæpe maiorẽ: q̃ ſi noſtra ſint: cõſiliant: Rurſus ineo, rõnẽ ineo fedus: ineo pacẽ: ĩeo ſocietatẽ: ineo bellũ: ĩeo pugnam: ĩeo uiã quaſi capeſſo atq; ĩgredior qđ nõ fere niſi in re momẽtoſa: ſiue graui grãdine dici ſolet. Nã nõ recte locor: ineo prãdiũ cœnãq;: ut ineo cõuiuiũ. Vnde principium rei maioris initiũ uocet: ut initium rõnis Quintiliano quoq; teſtãte qui ait: Quod principium latine uel exordiũ dicitur maiore quadam rõne græci uidẽt procemium noĩaſſe: ꝙ a noſtris modo initium ſumatur: Et huius uerbi ꝑticipium abſolute poſitum ſine regimine maioribus rebus adhibetur: ut ineunte pueritia: ĩeunte adoleſcentia: ineunte ætate: ineunte uere ineunte æſtate: ineũte hyeme. ineũte anno nouo. Nõ autem ineunte dormitione: ineũte conuiuio: ineunte die: ineunte nocte: ineunte hora: ſed incipiente: Niſi dicimus illud ipſum ineunte certis noĩbus debere adiungi: quæ ſunt ea quæ modo expoſui.

Quid ſit obruere & gurgitare. Ca. cccliii.

OBruere eſt op̃ire: ſiue aqua: ut obrutus undis: ſiue terra: ut Obrue uerſata cærealia ſemina terra: ſiue per trãſlationẽ ad aĩum: ut Quin. Tot uoluptates obruere poſſunt unũ dolorẽ Sed de multo uino potãdo etiam dicimus: ſicut ĩgurgitare de aſſumẽdis multis cibis. Cicero pro otaro ait uino ſe obruiſſe nudũq; ſaltaſſe. Et in Antoniũ ut fratrẽ imitetᷣ ſe obruit uino. Et in eũdẽ. Itẽ cũ ſe cibis ĩgurgitaſſet. Ingurgitare aliquando utrũq; cõplectitᷣ: ſicut crapulari nõ modo in uino. ſed etiã in cibo: unde fit crapula: ut idẽ in eũdẽ. Edormi ĩnq̃ crapula & exhala.

De deuenio: ꝑuenio: deſpicio & diſpicio qũo eis utẽdũ ſit: & qđ ſignificẽt. Ca. cccliiii.

DEuenimus in mõtẽ: deuenimus ad diuitias minus uſitatũ: ac m̃ioris rõnis eſt q̃ ꝑuenimus in mõtẽ: ꝑuenimus ad diuitias. Similiter e diuerſo deuenimus in planũ: deuenimus in uallẽ: quotiẽs editiore loco ꝓfecti ſumus: uſitatius ꝓbabiliuſq; q̃ ꝑuenimus in planũ: ꝑuenimus in ualem: ita deuenimus in paup̃tatẽ: quaſi deſcẽdimus & lapſi ſumus in humiliora Deuoluo deorſum uolo: ut deuoluere rogos: deuoluere trabes deuoluere ſaxa: deorſum p̃cipitare. Deſpicio deorſum aſpicio: ſicut ſuſpicio ſurſum aſpicio: inde per trãſlationẽ cũ qs alium cõtemnit ac paruifacit: deſpicere dicitᷣ: q̃ſi infra ſe & ad pedes ſuos ꝓiectũ aſpicere: queãdmodũ ſuſpicere eſt uenerari: quaſi ſupra nos aſpiciamus illũ eſſe collocatũ. Nã diſpicere eſt ꝓuidere & circũſpicere mentem: & tanq̃ in omnem partem lumina mentis intendere: omniaq; diſcernere: a quo diſpicientia dicta eſt circũſpectio & prouidentia uel conſideratio diligens atq; diſcretio.

Quid ſignificet occupare. Ca. ccclv.

o Ccupare eſt locum tenere: aut cape: & ui capere: ut apud Liuium li. xxxiii. Nam & ipſis uocãtibus urbem hanc accepi: non occupaui: id eſt ui accepi: aut mea ſponte accepi: non aliorum rogatu Sæpe uero antecapere eſt: ut aliqui loquuntᷣ: p̃occupare: Vnde ſchema illud occupatio appellatur: quotiens quæ dici ab alio poterant: ea ipſi p̃ueniendo: dicimus in noſtrã partem: ne nobis poſtea officerent retorquẽtes. Cice. offi. li. i. Sunt autem nulla priuata natura: ſed aut ueteri occupatione: ut hi qui quondam in uacua uenerunt. Certe primi illi qui uenerunt in uacua: non potuerunt in aliena re: ut iſti aiunt: qui uolũt occupare utiq; eſſe in aliena re ſe poſſeſſorẽ facere. Proprie eſt enim occupare quod in medio: ſiue in medium: atq; in commune poſitum eſt: ante cæteros capere: quod teſtatur Quin. dicens: Multa nihilominus quæ libera fuerant: tranſeunt in ius occupãtium: ſicut uenatio & aucupatio. Inde occupatus dicitur: qui ante negocio aliquo detẽtus non poteſt alterius negocio operam dare. Cicero: Nemo me conuenire uoluit cum eſſem occupatus: hoc eſt cum accuſaret me quibuſdam aliis negociis eſſe præuentum: atq; hinc uocatur occupatio: cum alicui neceſſariæ rei: & cui ante oĩa operam dare debemus: cum diligentia uacamus.

Peto: poſco: poſtulo: flagito quid ſignificent. Ca. ccclvi.

Ayuntamiento de Madrid

PEtere eſt in bonũ & in malũ: quod declarat̃ per ipſam rem: aut bonũ ſignificantẽ aut malum: ut medicus ſanitatem ægri petit. pater laudẽ filii: tu diuitias: ego uoluptatem peto. Item multi filii petunt mortẽ patris: ſerui mortẽ dominorum: medici lõgitudinẽ morbi. Petere aũt uitã alterius. Itẽ petere caput alterius. petere famã: petere pudorẽ eiuſdẽ accipit̃ in malũ: ꝙ illa in hoĩes pernicie petas: ſiue ꝙ ea oppugnes. At cũ nõ in rẽ: ſed in perſonã refertur. Peto utiq; cũ ablatiuo in malam ꝑtem accipitur: ut peto te gladio: peto te ueneno: peto te inſidiis. Nã illud apud Virg. Malo me Galathea petit laſciua puella: idẽ eſt ꝙ malo me inceſſit: & pomoꝝ iactu percutere me ſolet. Et ideo quaſi audaciæ culpæq; ſibi cõſcia dicitur. Et fugit ad ſalices. Ab hac ſignificatione abſunt alia uerba poſco: quod eſt ꝓprie rẽ debitã & honeſtã peto. Inde repoſco: qđ eſt rem meã: & quod mihi debes reddi peto. Poſtulo eſt quodammodo requiro: ut res: locus: perſona: tempus cauſa poſtulat: & tanq̃ rem iuſtam peto. Curtius: poſtulabat autẽ magis q̃ petebat: niſi accipimus: ut Varro apud Ser. uult: humiliter petebat. Sic. n. ait: Poſcere eſt cũ aliqd pro merito noſtro depoſcimus: petere uero eſt cũ aliqd humiliter & cum ꝓcibus poſtulamus. Et expoſtulo qđ eſt cũ q̃rela apud amicos regro: & q̃ſi officiũ amicitiæ in alio deſidero: ut Terẽ. in adelphis Quã mihi fecerunt ultro iniuriã expoſtulant: Sed frequẽtiſſime poſt ſe habet ablatiuũ ſeruiẽte præpoſitione cũ: ut qđ hẽs ꝙ mecũ expoſtules: Flagito uehemẽter & plus q̃ poſtulo: ut Cic. pro Quinto: Quanq̃ hoc cãm poſtulat: & ſi poſtulat nõ tamẽ flagitat. Qui. ad Tryphonẽ: Efflagitaſti quotidiano conuitio: ut libros quos ad Marcellũ meũ de inſti. ora. ſcripſerã: iã emittere inciperẽ. Quæ uerba etiã Ci. ſunt in epiſtola ad quintũ fratrẽ.

## Labo & labor quid differát. Ca.cclxi.

LAbo & labor ita differunt: ꝙ labare & ruere & repente cadere: ut apud Virg. Labat ariete crebro ianua. Labi uero leniter ſenſimq; deorſum ire: ut labunt̃ flumina: labitur cælũ labitur anguis Labuntur ab æthere pennæ: labuntur dii a cælo: nõ labãt. Quinti. Vt numen & deus de labi ſyderibus & uenire de liquido puroq; aere uidebatur. Cicero: Nõ quaſi unũ ex hac urbe miſſum: ſed quaſi de cælo delapſum in hãc urbem intuent̃. Ideoq; dæmones magis e cælo labarunt q̃ lapſi ſunt. Angeli uero aſſidue ad nos labunt̃. Labi quoq; dicuntur qui in lubrico imprimentes ueſtigia ad terram feruntur: non cum ruina: ſed lentius & cum aliqua mora. Tã etſi nonnunq̃ lapſus pro ruina accipitur: & per tranſlationem de corpeis ad incorporea: de eo qui aut per infirmitatẽ animi: aut per imprudentiã deliquit: dicimus: lapſus eſt: quaſi pes animi unus: amboue: qui ſunt fortitudo & prudentia in lubrico lapſi ſint. Elabi quoq; periculum fugere dicitur: eo modo quo anguis lubricus: murenaue: aut anguilla manu prehenſa lapſu fugit. i. manu elabit̃: ita q e medio periculo euaſit: elapſus dicit̃. Virg. Ecce aũt elapſus Pyrrhi de cæde Polites. Sed hic non eſt tranſlatio: utpote in re corporea erit tranſlatio incorporea. Quinti. Seruium quidem Galbam miſeratione ſola: qua non ſuos modo liberos paruulos in concione deduxerat: Sed Galli etiam Sulpitii filium ſuis ipſe manibus circũtulerat: elapſum eſſe cum alioꝝ monumentis: tũ Catonis oratione teſtatum eſt. Cicero: Hic Tito fratre ſuo cenſore qui proximus ante me fuerat elapſus eſt: id eſt accuſatorum quaſi præhẽſantium manus effugit. Tranſlatio quoq; illud Terẽtianũ eſt a labo: non a labor: Labaſcit uictus uno uerbo q̃ cito: Labo primã breuem habet. Labor primã longam: hic labor laboris: & laboro laboras primam breuem: ꝙ an ab altero illorum uerboꝝ deriuetur. & ab utroq; potius liberum opinaturis relinquo: hoc tamen non omittes inelaboratũ dici: quod non artificio ſatis exultum eſt Illaboratum quod ſine labore uidetur factum. Illud uitio dari ſolet: hoc laudi. Quintilianus de Cicerone ait: Cum iterim hæc omnia: quæ uix ſingula quiſquã intentiſſima cura conſequi poteſt: fluũt illaborata: & illa qua nihil pulcrius oratio: præ ſe feret tamẽ fœliciſſimam facilitatem.

## Inter deligere & eligere. Ca.cclxii.

DEligere & eligere ſic differunt: quod deligere eſt quod magis idoneum ad rem agendã eſt cernere. Eligere uero uel ad noſtrum emolumentum: uel ad illius qui eligitur dignitatem. Delegit ſibi ſæpe populus Romanus imperatorem ad bella: ut Pompeium ad bellum mithridaticum. Imperator quoq; delegit milites: non elegit ad rem uidelicet bellicam idoneos: & inter eos agit delectum quis cui rei maxime ſit commodus. Et agricola delectum agit inter tauros: quos ſcindendo ſolo: quouſq; procreandæ ſoboli deſtinat. At ſi ex multis daretur optio: quem ſibi uellet: eligeret: nõ deligeret. Ideoq; fere ſemper dicitur in eodem ſenſu. dat̃ tibi: ſiue offertur optio. & dat̃ tibi ſiue offertur electio. At Cicero: Deligere: inquit oportet quam uelis diligere: de uxore loquẽs deligere dixit: quaſi ad res domeſticas adminiſtrãdas. Nec ſi ficias eo poſſe fieri: ut in aliquem cadat delectionis & electionis nomẽ: ut in ipſum principem quem ad honorem pariter & ad Rempublicam bene gerẽdam aſſumimus. Cæterũ deligo ſine præpoſitiõe accuſatiuum habere ſolet: ut Populus Romanus delegit Cn. Pompeium imperatorem. Eligo alterũ accuſatiuum cum præpoſitiõe: ut idem populus elegit in principem ſibi Octauium. Cicero inquit: Quos Cæſar in Senatum elegerat. Et ſacerdotes eligunt ſibi pontificem: & clerus epiſcopum: rurſus conſul milites deligit: & milites imperatorem: nautæ gubernatorẽ nauis. diſcipuli præceptorẽ ſibi deligunt. Nã inter collegas: pareſq;: ut fere pares: dicit̃ cooptare. Liui. dictatorẽ dici placet. Dicitur. M. Furius Camillus qui magiſtrũ equitũ. L. Aemiliũ cooptat. Cicero in Bruto: A quo in col

legiũ augurũ fuerã cooptatus. Illud nõ ſilẽtio trãſeũdũ duobus tãtũ dici modis deligere: præter q̃ per hoc ipſum uerbũ. Vno agere delectũ: altero habere delectũ: nunq̃ facio delectũ: qui duo modi differunt ad ipſa ſignificatione deligendi: ꝙ diligimus aliquando unũ tantũ. Agere uero uel habere delectũ: ad multa ſemp deferẽ apud Quĩtilianũ legi facere pro agere: quod haud ſcio an uitio librariorꝫ factũ ſit: an etiã ſic dicere liceat. Ira.n. legiẽ ꝓprietates ĩgeniorꝫ deſpiceẽ ꝓrſus neceſſariũ ẽ in his quoqꝫ certũ ſtudiorum facere delectũ nemo diſſuaſerit: Nãqꝫ erit alterius hiſtoriæ magis idoneus: alius compoſitus ad carmen: alius utilis ſtudio iuris: & nonnulli ius fortaſſe mittẽdi.

Inter percontari & interrogare. Ca.ccclix.

p Ercõtari ſignificat ĩterrogaẽ: q̃uis ſuapte natura ſpectet ad finẽ coarguẽdi: ut teſtaẽ Quĩti. dicẽs: Quid.n.tã cõmune q̃ interrogare uel pcõtari: quorꝫ utroqꝫ ĩdifferẽter utimur cũ alterũ noſcẽdi: alterũ arguẽdi gr̃a uideaẽ adhiberi. Interrogo igiẽ: ut ego ĩterp̃tor: noſcendi gratia adhibetur. Percontor uero arguendi. Sciſcĩtari uero; ut ipſa uox indicat ſciendi cauſa interrogare eſt.

Inter debellare & expugnare. Ca.ccclx.

DEbellare eſt bello uincere aut bello capere. Expugnare pugnando capere: uel potius pugnando uel oppugnando uincere: qđ ſignificauit Liuius li.xlvi. Haud paulo facilius q̃ ante duæ: unam tũc: una duas naues expugnauit cœpitqꝫ: ſed debellamus potius homines. Vnde debellatũ eſſe dicimus pro eo qđ in bello certatum belloqꝫ: res parta eſt aut ꝑdita. Expugnamus aũt op̃a moleſqꝫ: ut caſtra: ut caſtella: ut urbes: ut naues. Quod miror illud in pſal. Sæpe expugnauerunt me a iuuẽtute mea: dicat nunc iſrael. Sæpe expugnauerunt me a iuuentute mea: etenim non potuerunt mihi: quod eſt oppugnauerunt tantum. Græce autem magis oppugnauerunt ſiue ĩpugnauerunt q̃ expugnauerunt. pro eodem tamẽ ſignificato interpres accæpit niſi librariorum uitium eſt.

Inter figo & refigo. Ca.ccclxi.

FIgo inde refigo quod fixum erat educo. Tego: inde retego quod tectum erat denudo. Texo: inde retexo: quod erat textum reddo non textum: & quaſi infectum quod erat factum. Claudo: ſiue cludo recludo quod clauſum erat aperio. Velo: reuelo: uelamentum tollo. Signo reſigno quod erat ſignatum obſignatumue relaxo & patefacio. Et multa huiuſmodi alia ſunt multa non ſunt: ut repeto: repoſco: renouo: repræſento: reuello: remoueo: remaneo.

Inter præparare & apparare. Ca.ccclxii.

PRæparare & apparare ita differunt: ꝙ præparare eſt ante parare: quæ ſibi utilia ſunt: aut fore credit. Apparare ad dignitatem quandam: ac uerius põpam. Ideoqꝫ oratores preparant: quibus obtinere cãm poſſunt. ac procœmiũ apparatum rep̃henditur: ꝙ plus põpæ atqꝫ oſtentationis q̃ utilitatis habere uideatur. Cice. offi.i. Facile totius curſum uitæ uidet: ad eãqꝫ degendam præparat res neceſſarias: ut paſtũ: ut latibula: ut alia generis eiuſdẽ. Idem de ora.iii. Illa quæ in apparatu fori appellãtur inſignia: q̃q̃ apparatus uideẽ ſignificare interdũ utrũqꝫ: ut apparatus belli: quaſi ꝑparatio. Sed ut dicimus naues nõ modo inſtructas: ſed etiam ornatas: ꝙ quo res inſtructiores ad bellum: eo pulchriores ſunt: ita apparatum belli uocamus: ubi inſtrumenta bellica etiam adornata ſunt.

Inter præeſſe & præſidere. Ca.ccclxiii.

PRæſum & p̃ſideo differunt ab hoc fit præſes: ſicut a deſideo deſes: a reſideo reſes. Ab illo uero præſes: ꝙ a ſuo uerbo in ſuo ſignificato recedit: de quo antea diximus. Præeſſe ẽ ꝓpoſitum eſſe rei cupiam gerendæ atqꝫ adminiſtrandæ. Præſidere eſt ad opem præſtandam præeſſe quam proprie præſtant homines quidam iniuriam parẽtibus aut in diſcrimen adductis: dii uero beneficientiã fauoremqꝫ inuocantibus. Aliquando tamen indifferenter. Suetonius de Tyberio. Præſedit & actiacis ludis: quaſi dixiſſet præfuit. Cicero pro Sylla. noli aĩos eorum ordinum qui præſunt iudiciis offendere. Idem pro eodem. Quam ob rem uos dii & patrii penates: qui huic urbi atqꝫ imperio præſidetis. Idem pro Milone. Vos iuncti in ciuis iũcti periculo centuriones atqꝫ milites: uobis non modo inſpectantibus: ſed etiã armatis & huic iudicio præſidentibus hæc tanta uirtus ex urbe expelletur: exterminabitur: eiicietur? Quinti.in.x. Nam & beniuolum auditorem inuocatione dearum: quas præſidere uatibus creditum eſt: & intentum propoſita rerum magnitudine: & docilem ſumma rerum celeriter comprehenſa facit. Et non lõge poſt. Quem præſidentes ſtudiis deæ propius audirent. Vnde tam dii q̃ homines preſides dicti ſunt: illi quidem in ſuo quiſqꝫ numine ſuaqꝫ ui: hi uero in ſua quiſqꝫ prouincia aut ab rege: aut a populo ſibi commiſſa. Idem Quint. ꝙ omnia ſic egerit: ut gentium præſide bellorum deo incredibile nõ eſſet quaſi cuius in manu eſt imperium bellorum aut auxilium ut apud Liui.li.vi. Dii deæqꝫ qui capitolium incolitis: ſiccine ueſtrum militem: ac præſidem ſinitis uexari ab inimicis? Præſidem dixit pro auxiliatorem ac defenſorem: ut alibi etiã ſæpe. Præſes: ut diffinit Vulpianus: is eſt qui maius in ꝓuincia imperium habet omnibus poſt principem: hinc præſidium dictum eſt auxilium principale. Nã ſubſidium id quod in auxilium ſuccedit dicitur. Et milites qui in tutellã oppidi: caſtelli ſimiliumqꝫ collocati ſunt: præſidium uocantur: ut impoſitum eſt præſidium Caietæ. Naꝫ præſul antiquitus dicebatur: qui primus erat inter ſalios: id eſt Martis ſacerdotes Romæ duntaxat a ſaliendo dicti in portandis ancilibus.

Inter aſſentari: adulari & blandiri. Ca.ccclxiiii.

Ayuntamiento de Madrid

Aſſentari: adulari: blandiri ita differũt: ꝙ aſſentari eſt īſidioſe & cõciliãdæ alicuius utilitaris gratia effuſius: & plerũq; falſo quẽpiã laudare: Adulari uero īſeruire & captare: ut fauorẽ emereamur quoquomodo uel uoce: uel geſtu: ẽ tractũ απο του δουλος qđ eſt ſeruus. Et ſane adulari ſeruile eſt & nõ liberale & ingenuum. Blandiri uero ad tactum pertinet: & per abuſionem ad alios ſenſus transfert: & nonnunq̃ etiam ad aīum. Quint. Tu non cogitas quemadmodum ſuſpenſa manu ſonantem blãde cardinem flectas: Idem: Blandiar iudices paulisper calamitatibus meis: & ſic agam tanq̃ inuenerim utrunq; ſanum. Ideoq; idem quodam loco pene pro eodem poſuit hæc duo poſteriora uerba. Trãſco oblatam nolenti numerum uacationem & blãdius q̃ militæ diſciplina poſtulet: adulatum militi tribunum. Adulatum blãdius dixit: nc aut blãdius blãditum: aut adulatius adulatum diceret: ſi tamen adulatius reperitur. Alibi: Et animaliũ quoq; ſermone carentiũ: ira: lætitia: adulatio & oculis: & aliis ſignis corpis depræhẽdit. Sunt enim muta animalia homniũ ſerua: quæ ſigna maxime apparent in canibus: de quibus inquit Virg. Hinc canibus blãdis rabies uenit. Nam aſſentari nõ cadit in muta aīalia: niſi credimus hoc mõ coruum a uulpe fuiſſe deceptũ: cũ optimũ cibũ ore geſtaret.

Excuſare & cauſari qd differãt. Ca. ccclxv.

Excuſare apertã ſignificationẽ habet: itẽq; cauſari. Excuſamus crimen obiectũ quod cum uidetur ſatis purgatũ: recentes dicunt: habeo te excuſatũ. Veteres dicebant accipio excuſationẽ: ſicut in illo: dũ qs mihi tulit conditionem: uerbi gratia: an uelim negociari in ſua pecunia: in cõmune lucrũ dicam accipio conditionẽ. Eſt & altera huius uerbi ſignificatio quæ a priore defluxit quotiẽs id quod in cã fuit ut peccaremus: afferimus in excuſationem. Nec dicimus ut aliqui loquũtur accuſo: ſed excuſo: q̃uis potius uideatur exigere: ut per accuſo: q̃ per excuſo loquamur ueluti ſi latrones aut flumina impedimento fuerunt: ne ad diẽ eẽ poſſẽ: dicã eo mõ: quo Qui. Tu tñ ſi iterpellatus tẽpeſtatibus ſeri⁹ ueniſſes. excuſares mare & ambiguos flat⁹: & tibi bonã cãm hrẽ uidereris: cũ diceres ante nõ potui: excuſares dixit: non accuſares. Li. lib. vi. Exactæ iã ætatis Camillus erat comitus iurare parato in uerba excuſandæ ualitudinis ſolitæ conſenſus populi reſtiterat. Et li. xlvii. Vbi dies uenit: citatiq; abſens eſt cœptus L. Scipio morbũ cauſæ eẽ cur abeſſet: excuſabat. Luca. in. viii. Lituſq; malignum excuſat. Cauſari eſt cauſam rei geſtæ afferre. Sueto. Syllanum itẽ ſocerum ad necẽ ſecandaſq; nouacula fauces cõpulit: cauſatus in utroq;: ꝙ hic ſe ingreſſum turbatius mare non eſſet ſecutus. Aliquando pene: ꝙ illa ſignificatio ſuperioris uerbi de excuſo dico in ſecundo ſignificato. Quin. Nec cauſanti pupillo ſic tutor naſcitur unq̃: ut nõ remaneãt amoris ueſtigia & ſacra quædã patris eius memoria. Cauſanti pupillo: quaſi excuſanti acerbitatẽ tutoris: Cuius ſimile eſt illud Papiniani: Iuſſus rõnem reddere & liber eſſe: ſi gæres cauſabitur: accipere rationes nihilominus liberũ fore: id eſt ſi impedimenta pretendet. Vir. Cauſando noſtros in longũ ducis amores. i. impedimẽti cauſas afferẽdo. Vulpianus: Proſcribere palã ſic accæpimus claris litteris: ut plane recte legi poſſint ante tabernã: ſcilicet uel ante eũ locum: in quo negociatio exercetur: nõ in loco remoto: ſed euidenti litteris græcis an latinis puto ſecundũ cõditionẽ: ne quis cauſari poſſit ignorantiam litterarum. Et alibi: Cauſari tempeſtatem uel uim fluminũ: Vbi liceat dicere excuſare ignorantiam litterarum: & excuſare tempeſtatem & uim fluminum.

Mãdare: pcipere: iubere: impare in quo differant: itẽ indicere & edicere. Ca. ccclxvi.

Mandare eſt alicui perſonæ gerendum aliquid exequendũq; cõmittere: ut Quin. Mãdata tamen tua fili perago: id eſt ut nunc loquimur cõmiſſiones: non autem iuſſa. Nam & deforme alioquin eſſet: ſi filius iuberet imperaretq; patri. Præcipere eſt cum magiſtrorũ: quod eſt præcepta tradere: tum magiſtratuum & ſuperiorum perſonarum. Salu. in catili. Iudices rerum capitalium: quibus præceptum erat idem. in iugur. Micipſa pr̃ meus moriens mihi pcepit. Iubere frequenter idem eſt quod imperare: ut Quinti. Pater me iuſſit. Et alibi: Nam q̃uis iſeſtum latronibus mare iuſſus intraui: neq; diſſimulauerim magnas fuiſſe cauſas patri: cur hoc mihi imperaret: quod ipſe facere non potuerat: pro eodem accepit iubere & imperare. Hic tamẽ annotandũ eſt: ꝙ ſicut eleganter dicimus impero mihi: ut apud eundem. Imperauit ſibi nequas admitteret amplius præces. Vt etiã permiſi mihi: permiſiſti tibi: permiſit ſibi: ita nõ eleganter dicas: iuſſi mihi. Præterea cum ita dicamus imperata: ut iuſſa huic apponamus uerbũ exequor: perago: & ſiqd eſt ſimile Illi autem fere unum uerbũ facio: ut apud eundem Neq; ipſe hoc periculum ignoro: expertus ſcui documento quanti ſteterit mihi ꝙ ſemel impata non feci. In hoc etiam hæc uerba differuntq;: impero tibi hanc rem dicimus. Iubeo uero præter hanc conſtructionem poteſt habere & illam: cuius exemplum modo protuli: pater me iuſſit. Eſt etiam iubere non plane impare ſed quaſi hortari ut idem: Spera tu: iube ſperare matrem. Cice. etiam ſic frequenter locutus: ut pro Deiotaro. Litteris quas ad me Terracone miſiſti bene ſperare iuſſiſti: Cui ſimile eſt quale eſt Terẽtii' Iubeo te ſaluere. Virgili. in. v. Reddiq; ulro promiſſa iubebant. Quam quæſo decorum fuiſſet: ut regi milites ac comites ſui imperarent. Edicere eſt magiſtratuum regumue Vnde edictum cõſulum ſunt litteræ conſulum: quibus aliquid iubent atq; imperant: Nam indicere proprie eſt denunciare: ut indictum eſt bellum: indixi bellum fortunæ: indixi bellũ uoluptatibus: idixit Romulus ſpectaculum. Liui. Indici deinde finitimis ſpectaculũ iubet. Iterum: Indixit in poſterũ diem: ut adeſſent. Idẽ idictio. Iterũ:



Ayuntamiento de Madrid

Delectuſq́ iudicium indictum eſt. Introcludo & intercludo. Ca.ccclxvii.

INtrocludo te in interioribus cludo: ſi repitur. Intercludo te: iter tuum impedio: & q̃ſi intercludo Virgi. Intercluſit hyems: & terruit auſter euntes. Cicero: Qui iter pœnorū cadaueribus corporū ſuorū itercludēdū putauerūt. Qua rōne etiā dicimus iterſepio Quīt. His textis ne uniuerſi mellis effluat pōdus: iterſepta onere cludunt: q̃ſi circunſepta: uel q̃ſi effluere mella poterāt ſepta. Ex ſentētia aliqd habere: & ad uotū Ca.ccclxviii.

EX ſententia aliquid habere: & ad uotum: licet illud uideatur rōnis eſſe: hoc affectus cuiuſdam: eodem tamen fere ſignificationis ueniunt: ut Quint. Habes ne uxorem ex animi ſententia Et alibi: Et ad omne uotum fluente fortuna laſciuit ocium.

Iter facere: uiam munire: itē iter facere: & iter habere qd differāt. Ca.ccclxix.

ITer facere: uiā facere: uiā munire: itē iter facere: & iter habere differūt. Iter facere eſt: ut impiti loquunt itinerare: ut piti ingredi iter aut uiam. Ci. de ſenectute: Maſiniſſam compedibus iter ingreſſus eſt in equū nō aſcēdere cum equo: ex equo nō deſcēdere. Idē offi. lib. i. Tēpus a natura ad eligēdū quā quiſq́ uiam uiuēdi ſit ingreſſurus: datū eſt. Viā facere eſt proprie ubi nō erat uia ac trāſitus apire Quint. Serant igitur nō ſemitis: ſed cāpis: nō uti fontes anguſti fiſtulis colligunt: ſed ut lautiſſimi amnes totis uallibus fluant: ac ſibi uiā ſiquādo nō acceperit: faciat: quod nō pbe dixeris muniat. Eſt enim munire uiā repurgare: reficere ac ſuſtinere interdum lapidibus: q̃les ſunt uiæ romanæ a plæriſq́ portis in multorū dierū iter ſilicibus ſtratæ. Cic. pro Milone: Appius ille cæcus uiā muniuit: nō qua populus uteret: ſed qua poſteri ſui latrocinant ut per trāſlatione de corpeis ad icopea Quīt. li. iii. ppterea q̄ plurimi auctores q̄uis eodē uēderēt: diuerſas tamē uias munierūt: & in ſuā qſq́ iduxit ſequētes. Dicimus etiā ut uiā: ita ripā munire: aleuē munire: aditū munire: cū illa reficimus uel param⁹. Cicero etiā aditū munire pro uiā munire: dixit pro Cluētio: Aditum ſibi aliis ſceleribus ante muniuit. Iter habere eſt iter aliquē eſſe facturū Cice. Habebat iter ad Hiattum regē pro Flacco. Et ad fratrem: Et q̄ ille in Sardaniam iter habebat.

Quod pponere pmiū metū ue: oſtēdere ſpem aut metū differunt. Ca.ccclxx.

PRopono præmium: propono metum: oſtendo ſpem: oſtēdo metum fere i eadem ſignificatione: hoc eſt hinc hortor: illinc deterreo: niſi q̄ proponere eſt potius poteſtatem imperiumq́ habentis oſtendere uero conſilium danti. Cicero: Quis eſt qui pppoſito tanto præmio non excitetur: Idem Propoſitis mortis & exilii minis. Iterum: Spem metumq́ oſtendere. Atq́ iterum Magnum huic urbi periculum oſtenditur.

Pacificatum eſſe: pacatum eſſe: placatum eſſe quid differant. Ca.ccclxxi.

p Acificatus ſum pacem feci. Pacatus ſum in pace ſum: uel ab armis acceſſi. Placatus ſum: ab indignatione animi ad lenitatem redii: uel animo leni ſum.

Parem eſſe quid ſit: & paria facere. Ca.ccclxxii.

p Arem eſſe idem eſt quod ſufficere alicui operi: ſiue reſiſtendū illi: ſiue exequēdo. Ci. ad Atticū li. xi. Tamē interpellat fletū: repugno quoad poſſum: ſed adhuc pares nō ſumus Qui. in geminis lāguētibus: Nunc infœlix par nō eſt dolori: nūc nō iuenit ulla ſolatia ex quo ſibi uidet filiū perdidiſſe uicturum. Idem: Nō fallit nos nefande quid captes hoc q̄ ſupra ſilētiū trahis alta ſuſpiria: q̄ in prumpēti uideris exclamatiōe deficere: mēdacio parat auctoritas: & in fidē erupturæ uocis affert: ut fateri uidearis inuitus: dic tamen par eſt huic rei matris integritas: ut mētiaris. Lucanus: Hūc habuiſſe pares phœbeis ignibus undas: & hoc in reſiſtendo. In exequēdo autē idem Quin. Aſpicio par laboribus corpus. Nōnunq̄ par idem eſt quod decens: ut idem Si ppter matrimonia uiolata urbes euerſæ ſunt: qd fieri adultero par ē? Paria facere eſt qđ alibi amiſſum eſt: uel qđ aliūde acceptū alibi uel aliunde cōpēſare. Quin. Paria tecū facio reſp. quæ ppter me unum ciuē pdideras: & alibi. Sic paria faciemus. Tu illic eris uicarius meus. Pli. auunculus: Naſcunt & alio modo terræ & repēte aliquo mari emergunt: uelut paria ſecū faciente natura quæq́ hauſerit: hiatus aliquo loco reddēte. Pli minor ad priſcū li. viii. Habuerūt officia mea in ſecūdis: habuerūt i aduerſis: ego ſolatiū relegatarū: ego ultor reuerſarū: nō feci tamē paria atq́ eo magis hāc cupio ſeruari ut mihi ſoluēdi tepora ſuperſint: Seneca: Vt ſtatim tibi ſoluam qđ debeo: & quātū ad hanc epiſtolā paria faciamus. Sollicitare. Ca.ccclxxiii.

s Ollicito te: uel q̄ ſpem metumue tibi oſtendo: ut ſollicitare plæbem: uel inquieto: ut tibi curam inicio. Inter gratum facere & gratificari. Ca.ccclxxiiii.

g Ratum facio & gratificor: ſiqd differunt: q̄q̄ utrunq́ eſt ex gratum & facio: nō tamen utrūq́ cōpoſitū. Differūt aūt ita: q̄ gratū facere eſt qddā minus: & pprie illud qđ obſeq & iſeruire: ut Cicero: Si hunc iuueris gratiſſimū mihi feceris. Gratificari qddā maius: ut deū gratificari hoibus dicimus: non autem gratum facere: quaſi idem ſit quod beneficia cōferre.

Deducere: reducere: comitari: affectari quid ſignificent. Ca.ccclxxv.

DEduco & reduco generalē habēt ſignificationē: ſed in hoc ſpecialē: quotiens alicui officii pſtamus comitatū. ut deduxi Catonē in ſenatum: eumq́ ut domum reducam: hic expecto: Sed pprie hoc eſt iter hoies nō multū dignitate & auctoritate diſtātes. Comitari

Ayuntamiento de Madrid

uero minorum potius erga maiores. Cæterum deducere & reducere eſt quaſi ad certum locū. Aſ‑
ſectari eſt quaſi comitatum præſtare: non tamen in itinere aut nauigatione: aut militia: aut fere per
urbem: ut Cicero de oratore libro ſecundo. Cum ædilitatem Craſſus peteret: eumqꝫ maior natu &
conſularis Sergius Galba aſſectaretur qꝫ Craſſi filiam. C. filio ſuo deſpondiſſet.

Inter ſatiare & ſaturare. Ca. ccclxx x.

Satiare ad omnes ſenſus attinet: & ſaturare ad unum guſtum. Nam figurate locutus eſt
Cice. Iracundiam meam ſatura tuo ſanguine: quaſi ſitim meam ſatura. Satiare frequēter
ad animum tranſfertur.

Incedere quid ſit. Ca. ccclxxxi.

Incedere eſt ambulare: inde inceſſus ſiue tardus ſiue feſtinus: ſiue commotus: incompoſi‑
tus: immoderatus: proprie tamen ſublimior quoddam & faſtum p̄ ſe ferens. Virgi. Regi‑
na ad templum magna ſtipante caterua inceſſit. Et uera inceſſu patuit dea Quod Seneca
quodam loco declarat. Tenero ac molli paſſu ſuſpēdimus gradum: nec ambulamus: ſed
incedimus.

Inter aduerſari & auerſari. Ca. ccclxxxii.

Aduerſor tibi & auerſor te: de primo nihil dubii eſt. Secundum ſumit ſignificationem a ge‑
ſtu quotiens ab aliqua re quam deteſtamur uultum auertimus. Quin. in. xi. Aſpectus. n.
ſemp eodem uertit: quo geſtus: exceptis quæ aut damnare: aut concedere: aut a nobis re‑
mouere oportebit. Vt idem illud uideamur uultu auerſari: manu repellere. Dii talē terris
auertite peſtem. In deuteronomio & aliis pluribus locis eſt gentes quas dominus auerſatur. i. dete‑
ſtatur atqꝫ abhominatur: & a quibus p̄ odio uultum auertit. Multi tamen indocti legunt ſcribūtqꝫ:
aduerſatur dominus.

Leuo & alleuo quid ſignificent. Ca. ccclxxxiii.

Leuo ē alleuo: & moleſtiā laborēqꝫ extenuo. Nam ꝓ illo ſignificato quod eſt ſuſtollo notū
eſt: ut Li. lib. xxi. Mox aqua leuata p̄ uento: cū ſup gelida montiū cacumina concreta eēt.
Subleuo auxiliū defenſionēqꝫ p̄ſto Ci. zephyrus q ſe naturā cuiuſqꝫ ex forma p̄ſpicere ꝓ‑
fitebatur deriſus a cæteris eſt: qui illa in Socrate uitia non agnoſcerēt: ab ipſo aūt Socra‑
te ſubleuatus: cum illa ſibi ſigna ratione a ſe deuicta diceret. Alleuo in altū tollo uel de imo: & ubi
qd iacet atqꝫ proiectū ē: ſurſum tollo. Quin. Vidi multos: quoꝝ ſupcilia ad ſingulos uocis conatus
alleuarent. Idem homini in aquā lapſo: atqꝫ ut alleuaret oranti. Inde tranſlationē ad qualitatem for‑
tunæ: ut idem. Quare non petit ut miſerū putetis: niſi & innocēs fuerit: non petit ut afflictum alle‑
ueris: niſi & ꝓbauerit ſeſe infœliciorem: qꝫ patrem amiſerit q̄ oculos. Etiam nonnunq̄ ſubleuo ꝓ al‑
leuo: ut apud Suetonium de Veſpeſiani uita: Dumqꝫ ſurgit ac nitit: inter manus ſublenantiū extin‑
ctus ē. Eleuo īminuo & extenuo: ut idem Quinti. Nam qs ignorat qn id lōge ſit honeſtiſſimū: ac li‑
beralibus diſciplinis: & illo quem exigimus aīo digniſſimū: non uendere operā: nō eleuare tanti be‑
neficii auctoritatem: cum plæraqꝫ hoc ipſo poſſint uideri uilia qꝫ p̄cium habent? Nuſq̄ meminī aliū
ſenſum repperiſſe me. Nam Hieronymus teſtatur quodam loco Iſaiæ. Eleuatum eſt ſup limina tem‑
pli. debuiſſe tranſferri ſublatum eſt. Sed ad tollendam ambiguitatem: ne quis putaret ſenſum eē ta‑
lem: q̄lis ē. Sublatum ē mihi palliū ad aliud uerbum recurſum fuiſſe: ꝓpriū tamen erat ſublatū ut idē
Quin. Tunc te fas eſt ſubleuatis ad cælum manibus ꝓclamare: mathematice mentitus es.

Perpendo: appendo: impendeo: impendo. Ca. ccclxxxiiii.

Perpendere ē exacte ponderare atqꝫ examinare: non autem ut aliq uolunt: intelligere atqꝫ
aīaduertere. Ci. Quid in amicitia fieri oportet: quæ tota uirtute ꝑpendit? Expēdere eiuſ‑
dem fere ſignificatiōis. Idem fere in Verrem. v. deīde hæc expendite atqꝫ æſtimate. Idem
of. i. Quæ cōtemplantes expendere oportebit qd qſqꝫ habeat ſui: eademqꝫ moderari: nec
uelle expiri q̄ ſe aliena deceant. Appendere ē tum ſuſpendere: ut notum ē appēdi uuas: tū ad lance;
ſtateramue pōderare. Idē in Anto. Vt iam appendat pecunia: non numeret. Et in ꝓœmio orōnis &
Aeſchinis ac Demoſthenis ſe trāſlaturum figurate ad incorpea trāſtulit. Et putaui nō nūerari lecto‑
ri debere: ſed tanq̄ appēder. Impēdo hēt pticipiū p̄ſentis tale q̄le ē ab impēdo. Vt admoniti ſum9 ca‑
uendum eſſe: ne iſta nos fallat abiguitas. q̄le ē apud eundē de ſene. Mortē igit impendentem omni‑
bus horis timens quis poſſit animos conſiſtere? Hoc participium eſt ab impendeo: nō ab impēdo.
Eſt autem impendere ſupra caput iāiam caſurum pendere: ut nubes impendet: & gladius ille equi‑
na ſeta appenſus ſupra Dionyſii conuiuæ caput imminens impendebat: Impendere ab impendere
apice diſtinguendum eſt.

Rapere: eripere: præripere quid ſint. Ca. ccclxxxv.

Rapere manifeſtam ſignificationem habet cum de aliis rebus loquimur. Cū uero de per‑
ſonis duobus modis accipitur. Vno qui ad res pertinet: uelut apud Virgi. Quid faceret:
quo ſe rapta bis coniuge ferret? Rapta dixit pro ablata. Et alibi. Raptas ſine more ſabi‑
nas. Altero pro eo quod eſt uim afferre atqꝫ uitare: uel ſi non aſportet nec fœminam lo‑
co deducat: quod proprie de uirginibus quæ uitiatæ ſunt: dicitur: ut apud Sene. qui eandē legē nō
eiſdē uerbis repetit quodā loco ſic extulit. Rapta raptoris aut mortem aut īdotatas nuptias optet.
Alio loco ſic. Vitiata uitiatoris aut mortem aut indotatas nup. op. ab hoc uerbo duo cōpoſita ſunt
eripio & p̄ripio quoꝝ p̄mū quotiēs hēt cū actō dtū; fere ī malā ptē accipit: ut eripuiſti mihi oēs be‑
ne uiuēdi facultates. Quotiēs uero abltūm cū ꝑpōne a uel ab: ſiue abs plerūqꝫ īponā: ut eripuiſti me

Ayuntamiento de Madrid

periculo. Interdũ in malam: ut er ipuiſti a me filiã. Quod uerbũ ita differt a ꝑlio: p̃terq̃ ꝙ nunq̃ hoc
apoſtulat talem abltũm: quod qui alteri eripuit poteſt id non in ſuos uſus eripe: ut eripuit illi uitam.
Qui uero p̃ripit in ſuos ꝓprios uſus capit: neq; p̃poſitio illa anteceſſionem tẽporis declarat. Cicero
pro Gallo: Demoſthenes tibi p̃ripuit ne eẽs p̃mus orator: Tu illi ne ſolus: nõ hoc itelligit Ci. ꝙ De-
moſthenes huic aut aliqd eripuerit: ut q afferre nihil poſſet nõdum nato aut priorẽ ſe fecerit. Non
ẽn. Demoſthenes primus oratoꝝ antiquitate tẽporis dicit̃: ſed facultatẽ. Neq; hũc ſolũ Demoſthe-
nes ætate anteceſſit: eo qdem magis ꝙ hic ipſe æqualis Ci. potuiſſet inuicẽ antiqſſimo illi aliqd au-
ferre. Ergo ille p̃ripuit ſibi: id ẽ rapuit ſibi iſtam dignitatem: ut ſummus orator eẽ uideat̃ futurus ẽt
ſolus niſi tu partẽ i te illius laudis trãſtuliſſes: eſſes dignus noie oratoris: q̃uis nõ æquandus Demo
ſtheni: quo nomine adhuc poſt illum p̃ter te uidimus neminem. Nonnunq̃ hoc uerbum ſignificat
antecape: ſed magis i paſſiuo: ut imatura morte p̃reptus nõ potuit p̃ſtare qualem ꝓmiſerat regem.
Sunt enim hæc uerba Pli. iunioris de uiris illuſtribus quaſi dixiſſet imatura morte p̃uentus.

Titubare: nutare: uacillare: quid ſint. Ca. ccclxxxvi.

TItubâre eſt pedibus nõ ualentis inſiſtere: quales ſunt ebrii: aut ĩfirmi: aut uulnerati: aut de
crepiti ſenes: ut apud Quin. At nõ tua culpa fames cepit: ſed uulneratũ iugulaſti: titubãtẽ
ſtrauiſti fumantẽ incẽdiſti. Transfert̃ etiam ad aĩum: ut apud eũdem. Neq; ulla unq̃ tanta
fuerit dicẽdi facultas: quæ nõ titubet aut hæreat: quotiẽs ab aĩo uerba diſſentiũt. Tituba
re quoq; ligua & dentes dicunt̃: hinc linguæ & oris titubantia. Nutare eſt ꝓprie alicuius malæ ſoli-
datæ molis ruinam minantis de aĩo quoq; titubãte & neſciente quo potiſſimũ ſe cõferat: nutare di-
citur. Vacillare ẽ alterno motu incõſtantem eſſe: ut idem. Eſt & illa idecora in dextrum ac leuũ la
tus uacillatio alternis pedibus inſiſtẽtem. Cice. Cum ex eo in utrãq; ptem toto corpe uacillãte quæ-
ſiuit. Vnde & naues utiq; uacuæ uacillãt. Et idem Cice. de quodam p̃ ĩfirma ualitudine nõ recte ſcri
benti inquit Vacillantibus litterulis ad animum quoq; tranſferimus: ut apud iuriſconſultos de fide
teſtis uacillante: qui inconſtantia & diuerſa teſtimonia dixerit.

Vaco quot modis accipiatur. Ca. ccclxxxvii.

VAcas ſapientiæ: das opam ſapiẽtiæ. Vacas ſapiẽtia: cares ſapiẽtia: q̃uis carere ꝓprie eſt ua
care qbus idiges: qđ ſignificauit Cice. cũ inqt. Satiatis uero & expletis iucũdius eſt care-
re q̃ frui: q̃q̃ non caret is q nõ deſiderat̃. Improprie tamẽ dicimus cares culpa: cares peri
culo: cares damno: cum nomine tamen ſignificante actionem quandam ſiue qualitatem adiungi-
mus: p̃poſitionẽ: ut uacas a labore: uacas a cõponẽdo: uacas ab agricultura. uacas ab omni moleſtia
Similiter p nomẽ: uacuus ſum ab oĩ occupatione atq; ab omni ſollicitudine. Hoc autem uerbũ: quũ
ſit impſonale: quæri põt quid ſignificet. Quin. inquit: Non immo oderit reꝝ uerba aucupantem: &
anxium de fama ingenii: & cui eẽ diſerto uacet. Hic uidet̃ uacet accipi ꝓ eo quod curæ ſit. Idẽ alibi:
Tunc ĩchoare hæc ſtudia: uel nõ uacabit: uel non licebit. hic uidet̃ eſſe ꝓ eo quod eſt tempus uacuũ
erit: Nam licebit idem eſt quod curæ erit. Et nequis auderet immutare licebit pro licebit. Plinius iu
nior: q̃q̃ iſinita ſunt huiuſmodi exempla: quærens ꝙ non poſſet opam dare admirando cuidam phi
loſopho: ita ad amicũ ſcribit: Quo magis tu cui uacat hortor: cũ in urbem ꝓxime uenies: uenies au
tem ab hoc maturius: illi te expoliandum limitandũq; permittas. Quid igit̃ duas has ſignificatiões
huic tribuemus uerbo: cum p̃ter id quod ambiguũ erit utrũ potius ſignificet̃: ſuperuacum uideat̃
dicere: uel non uacabit: uel non licebit: ſatis ſit dicere non uacabit quo uidebunt̃ forraſſe illa duo ſi-
gnificari. Quare exponamus: ut cæteros locos: ita & illum cui eſſe deſerto uacet: uacet uacuum eſt
hoc eſt uacuum tempus eſt: uel ſi uis cui eſt uacuus animus ſignificauit Virg. cum inquit. Sed ſi tan-
tus: amor caſus cognoſcere noſtros: hoc q̃tum ad uoluptatem: quod eſt ſi libet. Deinde q̃tum ad fa
cultatem tpis: uel ad uacuitatem animi: Et uacet annales noſtroꝝ audire laborum: Dixerat enim: Et
iam nox humida cælo Præcipitat: ſuadentq; cadentia ſydera ſomnos: quaſi nõ uideret̃ tempus illud
tantam narrationem pati: ut ipſa Dido eo tpe æquo animo poſſet audire quod audire cupiebat.

Inter conſciſcere: aſciſcere: & deſciſcere. Ca. ccclxxxviii.

COnſciſcere fere ad mortẽ pertinet. Plærũq;. n. ſic legimus: mortem ſibi ipſe cõſciuit: mor
tem tibi ipſe conſciſceris: mortem mihi ipſe cõſciſcã. Cogã te ad mortẽ tibi p teipſum cõ-
ſciſcendã. Aſciſcere ẽ remotum aliqd quaſi ſcite uocatũ cape. Cicero de oratore. Expſtes
eſſe prudentiæ quam ſibi aſciuerunt. Idem i oratore: Quod mĩme politi: mĩmeq; elegãtes ſunt: aſci
uerant aptum ſuis auribus opimum quoddã & quaſi adipale dictionis genus. Deſciſcere eſt ab im-
perio ductuq; alterius ſubtrahere: ut milites a duce: populi a domino: diſcipuli ab opinione magi-
ſtri: quam prius ſequebantur: præſertim ad alterius imperium uel ſententiam ſe transferentis.

Aſſeuerare quid ſit. Ca. ccclxxxix.

ASſeuerare eſt inter ipſa argumenta probationeſq; admiſcere uim animi motumq;. Quod
declarat. Quintilia. cum inquit: Altera ex aſſeueratione probatio eſt. Ego hoc feci: tu hoc
mihi dixiſti: & o facinus indignum: & alibi. Cum præſertim quorundam probatio ſola
ſit in aſſeueratione & perſeuerantia.

Exhibere ili negocium. Ca. cccxc.

Ayuntamiento de Madrid

EXhibere illi negocium facere.uel faceſſere negocium ē alterū moleſtia ac labore afficere frequēter quidē ꝑ accuſationē Cicero offi.iii.Criminabitur etiam ꝙ Titum filium ꝗ poſtea Torquatus eſt appellatus:ab oībus relegaſſet & ruri habitare iuſſiſſet:qđ cū audiſſet adoleſcēs negociū uidelicet exhiberi pr̄i:hoc ē patrē accuſari uel moleſtia laboreq; affici. Nam negocium ſæpe pro labore apud hunc præſertim legimus:ut quid negocii eſt iſta poetarum portenta conuincere:quomodo?quid operis:quæ exempla paſſim reperiūtur?Idem de natura deorum.Dii nec habēt negocium ipſi nec alteri exhibent Quintilianus li.v.Vt uulneratus aut filio orbatus non fuerit alium accuſaturus quando ſi negocium innocenti facit liberet eū noxa qui admiſerit id eſt qui innocētem reum facit Cicero ad Appium Cum eſt ad nos allatum de temeritate eorum qui tibi negocium faceſſerent id eſt accuſarent:inſectarentur:ad pœnam uocarent.

Deturbare:exturbare & diſturbare quid differant. Ca.cccxci.

DEturbare ē deorſum cū uiolentia deiicere.Virgi.Puppi deturbat ab alta.Exturbare eloco eundē in modū eiicere.Diſturbare diſſipando diruendoq; diſiicere Quin.Nō eni diſcuſſos alicuius opis angulos aut diſturbatos parietes obiicimus Cice.Vt dicere ī hoc ordine auderet ſe publicis opibus diſturbatuꝝ publice ex ſenat' ſentētia ædificatā domū.

Inter admoueo & amoueo:aduerto & auerto:aduerſus & auerſus. Ca.cccxcii.

ADmoueo manū appono manum:amoueo manum remoueo manū.Aduerto oculos mē temue aliquo:oculoſue cōuerto.Auerto oculos aut mentem alicunde conuerto oculos aut mentem.Aduerſus oppoſitus oppoſito pectore atq; obiecto.Auerſus terga oſtēdēs Vnde illud Tullianum aliquanto obſcœnius ſed ad rem declarandam pertinēs:& aduerſus impudicus.

Conſternere & conſternari quo differant. Ca.cccxciii.

COnſternere ē corpis.Cōſternari aūt animi cum mens turbata ē & de ſtatu mota:& quaſi humi ſtrata.Ideoq; ſæpe cōiūgi aīum uidemus:ut cōſternatus aīo.Saluſti.tamen hiſto.prio inqt:Eq ſine rectoribus exterriti aut ſaucii conſternant:cum ſit uſitatius cōſternunt

Non placeo mihi & diſpliceo mihi quid differant a placeo mihi. Ca.cccxciiii.

NOn placeo mihi & diſpliceo mihi ab illo placeo mihi diuerſæ ſignificationis ſunt ꝑter negationē.Nāq; ea prima apti intellectus ſunt:ut de ora.Ci.nunꝗ mihi heſterno die placui Et in philip.Cūq; de uia languerem & mihimet diſplicerē.Tertium ē idem quod ſupbio dote aliqua:bonoue quod mihi adſit & glorior:& mihi eo noīe cōfido plerūq; cū inferiorū coutēptu Quin.Placeas licet tibi opū tuaꝝ fiducia:diues ſi mihi idē inuidere non expedit:pares ſumus.Pene in hūc ſenſum accipit mirari ſe.Nam id efficere in alteꝝ laudabile ē.Vnde apud eūdē de Socrate dicitur.Nā ideo dictus ἔειρων.id eſt agens impium:& admirator alioꝝ tanꝗ ſapientuꝫ De ſeipſo crebrius in uitium eſt:id eſt ꝙ ſe ſilētio parricida mirat.Martialis Valerius:Ipſe ego:quē dixi quid dentem dente iuuabit Rodere?carne opus ē ſi frater eſſe uelis.Nec ꝑdas operā:ꝗ ſe mirātur in illo Virus habe:non hæc nouimus eſſe nihil.Si mirant dixit quaſi ſibi placēt:uel de ſe magnifice ſentiunt.

Moror te & maneo te. Ca.cccxcv.

MOror te:& maneo te a ꝗbuſdā exponunt pro expecto:ſed mea tamē ſentētia magis poetice ꝗ oratorie Virg.Et tua ꝓgenies mortalia demoror arma.Terē.Quē hic manes?Oratores potius accipiunt moror te ꝑ retineo & in mora teneo.Ideoq; hæc duo uerba ſæpe iungunt:ut apud Quinti.Quid me adhuc pater detines?Quid moraris abeūtē?Maneo pro eo qđ futurū eæ:ut ipſe accipio apud ipſos:interdū etiam poetas.Virgi.Te quoq; magna manent regnis penetralia noſtris:id eſt tibi futura ſunt.Ci.Cuius te fatum:ſicut Curionē manet:hoc eſt cuius fatum tibi futurum eſt:ſicut fuit Curioni.

Conflare ſiue contrahere æs alienum quid ſint ac diſſoluere. Ca.cccxcvi.

COnflaui æs alienum:& contraxi æs alienū:idem eſt ꝙ factus ſum debitor alienæ pecuniæ Diſſoluo æs alienū:id eſt quod contraxeram æris alieni reſtitui:& pluribus ſolui:uel quaſi cathena qua alligabar me ſoluenda pecunia diſſoluo.Quinti.Non ego æs alienum luxuria contraxi Cicero.Patri pſuaſi ut alienū æs filii diſſolueret:ꝗbus exēplis plena ſunt oīa.

Quomodo migro:decedoq; differant a diſcedo & recedo. Ca.cccxcvii.

m Igro decedoq; ſic a diſcedo recedoq; differūt:ꝙ migrare ē domiciliū mutare:& alio ſe ad habitādū cōferre relicta priore habitatiōe.Et eſt apud iuriſcōſultos titulus de migrādo. Similia huic ſunt emigrare:demigrare:cōmigrare.Remigrare aūt reuerti in priſtinū domiciliū.Tranſmigrare:in lōginquoris loci domiciliū habitationēue mutare.Immigrare ī domum aliquā habitādi gratia ire:Ea propter homines qui moriuntur:migrare dicuntur:Sed rectius cū appoſito ꝗ ſine appoſito:ut multi faciūt neſciētes Ciceronē cū appoſito ſolere loqui:ut reip.lib.vi.Anteꝗ ex hac uita migro cōſpicio in meo regno & his tectis:P.Corneliū:Scipionem:& Quin.ī corpore proiecto:Seu cum ad īfernas ſedes anima migrauit.Etenim qui moriunt:tanꝗ domiciliū corporis relinquentes alio ad habitandū dūtaxat anima ſe trāſferunt.Contraq; nequaꝗ milites cū caſtra mouent:aut de ſtatione munitionibuſue diſcedunt:migrare dicuntur:utpote ubi domicilium non habuerunt:nec in domicilium ſe conferūt.Decedere ꝗꝗ accipiatur nonnunꝗ ꝑ eo quod eſt diſce-

Ayuntamiento de Madrid

dere aut recedere:tamen proprie eſt a mandato cuſtodiæ ſuæ loco recedere. Vnde conſules:ꝓconſules:præſides:prætores dicunt̃ ex prouincia recedere. Item preſidia de urbibus atq; caſtellis ſine appoſitione intelligũtur pro mori:quaſi a cuſtodia & gubernatione corporis proficiſci. Cic. de ſenectute. Vetat Pythagoras ſine iuſſu imperatoris dei:inde fieri de præſidio & ſtatiõe uitæ decedere. Idem de repu. Ideoq; & tibi Publi:& cæteris omnibus detinendus eſt animus in cuſtodia corporis:ne aſſignatum uobis a deo munus defugiſſe uideamini. Eo igit̃ modo dicit̃ deceſſit:quo dicitur defunctus:ut ſubintelligatur uita. At in excedo additur uita:non ſubintelligitur. Idem in Antonium:In ipſa cura meditatione obeundi ſuis numeris exceſſit e uita.

Precari quid ſignificet adiuncto datiuo. Ca.cccxcviii.

PRecari quid ſignificet certum eſt:cum meꝝ accuſatiuum habet. Adiuncto ãt datiuo idẽ eſt quod imprecari:hoc eſt optari alicui deos precando bonam fortunã aut malam ꝗ datiuus ſæpe intelligitur:ut apud. M. Tul. in Piſonem. Vt omnes ſui ciues ſalutem:incolumitatem:reditum precarentur:quod mihi contingit:an quod ſibi proficiſcenti euenit:ut oẽs execrarent̃:male precarentur. Et Quin. Inde fugientia uela longo uiſu ꝓſecuti facilem emptionẽ:ſecũdos uentos placidum mare:non ſic ſi ipſi nauigaremus:præcati ſumus:cum datiuo idem. Sed ſi tãtopere efflagitantur q̃ tu affirmas:ꝑmittamus uela uentis:& oram ſoluentibus bene precemur. De imprecemur. hoc eiuſdem ſit exemplum. Non imprecamur debilitates:naufragia:morbos:pauꝑ ſit & amet quãcunq; meretricem:& amare non deſinat:quod crebrius accipitur in malum.

Habui orationem:feci ſermonem. Ca.cccxcix.

HAbui orationem:non feci orationem:feci ſermonem potis q̃ habui. Nonnunq̃ etiam habui. Ci. de ſenectute. Cyrus qdem in eo ſermone quẽ moriens habuit:cũ admodũ ſenex eſſet:negat ne unq̃ ſenſiſſe ſenectutẽ ſuã imbecilliorem factã q̃ in adoleſcentia fuiſſet.

Habeo polliceri:& ſimilia quid ſint. Ca.cccc.

TAntum habeo polliceri inquit Cice. ad Lentulum. Idem in Catone maiore. Neq; eos ſolũ cõuenire habeo:quos uidi:ſed etiã quos audiui & legi. Idem in ora. Audire habeo qd ſentiat. Quod ut ipſe interpretor:idem eſt quod pollicẽdum conueniendum audiẽduꝫ eſt mihi:quod ꝓbatur ex illo:licet diuerſo loquendi modo:quale apud Quin. Adeoq; ludibriis miſeriæ ſim diuerſitatis implicitus:ut impetrandum a uobis habeam odii mei fauorem:id eſt ut impetrandũ mihi ſit a uobis odii mei fauor:quod licet commutare in ſuperiorem modum ſic ut impetrare habeam odii mei fauorem. Sicut contra illum in hunc ſic tantum habeo huius ſententiã uel habeo pro uolo:ut non mirũ ſit quare aliqui legant aueo:ſed non recte legere eos ex illis Auguſti uerbis oſtenditur:cum dixit. Quid aliud habeo deos immortales precari.

Mereor & eius compoſita. Ca.cccci.

MEreor de te:eſt aliqd in te confero. Si beneficii qdem bene mereri de te dicor. Si autem offenſionis male de te mereri:nonnunq̃ utrũq; reticemus:ſed in ambiguum ſenſum:ut qd de te ſum meritus:nonnunq̃ ꝑ negationem ſic:homines nihil de me meriti.i.q nihil in me beneficii aut officii contulerunt. Quibus exemplis omnes. M. Tullii libri ſcatent. Demereor quoq; ꝓ bene de aliquo mereor accipitur. Sed cum accuſatiuo:ut Ouid. herodium. Dic mihi qd feci:niſi non ſapienter amaui:Crimine te potui demeruiſſe meo. Et Quin. Simul ut pleniore obſequio demererer amãtiſſimos mei. Emereor idem pene quod mereor præteritum eius emeritus. Vnde emeriti ſtipendia qui militia perfuncti ſunt nominãtur. Et ſignificatione paſſiua:ſtipendia emerita:ũt idem. Emeritis huic bello ſtipendiis. Et per tranſlationem a Vir. Emereri boues dicũtur:& quædam alia. Emeriti autem ſenes ſolent habere eos qui pro ſe laborent:qui dicũtur pro alio opus agere. Quin. de apibus inqt. Habeã q̃ pro me opus agerent.

Refero & fero. Ca.ccccii.

REtulit Pompeius ad ſenatum.i. conſuluit:in eadem tamen ſentẽtia Pompeius ad populum tulit. Ex illo fit ſenatuſconſultũ:ex hoc negatio, quæ inſtar eſt legis. Dicimus p̃terea refero tibi acceptum:ꝓ eo quod eſt fateor me hoc abs te accepiſſe. Neq; id modo in bonã partẽ ueꝝ etiã in malã:ut ꝓ Deiotaro Cice. Vtinã acceptã refert clementiæ tuæ. Idẽ in Antoniũ. Oĩa deniq; quæ poſtea uidimus:qd aũt mali nõ uidimus ſi recte rationabimur:uni accepta referemus Antonio. Idem eſt fero tibi acceptum:ſiue ꝓ eo quod eſt habeo ꝓ recepto abs te qđ mihi debeas etiã ſi ſolutio nulla interceſſerit:unde fit acceptatio:quã Iuſtini. ꝑ interrogationẽ & reſponſionem fieri uult. Rettulit expenſum:id eſt rationes de impenſis confecit:uel exibuit.

Inter exhorreo:& abhorreo. Ca.cccciii.

EXhorreo hãc rem:idẽ ẽ quod expaueſco. Abhorreo ab hac re:idẽ eſt qđ ꝑ q̃ alienus ſum ab hac re. hoc ſemper poſtulat huiuſmodi ablatiuum:illud uero nunq̃:ſed accuſatiuum.

Bene agi cum aliquo quid ſit:& actum eſſe. Ca.cccciiii.

Ene mecum agitur:idem eſt quod in bona cõditione ſum:idem præclare tecum agitur optime cum illis agitur:melius cum hominibus ageretur:ſi paruo cõtenti eſſent:ita male mecum agitur ac peius:incommodiuſue. Nonnunq̃ etiam actiue. Vale. Maxi. li. v. Bene egiſſent athenienſes cum Militiade:ſi cum poſt trecenta milia perſarum Marathone



Ayuntamiento de Madrid

deuicta in exitium protinus miſiſſent:ac nō in carcere & uinculis mori coegiſſent. Actum eſt ſemper in malam partem accipitur:ut actum eſt de rep. id eſt reſpu. extincta:deſperata:perdita eſt.

Inter ſalire & ſaltare. Ca.ccccv.

SAlio:unde ſaltus pro eo quod eſt ſaltum facio:ſalto tripudio:unde ſaltatio. Interdum ſalio pro ſalto. Vir. ii. geor. Mollibus in pratis unctos ſaliere per utres. Quid autem diſtet ſaltus & ſaltatio:notū ē Saltus enim eſt qualis ceruoꝝ:leprorūq́:ſaltatio uero illa hominū iactatio quā uulgo tripudium uocāt & licet ſalio pro ſalto accipit nō tamē ſaltus pro ſaltatu ſiue qui eiuſdem ſignificationis eſt. Liuius. Ferre ac per urbe ire cum tripudiis ſollenniq́ ſaltu iuſſit.

Inter abdicare & exhæredare. Ca.ccccvi.

ABdicare eſt expellere a bonis filium:dum uiuit pater. Exhæredare uero poſt mortē. Sed abdicare eſt grauius:quod etiam in ſe exhæredationem continet.

Ad me ſpectat quid ſit:& ad mortem ſpectat. Ca.ccccvii.

AD me ſpectat:id eſt ad me pertinet. Ad mortem ſpectat:id eſt quaſi reſpiciēdo tēdit. Ci. offi. lib. tertio. Ad extremum ſi ad perniciem patriæ res ſpectabit:patriæ ſalutem antepo net ſaluti patris. Quin. in pauperem amotorem. Et quod ad peſſimum ſpectat euentum miſerabilis ſis oportet:ut amator eſſe uidearis.

Conuenit nobis.& conuenit inter nos quo differant. Ca.ccccviii.

COnuenit hoc mihi:aut conuenit hoc nobis.i.decens eſt & conueniēs. Conuenit hoc:inter nos.i.conſtat:& controuerſia caret. Conuenit mihi hoc tecum.i.ſine controuerſia ē inter nos:quod ego dixi. Conuenit tibi mecum.i.ſine contronerſia eſt inter nos:qđ tu dixiſti. Nonnunq̄ ſine oppoſito:ſed tamen ſubintellecto:ut hoc conuenit. Nōnunq̄ ſine utroq́:ut conuenit.

Inter obuio tibi:& obuius tibi fio:& cætera. Ca.ccccix.

OBuio tibi:& obuius tibi fio:obuius ſum tibi:obuium me tibi fero:obuium me tibi fortuna obtulit. Cic. Fit ei obuius Clodius. Vir. Cui mater media ſeſe tulit obuia ſilua. Domitius Afer apud Quinti. Forte uos in illa ſolitudine obuios caſus miſeræ mulieri obtulit. Obuiam quoq́ ꝑ eadem & ꝑ alia plura uerba uariatur:ut obuiam ꝓceſſi:obuiam iui:& alia multa.

Quot modis una eademq́ res dicatur:quæ & quem finem ſibi quis proponat. Ca.ccccx.

EPicurus oīa terminat uoluptate. zeno cuncta finit honeſtate. Hieronymus nniuerſa determinat:deffinitq́ indolētia corporis. Carneades ſingula metit naturæ bonis. Ariſtippus nihil non ad commodum ſuum refert. Pyrrhon nihil reliquit:quod non reuocet ad ſententiam. Ille ſummum bonum in gula conſtituit:ego bonum ipſum pono in dilectione dei. Tuus finis ad quem tendis:tibi ipſi ignotus eſt. Tot igitur uerbis unam eandemq́ rem declaramus:quæ exempla paſſim inquirentibus ſeſe offerent.

Coniectare:coniecturare:coniecturam facere:& cætera pro eodem accipi. Ca.ccccxi.

COniecto:coniecturo:coniecturam facio:coniecturam capio:cōiectura cōſequor coniectura colligo:cōiectura ducor ꝓ eodem accipiunt:aut paꝝ differunt:qa efficatius qddā ē cōiectura cōſequor & cōiectura colligo:q̄ i cæteris:quoꝝ exēpla adducere lōgū eſt.

Non me fallit:nō me præterit:& cætera idem ſignificare. Ca.ccccxii.

NOn me fallit:non me præterit:non me fugit:non me capit idē ſignificare:quod nō ignoro. Quintilianus auctor eſt.

Quod capere ſpem de te non tm̄ ſit:quātū in te ſpem colloco:&c. Ca.ccccxiii.

CApio ſpem de te:cōcipio de illo ſpem:ducor ī ſpem hui⁹ negocii. Vocor ī ſpe;:īgredior in ſpem:nō tm̄ ſpei firmitatē ſignificat:quātū colloco ī te ſpem:& repono ī te ſpem Cic. In quo maiores natu ſpem dignitatis ſuæ collocarāt. Quīt. In quo ſpem unicā ſenectutis reponebā.

In mētē uenire mihi:occurrere mihi:& cætera ꝓ eodē accipi. Ca.ccccxiiii.

IN mētem uenit mihi:occurrit mihi:ſuccurrit mihi:ſubit mihi ꝓ eodem accipi ſolēt:Sed hoc ultimum frequēter quoq́ ad miſerationem:ut Quin. Nobis uero natura aduerſus exanimes ingenuit non ſolum miſerationem:quæ cogitatiōi noſtræ ſubiit:ſed etiam religionem. Vbi non ita decuiſſet ſuccurrit:occurrit:in mentē uenit. Vir. Subiit cari genitoris imago. Subiit deſerta Creuſa. Vbi nequaq̄ decuiſſet in mentē uenit de caro genitore:& Creuſa deſerta. Iungitur etiam hoc uerbum cum accuſatiuo:ut Curtius. Sera pœnitentia ſubiit regem.

Quod uideas:& licet uideri pro eodem accipi ſolent:& ſimilia. Ca.ccccxv.

VIdeas:licet uidere:licet cernere:apud quoſdā cernere ꝓ eodem accipiuntur:ut ita uideas iuſtos iniuſtis rebus maxime dolere:imbecillibus fortes:moderatos īmodeſtis. Licet uidere:nonnullos tanta ſtultitia:ut uix differant a natura brutorum. Licet ora ipſa cernere iratorum ut imitentur. Ciceronis hæc exempla ſunt.

Habes quæ ſententiam:hæc habui quæ dicerem:& cætera. Ca.ccccxvi.

HAbes quæ ſententiam Brute de oratione dicendi:hæc habui de amicitia quæ dicerem:hæc ſunt q̄ putaui dicenda hoc tēpore. Sunt uerba Cic. ad extremum materiæ a ſe tractatæ quibus & cæteri auctores uti ſolent:ut Quin. Habes Marcelle uictoriā:quibus præce

Ayuntamiento de Madrid

pta dicendi adiuuari poſſe per nos uidebantur. Et iterum. Nihil habui amplius quod in uniuerſum præciperem. Et iterum. Hæc fere ſunt emendate loquendi ſcribendiq; partes.

Vt dicaẽ more maiorũ compatum eſt: legibus ita conſtitutũ eſt: &c. Ca. ccccxvii.

MOre maiorum cõparatum eſt: legibus ita conſtitutum eſt: ita natura compatum ẽ: ita natura conſtitutum eſt: ita natura præſcriptum: hoc nobis ipſa natura præſcribit: nobis natura datum eſt: ut piclitantes alleuemus: hoc ratio ipſa præſcribit: ita uideẽ ratio dictare.

Inter agendum & inter actionem: in agendo & ſimilia. Ca. ccccxviii.

INter agendum & inter actionem: in agendo: inter cœnandum: inter cœnam: in cœnam ſuper cœnam: inter conſulendum ſiue conſultandum: inter' conſilia ſiue conſultationes: in conſulendo ſiue conſultando.

Et appellant te hoĩes ſapientem: & exiſtimant: &cæ. Ca. ccccxix.

ET appellant te homines ſapientem: & exiſtimant. Te malum eſſe & dicunt: & ſentiunt. Illum & putant probum: & alloquuntur: Hi & habentur mali: & appellantur. Diligentia honores & gignit: & continet. Studio litteræ & parantur: & conſumantur.

Impono tibi onus: impono tibi. Ca. ccccxx.

IMpono tibi hoc oneris notum ẽ quid ſignificat. Impono tibi idẽ quod decipio te Qui. Quid ꝙ hoc ipſum placidæ tam quiete facit: quaſi captet imponere? Et alibi: Fefellit te ingenitus honeſtis animis gloriæ amor. Spes tibi perpetuæ laudis impoſuit. Vnde impoſteres dicunẽ qui alios uerbis pollicentibus incãtationibuſq; ſeducunt ac decipiunt Paulus. Idem aleatores & uinarios non contineri edicto quoſdam reſpondiſſe Pomponius ait: quẽadmodum nec guloſos: nec impoſteres aut mendaces: aut litigioſos. Vulpianus. Non tamen ſi incantabit: ſi impræcatus eſt: ſi ut uulgari uerbo in poſterum utar: exorcizauit: non ſunt iſta medicinæ genera: tametſi ſint: qui hos ſibi profuiſſe cum prædicatione affirment.

¶ Laurentii Vallenſis de linguæ latinæ elegantia li. vi. De nominum ſignificationibus.

SVlpitius ille Ser. cuius quanta in iure ciuili fuerit auctoritas: plurimorum monumenta teſtantur: ſiue aliorum exemplo: ſiue priuato conſilio frætus: nõ exiſtimauit turpe ſibi ad famam fore: ut librum de notis Scæuolæ conſcriberet: non modo antiſtitis in ea facultate atq; oĩum principis: uerũ etiã præceptoris ſui. Cogitabat enim neq; poſſe id ſibi uitio dari quod publicæ utilitatis cauſa ſuſciperet: neq; iniuriam illi fieri: qui repræhenderetur: ſi modo rite reprehendatur qđ in ſe fuiſſet ipſe facturus: ſi errata ſua animaduertiſſet. Probe itaq; Sulpitii: & ingenue ac uere romane: quin ipſe quoq; populus prudẽter & grato inuicem aĩo qui factum huius nõ reprehẽſione: ſed laude dignũ ac gloria putauit: nec minore uolumine hoc q̃ cætera honore ꝓſecutus eſt. Nã præcepta aliqua doctrinæ tradere cuilibet mediocribus ſaltem litteris imbuto promptũ ẽ. Errores maximoꝝ uirorũ dephendere. Id uero tum doctiſſimi hoĩs eſt tum opus utiliſſimũ & quo nullum dici poſſit utilius. Quis. n. dubitet nõ minus agere: q aurũ: argentum: cæteraq; metalla expurgat: q̃ q illa effodit? q triticũ mundat: q̃ qui metit? qui pinus: amygdala: cæteraſq; nuces eligit: q̃ qui eaſdem legit? Ita eum qui emendat niſi pauciſſima ſunt quæ emendat? nõ inferiorem exiſtimare debemus q̃ ipſum illum inuẽtorem: nec minorẽ ab illo: q̃ ab hoc ꝑcipi fructũ? Inſuper non mõ huic ex illius caſtigatione nullũ damnũ afferriq; iacturam: uerũ etiam ꝑcium ac dignitatẽ: ꝑinde atq; auro & cæteris: q̃ modo cõmemoraui quãtũ corporis purgatio ipſa detrahit: tantũ reſiduo ꝑcii ut dixi: & dignitatis accreſcit: adeo plus utilitatis in ꝑte eſt: q̃ ſuperat: q̃ fuerat in ſolido. Quare ſiqs Scæuolæ apud inferos de Sulpitii facto ſenſus fuit: q̃ erat illi æquitatis & iuſticiæ amor auſim affirmare fuiſſe gauiſum: ſecũq; ꝑclare actũ eſſe dixiſſe: ꝙ ſuorũ libroꝝ auꝝ ab omni ſcoria eẽt ac fæce purgatum. Nihilq; foret: ꝑ quod conciues ſui ꝑ eius ſcripta falli poſſent. Neq; imerito Plini. iunior ad amicum ita ſcribit. Ita. n. magis credam cætera tibi placere: ſi quædã diſplicuiſſe cognouero. Quomodo igiẽ nõ ſit beneficium id offerre: qđ ſolet beneficii loco poſtulari? Quod ſi hoc nõ ꝑſtaẽ aut iam defunctis: aut tale beneficiũ reſpuentibus: ꝑfecto his præſtatur: ad quos ex ipſa magnoꝝ auctoruꝫ emẽdatiõe multa in primis utilitas ꝑuenit. Ideoq; ab optimis qbuſq; cuiuſlibet artis ꝓfeſſoribus receptũ eſt: ut eoꝝ ipſoꝝ quos diſcẽtibus imitationẽ ꝓponunt: etiam uitia ſi qua fuerint: oſtẽdãt. Huiuſmodi igiẽ ego & exemplis: rõnibus adductus: faciũdum mihi putaui ut unum librum hũc de notis ſcriptoꝝ cõponerem: non quo illos carperem. Nã præterq̃ ꝙ hæc inhumana uoluptas foret: certe & alibi maior mihi hæc facultas daretur: & de hac ipſa re pene infiniti libri cõſcriberenẽ: ſed quo prodeſſem aliqd linguã latinã diſcere uolẽtibus non modo ex noſtris ꝑceptis: ſed ex alioꝝ quoq; erratis: ubi & de noſtro non nihil ad rei teſtificationẽ admiſcebimus. Dedimus autem noſtroꝝ librorum ſuam cuiq; materiam: ut ſi ꝑ ſe opus non multum ſibi fauoris pararet: ipſa certe uarietas cõmẽdationis blandireẽ: ex hoc ꝑſertim uolumine: in quo & uniuerſa quæ in ſuꝑioribus ſingula cõtinentur & de plurimis præſtãtiſſimiſq; auctoribus ꝓnunciatur iudiciumq; contra eos fit. Sumus autem accuſatores quidem ſimul & iudices. Sed qui aliorum pariter accuſationem iudiciumq; ſubeamus: niſi legittime & auctoris: & iudicis fuerimus officio functi. Sed iam in forum deſcendamus.

Ayuntamiento de Madrid

Alumnus. Ca.ccccxxI.

ALumnus eum ſignificat Nonius Marcellus inqt:& qui ab aliquo alitus eſt qui aliquē alu
it:cui in prima ſignificatione ſuffragor:in ſecunda refragor: nec illius exēpla ſecū facere
oſtēdā:ſed mecū quæ hæc ſunt:tum Ciceronis in Verrem.Italia aūt alumnū ſuū ſeruitu
tis extremo ſummoq; ſupplicii fixū uideret:tum Varronis.Et ecce de improuiſo ad nos accedit ca/
na ueritas atticæ philoſophiæ alumna.Quoꝝ exēploꝝ ſalua Nonii pace utrunq; ſignificat educatū
nō educatorem.Nam Cice.qdem Italiam quaſi altricem : illū ab ea altum dixit.Varro uero modo
non alio locutus eſt:q̄ Quin .ubi ait . Verba oīa & uox eius alumna urbis eſſe ſolet:ut oratio roma/
na plane uideatur:nō ciuitate donata.Vult.n.uerba noſtra & uocem uideri debere natā:& alitā in/
tra Romam:ita Varro intra Athenas atq; in ſinu altricis philoſophiæ.Adiicit etiā Nonius alumnū
ſignificare dominum:ut apud Vir.Corpus ubi exanimi poſitum Pallantis Acetes Seruebat ſenior:
qui Parrhaſio Euādro Armiger ante fuit:ſed nō fœlicibus æq; Tu; comes auſpiciis caro datus ibat
alumno.Dure nimis ne dicā inerudite uir ſane eruditus expoſuit:quaſi neſciamus nō domini mor
tē a ſeruo uel a comite Vir.feciſſe deplorari:ſed ꝙ plus eſt q̄ ſi uel Euāder ipſe fuiſſet occiſus ac mul
to triſtius ab alto re ſiue nutricio mortem eius quem aluerat : quem loco filii habebat:qualis Phæ
nix ille Homeri in Achillem fuit:quem quoniam educaſſet filiū:ſemp appellat pro alumno.Et cer
te armigeri magnoꝝ principum ſemp & ipſi magni fuerunt.Siqdem ut taceam de Phænice:qui bo
næ pti myrmidonum imperabat . Patroclus auriga Achillis princeps erat : & Sthelenus Capanei
Regis filius auriga Diomedis:& Merionas inter primos duces cretēſium auriga Ilionei:& Hecto/
ri aliqs fratrum fere augurigabatur currum.Talis fuerat Acetes Euandro.Ergo uon fuerat ſeruus
aut ſeruo ſimilis apud Euandrū multo minus apud filiū:ſed patri ſimilis:& pro patre:præſertim illo
abſente Duo autē hæc nomina quæ ab eadem littera incipiunt:armiger & auſpiciū: quæ apud Vir.
modo legimus:non nota omnibus etiam explicemus.Armiger eſt qui gerit in prælio tæla domi/
ni ſui ut ſcutū & arcum:ut lanceam:& cætera huiuſmodi.Imperiti armigerū uocant armatum equi
tem.Auſpicium eſt uel a paſtu auium.uel ab inſpectione auiū.Sed qa conſul anteq̄ iret in expiditio/
nem :capiebat auſpicium:hinc factum eſt:ut dicamus auſpicia ducū atq; principum : quæ a ſolo du/
ce capiant:& hinc auſpicari non modo auſpicium capere:ſed etiam incipere:nec in bonam tātum
ptem:quod frequentiſſimum eſt:nerū in malam quoq; ut apud Plinium:At homo īfœliciter natus
manibus pedibuſq; deuictis animal cæteris imperaturū ſuppliciis:uitam auſpicatur.Nam q̄do non
eſt uerbum fere in bonum accipitur:ut apud Terentium:Haud auſpicato me huc attuli .i.nō fœli/
citer:quaſi auſpiciis repugnātibus.Quod declarat Quint.de Achille:ut opinor loquēs:qui ad mor
tem quā dii futuram denunciauerant:cupiditatē ulciſcendi Patrocli ruebat.Sic nāq; ait:Eant noui
antiquarum conditores fabularum poetæ:& ſe ad exortandam amititiæ fidem magna quædā cō/
poſuiſſe carminibus putēt: ſi dixerunt aliquos per maria tranſq; aſperiorem fortunam amicorum
tantum ſecutos: aut principem Græciæ uirum in ultionem interfecti amici inauſpicata bella geſ/
ſiſſe:& alibi.Itaq; ut apud illos Homerus:ſic apud nos Virg.auſpicaciſſimū dederit exordium.Au/
ſpex qui præerat nuptiis celebrandis:qui auſpicium pro nuptiis capere ſolebat.Adhibebaturq; hic
pro parte mariti.Pro nuba quæ præeſt ipſa nuptiis celebrandis pro uxore: aliquando etiam magis
proprie pro eo qui dux militiæ eſt:ut primo carminū apud Horatium.Nihil deſperandum Teucro
duce:& auſpice Teucro.

Citare. Ca.ccccxxii.

CItare idem inqt pro laudare accipit: ut Cice. Citeturq; Salamis clariſſimæ teſtis uictoriæ
Neſcio cur id dixerit.Non.n.tātus uir tam parua neſciuit:niſi putat acutiorem uiſum iri
ſi clara faciat obſcura .Citantur teſtes:nō laudantur. Nā Salamis qui fuit locus uictoriæ
Themiſtoclis nihil laudis meret:qppe qui nihil egit : ſed teſtis fuit:qa īterfuit : uel qa in eo poſita
ſunt trophæa uictoriæ:quæ rem geſtam teſtificantur tranſeuntibus .Ergo ſi teſtificari locus poteſt
merito:ut teſtis citari non tamē tanq̄ uenturus:ſed ad quē cant:qui teſtimoniū deſiderant:uel citē
tur ſalamini continens pro cōtēto:uel citentur auctores:& libri qui de hac Salaminæ uictoria me/
minerunt teſtimoniumq; dicunt.

Capio Ca.ccccxxiii.

CApio ſecūdum eundem in paſſiuo ſignificat ꝑpiciationem:ut apud Lucretiū. Nec bene
pro meritis capit:nec tangit ira.Cape facere.Terē.in andria:Nō ſi capiundos mihi ini/
micos ſciā eſſe omnis homines . Capere ꝑpeti.Terē.in heauton.Dū habes abſum: oēs
fuere mihi labores quos cepi leues.Cape:tollere:tenere.Vir.lib.iiii.geor. Hic tibi nate prius uin/
clis capiūdus ut omnē.Varro ī meleagris.Quē iccirco terra nō cepit:cælū nō recepit.Idē in eume
nidibus:Stolam calceſq; muliebres ꝑpter poſitos capio.Capere eligere.Terē.in ecyra:Cum illū ge
nerū cepimus Vir.in georgicis.Ante locum capies oculis.M.Tullius de offi.Quod inſit aqd ꝓbi:
ꝙ capiat ignotos.Capere:delectare:ſuſtinere:habere:decipere:circūuenit:occupare:detinere:ſati
are:accipere:cōplecti:inuenire.Singulorūq; exēpla ſubiicit: quæ ipſe non longior eſſem pretermi/
ſi:in qbus non eſt ꝓbabilis expoſitio. Nam qs credat auctores uni dictioni tot ſignificata & qdem
pro ſe quēq; noua dare uoluiſſe:tanq̄ linguam confundere cuperent.Cur igitur ita locuti ſunt:Nē
pe ꝙ nihil itereſt inter has ſignificationes capio hoſtem capio generū ; capio ſaxum. Præterea duæ



Ayuntamiento de Madrid

propꝛietas in hoc uerbo notandæ ſunt Vna ꝙ habet reciprocum quendam uſum : ut idem ſit cepi
uoluptatem & cepit me uoluptas.Cic.Magnam cepi ex litteris tuis uoluptatem.Quin.Nec me tã/
ta capiebat uoluptas:ꝙ fluentia cæris mella conderem.Pli.ad Caluiſium lib.viii.Capio aliquam uo
luptatem:ꝙ ulla uoluptate nõ capior:cepi ſomnum:captus ſum ſomno uix dicitur: ſed dici poſſet:
ut oppræſſus uidelicet qui opprimit̃ ſomno:capit̃ ſomno :cepi delectationẽ uix unq̃ delectatio ce/
pit me.Sed in paſſiuo potius captus ſum delectatione:& item in cæteris: quæ ad delectationẽ per/
tinent.Captus ſum amœnitate loci:dulcedine uocis:ſpecie mulieris:amore pecuniarũ:ſpe honoꝝ
magnitudine ſublimitateqꝫ materiæ.Iſta.n.oĩa delectant.Ideoqꝫ ſubintelligi ſolet delectatio qua/
le ipſum.M.Tullii:Quod inſit aliquid probi:ꝙ capiat ignaros.i.delectet.Ergo probitati ineſt dele/
ctatio:ut ſit ita exponendum cuius ꝓbi delectatio capiat ignaros:ſiue ignari capiant̃ delectatione:
habent igitur inq̃t Terẽ.Captus eſt ſubintellige amore ſiue pulchritudine fœminæ.i.delectatione
nõ autẽ ut teſtatus ſum actiue cepi amorẽ.Nec lõge ab hac rõne abeſt illud captus ſum oculis:pro
orbatus ſum oculis nec unq̃ reperias niſi in paſſiuo : nunq̃ fere niſi de oculis dici ſimilibuſqꝫ.Miſeri
cordia cepit deos:nõ dii miſericordiã dicimus.i.nõ delectatio:ſed dolor ille ex elieno malo.Et me
rita mea ceperũt deos:ut ait Lucre.qui ſermo rarus.i.admiratio uel delectatio:uel affectus eos ce/
pit.Capio dolorẽ tamẽ potius q̃ cepit me dolor dicimus:nõ q̃a nõ poſſumus etiã ſic dicere:ſed q̃a
habemus aliũ in uſu modũ magis proprium.Tenet me dolor:ſicut tenet deſideriũ.Delectatio.n.
uidet̃ tantũ capere:nec diu permanere:dolor autem & deſiderium tenere:quaſi permanendo.Itẽ
cepi indignationem:cepi ſiue contraxi moleſtiam:potius q̃ cepit me ĩdignatio :cepit me moleſtia.
Contra cepit me tædium:cepit me obliuio:potius q̃ retrorſum.Vir.Tãta meæ ſi te ceperunt tædia
laudis.Terẽ.Neqꝫ agri:neqꝫ urbis odium me unq̃ percipit.Cic.Propter quod tãtum odii cepit elo
quentia:ut homines ſtudioſiſſimi quaſi ex turbulentiſſima tempeſtate ſe in ſtudium traderẽt q̃etũ
ideſt ut eos iuſtitiæ capiat obliuio.Pli.li.vii.natu.hi.ait:Præalto tecto lapſus matri & affinium pro/
pinquorumqꝫ cepit obliuionem.altera ꝙ capere ſignificat uel ſponte:uel nõ ſponte accipe.Sume/
re tantum ſpõte.Atqꝫ hinc eſt illud:cepi labores:cepi moleſtiam cepi dolorem :cepi uel ſuſcepi ini/
micitias:ſuſcepi curas:ſuſcepi ſumptus:accepi cladem accepi damnum: accepi iniuriam:accepi cõ/
tumeliam:accepi repulſam:accepi uulnus: quod nunq̃ fere aliter dicimus.Non ſuſtinui : non ꝑpeſ/
ſus ſum uulnus:ſed fere ſemper accepi: niſi more poetico:ut apud Oui.li.ii.met.Nullam patiere re
pulſam.Cice.In domum multiplicatam honoribus nõ ſolum repulſam rettulit:ſed etiam ignomi
niam & calamitatem:cum dixit.Nequaq̃ contra hoc quod præcipio facit.Nam ſumo ſupplicium:
ſumo pœnam:non in me:ſed a me in altero infligi intelligitur.Ideoqꝫ adiungitur ablatiuis cũ præ/
poſitione de.Cic.De illo paulopoſt ſupplicium ſumetur.Quint.Vt niſi occurriſſet ad diem:de eo
qui reſtiterat:pœna ſumeretur.Poteſt tamen quis de ſe etiã ſumere ſupplicium : eruntqꝫ tanq̃ duæ
perſonæ:quæ agit:& quæ patitur.Nec longe ab hac ratione abeſt illud:captus ſum oculis : pro or/
batus ſum oculis dici.Porro quia ſumere eſt ultro quaſi non permiſſu alioꝝ capere:eo fit: ut intelli
gatur pro nimium & interdum pro arroganter ſibi tribuere:ut Cice.de offi.Orationem autem la
tinam efficies legendis noſtris profecto pleniorem:nec uero hoc arrogãter dictũ exiſtimari uelim
Nã philoſophandi ſcientiam concedens multis: quod eſt oratoris proprium:apte diſtincte:ornate
dicere:quoniam in eo ſtudio ætatem conſumpſi:ſi id mihi aſſumo:uideor id mihi meo iure quodã
modo uẽdicare.Aſſumpſiſſe ſe ait eam ſibi laudẽ: quæ niſi uera eſſet:ac palã uera: ꝓpter rei magni/
tudinem arrogans uideretur:Ergo aſſumere eſt multum & pene nimium ſibi tribuere.Idẽ pro Plã
co.Quanq̃ non tantum mihi ſumo iudices : neqꝫ arrogo.Inde ineruditorum uocabulorum præ/
ſumptuoſus.Deniqꝫ quodam loco Valerius Miximus ita plane proprietatem horum uerborum di
ſtinxit:ut hanc differentiã pene præcipere uideatur:cum de Catone Cẽſorino loquitur qui enſem
de mediis hoſtibus recepit: quanq̃ hoc aliqui filio Catonis tribuant:inquientes ut non coactus ac/
cipere:ſed ſua ſponte ſumere uideret̃.Quare ſi latine nos loqui uolumus: dicamus dominum Ie/
ſum carnem quidem humanam ſumpſiſſe:mortem uero accepiſſe.Meo iure quod modo apud Ci.
legimus:ſiqs forte deſiderat:exponamus.Significat autem idem quodammodo quod mea aucto/
ritate meaqꝫ licentia:ac conceſſa mihi ab omnibus libertate:ut idem pro Archia.Quare ſuo quidẽ
iure noſter Ennius ſanctos appellat poetas.Suo iure inquit : ꝙ poeta erat : & probatiſſimus poeta:
idẽ eſt pro meo iure:ut idem alibi.Pro iure meo hoc dico: uos eo me priuaſtis quaſi confitenter di
co.Eſt.n.efficies cauſa:non finalis:qualia cætera ſunt hoc modo dicta pro mea in uos beniuolentia
pro ueſtra in me humanitate:pro tua manſuetudine:pro ſua pietate:Vbi efficiens:ut dixi: cauſa in/
telligitur:non finalis.

Contendere:intendere. Ca.ccccxxiiii.

COntendere idem ait eſſe feſtinare:ut Vir.Quæ proxima littora curſu Cõtendunt pete/
re:Contentio eſt perſeuerantia uel elatio.M.T.de offi.lib.i.Ex cõtentione uocis & ſum
miſſione & cæteris ſimilibus facile iudicabimus.Salu.hiſto.lib.iiii.Rurſus iumẽta nacti:
ad oppidum ire contendunt.Cõtendere cõtinuare.Cicero de ora.ii.Id quod eius ſcri/
pta declarant:& contentiones uocis & remiſſiones continuarẽtur.Et in.iii.Nihil ꝑnicioſius:qui ſi/
ne intermiſſione contentio.Præterea ait contendere eſſe aſtringere:intorquere: cõparare:certare

Ayuntamiento de Madrid

extorquere: ꝓripere:uel dirigere ſignum.Iterumq́ pro feſtinare ītēdere. Sed neq́ præcepta:neq́
exempla ſatis diſtincta ſunt. Quid enim differt contentio eſt perſeuerantia: & contendere eſt conti
nuare:cum præſertim eadem exempla utrobiq́ ſubiiciantur? Quid iterum Virgilianum illud? Cō-
tendunt petere: & illud Saluſtianum.ire contendunt? Quæ duo idem declarant:quod tēdunt:uel
pergūt ire ſiue petere. Iam uero apud Cice.contentio non eſt perſeuerantia.neq́ contendere cōti
nuare:ſed intentio atq́ intendere. Indifferenter enim dicimus hoc loco contentio & intentio con
tendere: & intendere. Nam plurimi falluntur accipientes intentionem pro uoluntate atq́ ꝓpoſi-
to. Afferam ad hoc probādum ex.M.Fa.exemplum:per quod & ipſa res de qua agimus: ꝓbabit̃.
Neq́ grauiſſimus aut in muſica ſonus:nec acutiſſimus orationibus cōuenit. Nam & hic parum cla-
rus nimiumq́ plenus nullum afferre animis motum poteſt. & ille prætenuis & īmodicæ claritatis
cum eſt ultra neruum:tum neq́ pronuntiatione flecti:neq́ diutius ferre intentionem poteſt. Nam
uox & nerui quo remiſſior:hoc grauior & plenior: quo tēſior:hoc tenuis & acuta magis ē: ſic ima
uim non habet:ſumma rumpi periclitatur. Mediis ergo utēdū ſonis. Hi quoq́ cū augēda intentio
eſt excitandi:cum ſummittenda ſunt temperandi. Manifeſtum ergo eſt quid ſit intētio: cuius etiā
ſimilitudo neruoꝝ māifeſtius docet:unde ſimilitudo ſumpta ē. Nam ut neruus in cithara:aut ner
uus in arcu quo magis intenditur:eo uehemētiorem uel ſonum:uel ictum efficit: quo magis rela-
xat̃: eo remiſſiorē. ita & uox q̃ utiq́ uſum neruoꝝ corporis exigit:quos uidere licet īcutiſſime ex-
clamantibus maxime intendi:tanq̃ in cithara aut in arcu:ſiue cōtendi: quæ ut dixi idē ſunt: atq́ idē
eſſe ex uerbis utriuſq́ auctoris:quos nōiauimus liquet. Neq́ uero qſq̃ negauerit continenter eſſe
quid continue ſiue continuate: Quod Marcellus ait:ſed a continuo uenit:contentus uero a contē-
do:licet & contineo faciat contentū.

Curſus. Ca.ccccxxv.

CVrſus inquit idem eſt ꝙ uolatus:ut Vir. Curſumq́ per auras Dirigit in lucum: quaſi nō
figurate dicamus de uolatu curſum: & de curſu uolatum. Vnde illud apud Terentium.
Feſtinato ſeruum ire iubens inquit uola:pro eo,quod eſt curre. De nauigatione quoq́ fe
ſtina dicimus curſum:ut.M.Tullius. Quo curſu frumento onuſtas naues petētes Rho-
dum uiderit. Et Quint. Nauigationem dixit fugam ſiue naues fugientes quæ uelocem curſum cō
ficerent:cum inquit. Inde fugientia uela longo uiſu proſecuti. Is enim qui fugit: uelociſſime cur-
rit. Eoq́ Virgilius inquit. Pedibus timor addidit alas. Idem quoq́ Quintilia.inquit. Multa ſunt
græce & latine non denominata. Nam & qui iaculum emittit: iaculari dicitur: qui pilam aut ſu-
dem: appellatione priuatim ſibi aſſignata caret: & ut lapidare quid ſit manifeſtum eſt: ita gleba-
rum teſtarumq́ iactus non habet nomen:unde abuſio quæ κατακρισισ dicitur:neceſſaria eſt. Qua
re ad hanc Quint.formulam non aliter nauem uelociter euntem & auem uelociter uolātem cur-
rere dicimus: q̃ iaculari ſudem. Illud autem apud oratores obſeruari uolitare potius q̃ uolare, pro
diſcurrere dici ſoleret:ut apud eundem. Me per omnia maria uolitantem: & apud Cicero. Quin
per foꝝ uolitant. quale eſt raptare. Nam cū repere ſit animaliū carentiū pedibus & uentre eūtium:
licet quædam reptilia pedes habeant:ut lacertæ:tamen reptare hominem dicimus: qui ſegniter: lē
te: & quaſi teſtudineo paſſu icedit: quales ſunt qui in hortis: aut uinetis: ſimilibuſq́ locis ſpaciātur.
Horatius: An tacitum ſiluas inter reptare ſalubres. Plinius ad Bebium. Scolaſticis porro dominis:
ut hic eſt: ſufficit abunde tantum ſoli: ut leuare caput: refligere oculos reptare per limitem unam ſe
mitam terræ: omneſq́ uiticulas ſuas noſſe: & numerare arbuſculas poſſit. Idem frequentior cur-
rentibus q̃ reptantibus lapſus eſt. Terenti.in adelphis. Perreptaui uſq́ omne oppidum ad por-
tam: ad lacum: quo non.

Carpere. Ca.ccccxxvi.

CArpere inquit pro attenuate aperire. Vir. Nec nocturna quidem carpētes penſa puellæ
hoc ne puellæ quidem ipſæ dicerent. Nam ut carpimus linum uirens ex humo cum uel
limus: ita puellæ ſiniſtra manu de collo penſum trahentes: ſenſimq́ uellentes carpūt. Et
ut decerpimus roſam primis digitis: ſic puellæ primis & ipſæ digitis decerpūt particula-
tim linum lanamue. Iterum carpere celeriter ꝑterire.ut Vir. Et acri carpere prata fuga. Et in eodem
Carpere mox gyrum incipiat: quaſi in primo celeritas illa non magis intelligatur per hocq́ dixit
fuga: quæ eſt celer curſus: q̃ per illud carpere & in ſecundo ſignificetur uelociter præterire. Aliud
nāq́ eſt ire in girum: aliud præterire: quod de equo & aſſeſſore: utrunq́ poetice dictum eſt.

Accipere. Ca.ccccxxvii.

ACcipere pro paſcere: idem inquit Teren. Accipit homo nemo melius prorſus: neq́ ꝓlixi
us. Et hunc imitatus Seruius in Virg. Illos porticibus rex accipiebat in amplis. Vrbanius
profecto & lautius loqui poterant. Pecora gregatim altiliaq́ dicunt̃ paſci non homines
Nos enim quotiens accipimur: ſiue excipimur in conuiuium non ad ſaginam: ſed ad iocūditatem
illam atq́ apparatum inuitamur; ut minima pars cibis aſſignetur. Vnde conuenire dicimus eo tē-
pore: non commeſſari aut comportare aut quod deformius eſt compaſcere ſiue compaſci. Si qui-
dem Terætius de Traſone nō tanq̃ de ſaginatore locutus eſt ſed tanq̃ de ſplēdido apparatore cō
uiuiornm. Et Virgilius Helenum regem uult regiam quandam magnificentiam in exhibendo cō
uiuio declaraſſe: non ſolam: ut ita loquar paſtionem: & ut dixi ſaginam. Fateor tamen accipere non



Ayuntamiento de Madrid

nunq̃ ſignificare in domum ſuam honoris & amicitiæ gratia aliquem conuiuam capere:ita tamen
ut ſubintelligatur in cõuiuiũ.Acceptus ſum a te laute: id eſt acceptus in conuiuium uel tractus .Nã
frequenter in conuiuium dici reperimus.Ego abs te miſeris ſum acceptus modis. Hoc apud Terẽ
tium:& apud Ciceronem.Ex quo illud laudatur Architæ:qui cum uillico factus eſſet iratior:quo te
modo inquit accepiſſem:niſi iratus eſſem. Graue. Ca.ccccxxviii.

GRaue inquit ſignificat grauidum.Virg.Donec regina ſacerdos Marte grauis.Circũlocu
tio fecit ut itelligat̃ grauida.Nã ſic dicã regina aut leæna eſt grauis:nemo prorſum itelli/
gat:ſi addam ex rege aut ex marito fortaſſe intelligatur eſſe grauida.Ita apud Vir.Mar/
te grauis:pro ſemine Martis impleta.Graue plenum . Vir. non inſueta grauis tentabũt
pabula fœtas.Si accipit fœtas pro grauidas:ſuperuacaneum eſt exponere graues pro plenas .Per il
lud enim ꝙ prægnates ſunt:plenæ eſſe itelliguntur.Graues uero eſſe per epitheton eſt quippe gra/
uidæ omnes:ut ipſa quoq; uox indicat . Nam a grauis fit grauidus ſin accipit fœtas pro his quæ pe/
perunt:ut puerperas mulieres quæ proximis diebus matres ſunt factæ graues: lacte dicentur qua
ſi onuſtas:non quaſi planas.Durum ſit nãq; appellare oues capraſue plenas lacte: ſed ubera plena la
cte:ut eſt apud eundẽ per trãſlationem grauida.Et grauido ſuperãt uix ubere limen.Quod ſi quã/
do reperiatur grauis pro plenus:hoc tamẽ in loco non ita accipitur.Hunc eundem quem ego pro
tuli uerſum:& ille affert quaſi de grauido:& non de graui ſit quæſtio.Nec poetæ modo:uerum eti
am oratores ſic loquũtur:ut Quin.Luctantur intra uiſcera animæ:& uterũ funeribus grauidum ĩ
os agunt.Sed ad grauẽ reuertamur. Grauis inquit plenus.Virg. Tũ pietate grauẽ & meritis ſi for
te uirũ pium & bene meritum appellare plenum pietate & plenum meritis quis audeat? Non ergo
ita exponendum eſt:ut nec eſſet utendum.In quo paulo poſt meam ſententiam oſtendam . Graue
inquit grandæuum . Virg. Hic grauis Entellum dictis caſtigat Aceſtes:ego potius accipio grauis
prudentia & moribus:quomodo ꝓxime grauis pietate & meritis dicebatur.Multa præterea ſigni
ficata dat huic eidem nomini: quæ ꝑfecto forent infinita : ſi ad illum modum poetarum omnium
exponamus exempla:ꝙ longe adeſt:tum ab utilitate diſcentium:tum ab ipſa rei natura.Et.n. gra/
ue ſuapte natura ponderoſum ſignificat ut graue ſaxum grauis ſarcina:grauia arma:graue ſcutum:
ꝙ.ſ.grauat nos in ferendo : & ꝙ ægre & cũ moleſtia fertur. Inde per abuſionem transferimus ad ſe/
nectutem:ad morbum ad dolorem:ad laborem:quia hi qui moleſtiam ex ſenectute:morbo cæte/
riſq; ſentiunt : quaſi onere intolerabili præmuntur : quod cupide : uelut graue pondus a ſe uel/
lent deponere.Neq; ſolum ad moleſtias corporis tranſlatio hæc fit : uerum ad moleſtias animi : ut
grauis contumelia:grauis iniuria:grauis motor:grauis iactura:quæ animum genere quodam põ/
deris præmunt . Itaq; unus modus eſt quæ corpori aut aĩo moleſta ſunt ea grauia appellare : ecq;
moleſtia a mole.i.a re magna : magniq; põderis uocitata eſt . Alter modus eſt ꝙ quemadmodum
grauia aut grandia ſaxa ad graues trunci nou facile loco mouentur:ſed ad omnem temporꝶ muta/
bilitatem hærent: ita homines conſtantes ac præditi ſapiẽtia merito per figuram graues nominã/
tur:ꝙ nec precibus:nec minis:nec uanitate:nec promiſſis ab æquo & iuſto ſummouentur:ut hi fa/
ciunt:quos leues uocamus:qui in ſimilitudinem pulueris ac palearum ad omnem auram uẽtilant̃.
Cæterũ quid mirer:ſi in his quæ ſunt altioris intelligentiæ:faſtitur:cum in leuioribus atq; apertis al
lucinetur Marcellus. Inficiator. Ca.ccccxxix.

INficiatores inqt ſunt falſi criminis obiectores:ut Cic.de orat.li.i.Vt ſi ille inficiator pro
baſſet iudici ante petitã eſſe pecuniã:q̃ eſſet cepta deberi:hoc de reo dictũ eſt a Cice. nec
reo crimini:ſed pecuniam.Ille uero accepit nõ tãtũ pro actore: ſed pro accuſatore etiã &
accuſatore falſi criminis. Vbi.n.pecunia & petitor nomiant̃:ibi nulla eſt cirminatio.Inficiator igit̃
is ſignificat̃ : qui negat ſe uel debere qđ actor petit:uel cõmiſiſſe qđ accuſator obiicit : unde ſtatus
cõiecturalis dicit̃ inficialis:in quo ſemp reus inficiat̃:uel inficias it.Inficiari.n. quod dixi inficias ire
eſt uerbo negare.nam negare eſt aliquando & facto ut Virgilius Egregia forma:ſed quis fortuna
negarat.In patriam reditus? Veto notũ eſt aliud eſſe q̃ nego.Et ut breuiter ſignem contrarium eſt
illis impero & iubeo.Non eſt autem huic nomini niſi accuſatiuus caſus:& unũ uerbum eo is it : de
inficias loquor Cuius ſimile eſt ſuppetias pro eo quod eſt auxiliũ:ut in.xii.cõmentarioꝶ Cæſaris.
Et nunciabantur auxilia magna equitatus oppidanis ſuppetias uenire.Et in eodem.Suiſq; rebus ti
mens elephantiſq;.xxx.relictis ſuis finibus:oppidiſq; ſuppetias profectus eſt.Et iterũ in eodẽ:Atq;
ſuis fugientibus ſuppetias ire contendit.Suetonius de Veſpaſiano.Legatum inſuper ſyriæ conſu/
larem ſuppetias ferentẽ rapta aquila fugauerunt:Suppetias pro auxiliũ.Plau.in epidico. Sed me/
mento ſiqd ſæuiunt ſenes ſuppetias mihi cũ ſorore fere.Idem in eodẽ nominatiuo eſt uſus Auxilia
mihi & ſuppetiæ ſunt domi. De inciſim contra Noniũ Marcellũ. Ca.ccccxxx.

INciſum inquit quaſi ſimul.Cice.in ora.Hæc quidẽ duo binis pedibus inciſim:deide mẽ
bratim dicere ſolebas. Quid magis contrariũ q̃ inciſim.i.minutatim : & ſimul quod eſt
coniunctim quaſi neſciamus quid ſint cola comata:& periodi:de quibus Cice . pluribus
in locis diſputat appellans ea inciſionẽ:mẽbrũ:circuitũ:ſiue ambitũ:ſiue comprehenſio/
nem:ſiue continuationẽ:ſiue circunſcriptionẽ.Cuius ultimi:quod multis nominibus Cice.uocat

Ayuntamiento de Madrid

duo genera: Qui. facit. Priora autem ſic diffinit. Inciſum eſt ſenſum non expleto numero cõcluſum pleriſq; pars mẽbri: ut domus tibi deerat: at habebas: pecunia ſupabat: at agebas. Fiũt autẽ ſingulis uerbis inciſa. Membrum eſt ſenſus membris concluſus: ſed a toto corpore abruptus & per ſe nihil efficiens.

Candere. Ca.ccccxxxi.

QVid ergo? Nihil ne bene dixit Marcellus? immo uero aliquid atq; adeo multa: ſed nunc bene dictis nõ eſt locutus tametſi in his q̃ laudari queũt: nõ nihil interdũ deſidero: ut cãdet ignitum eſt. M. Tullius de officiis: Candente carbone adurebar capillum, candet candidum eſt. Virgi. æneidoꝝ. lib. iiii. Candẽtis uaccæ media inter cornua fudit: ſed hic ut dixi: nõ nihil deſidero. Nam & excãdeſcere hominem dicimus: cũ uehementer iraſcitur. Præterea oſtẽdenda eſt paſſim cauſa: quãobrem unum uerbum plura ſignificet: ueluti in hoc: Cum enim ignis obſtãtia exuperat ac fumũ uincit candorem flammæ concipit: uel ꝙ ſol quãto cãdidor: tanto ardentior: ita animus dum ira cõcitatus eſt: inflammatus: incenſus & excandeſcẽs dicitur. Vel ꝙ mare uentis conflatum: & in morem aquæ bulientis in lebete: uel ipſa aqua lebetis ebuliens: ſpumas albentes ciet: ita animus ſimili perturbatione percitus: excandeſcere dicitur ut tanta commotio mẽtis ſignificetur: quãta eſt uel maris: uel aquæ ad ignem iam albeſcentis: quod ex unius a Quin. expoſiti uocabuli pateſcit exemplo. Vertex inquit eſt contorta in ſe aqua: uel quicquid aliud ſimiliter uertitur. Inde propter flexũ capillorum pars ſumma capitis. Et hoc inq̃ in montibus eminentiſſimum recte dixeris: hæc omnia uertices: proprie tamen unde initium dixit. Quare nemini debet mirum uideri: cur interdum una uox plura ſignificetur.

Lætus. Ca.ccccxxxii.

LAetũ Seruio placet multa ſignificare: fœcundũ. pingue: pulchrũ: gaudiũ uiride: & multa alia. Idq; apud. Virg. mõ: ꝙ ſi alios quoq; poetas expoſuiſſet: adhuc alia multa ſignificata adieciſſet. Sed ipſe rationẽ reddã: cur in uarios ſenſus abutamur, cũ unũ natura ſignificet. Lætũ id appellamus: quod aſpectu gaudiũ ꝓmit. Nã gaudere ꝓprie eſt intrinſecus: lætari extrinſecus. Recte igiẽ animata dicunẽ læta quotiẽs lætanẽ. Et q̃a ſic natura cõpertũ eſt: ut quæ bona corporis habitudine ſunt alacriora: quæ uero debili triſtiora ſint: eo fit: ut pinguia uocemus læta: ut oues lætas boues lætos: greges lætos: læta armẽta. Trãſferimus hoc ad ſimilia: ad ſegetes: ad uites ad oliueta: ad cæteras arbores. Vnde ſicut ex illis ſupioribus domini ꝑcipiũt fructus: & queadmodũ illa: ita hæc quoq; q̃lia ſint declarat aſpectus: appellãturq; lætæ ſegetes læte uites: læta olitueta læta arbuſta: eo quidem magis: ꝙ multi uolunt hæc etiam animata eſſe. Vel læta dicimus ab effectu ꝙ nos lætos faciũt: ut locus tutus: q̃a nos tutos efficit. Ideoq; nõ appellanẽ homines læti ob fœcũditatẽ: pinguedine: pulchritudinẽ: grauitatẽ: & ſimilia: ſed ea tãtũ quæ in noſtros uſus cedũt: aut ſi ita cõtingat: in noſtrã delectationẽ: lætitiã nobis uoluptatẽq; parientia Hanc igitur regulam tenentibus hoc nomen & apud auctores inuentũ facile intelligeẽ: & multifariã ſine ambiguitate in utẽdo ſuppeditabit.

Accuſare: incuſare. Ca.ccccxxxiii.

ACcuſare ut idẽ cũ multis aliis uult: eſt maioris de minore, Incuſare minoris de maiore: uel paris de pari: quoꝝ ſingularis inſcitia uehemẽter eſt caſtigãda. Apud quẽ. n. auctoꝝ obſeueratio iſta reperieẽ? Nõne apud ueteres adoleſcẽtuli ſolebãt ꝓbitatis ſimul & eloquẽtiæ laudẽ capeſcere ex magnoꝝ uiroꝝ accuſatione? Atq; ut ait. M. F. crediti ſunt etiam clari iuuenes obſidẽ reip. dare maloꝝ ciuium accuſationem: quod ſignificauit & Cice, cũ dixit: Quã eſt illa miſera: q̃ dura ſeruitus: adolocẽtibus paulo loquacioribus ſeruiendũ eſt. Nũquid Demoſthenes cũ turores ſuos adoleſcẽtulus in iudiciũ uocauit: aut Cicero cum Verrẽ reum fecit prætoriũ uirum ipſe quæſtorius nõ accuſauit: male locutus eſt: dicens accuſationẽ ſuã ſemp: nunq̃ incuſationẽ. Et hoc q̃dẽ de accuſando. Quid aũt de icuſando? Certe ſi illud nõ ẽ de maiore in minorem: neq; hoc eſt de minore in maiorẽ: & alioq̃n nullo unq̃ in iuditio auditũ eſt nomẽ icuſatoris. Quid porro extra iudicium? Vir. inq̃t. Quem non accuſaui amens hominumue deumue? Dii q̃dẽ maiores Aenea ſunt: homines uero duntaxat troiani minores. At eſt apud Terẽ. pater ad filium loquens. Quid me incuſas Clitipho? Hoc. n. iſti exemplum ſumunt. Cæterũ exempla omittunt quæ cõtra eos faciunt quæ ſunt infinita. Cæſar commentario primo. Hæc cum animaduertiſſet Cæſar: conuocato cõſilio: omniumq; ordinum ad id conſilium adhibitis cẽturionibus: uehemẽter eos incuſauit. Sed ne multis morer: accuſare eſt uel apud iudices uel apud alium queuis: etiam apud illum ipſum: quem accuſes ſignificare atq; oſtendere aliquem peccaſſe. Incuſare uero reprehendere mores alterius: & plærũq; cum quærela: ꝙ ab illo iniuria ſis affectus: Et ita apud Virg. Teren. Cæſarem: atq; cæteros auctores accipiendum eſt.

Barba. Ca.ccccxxxiiii.

b Arba idẽ inq̃t hominis. Barbe uero quadrupedum. Sed nõ eſt barba tantum hominum neq; barbæ tantũ quadrupedũ. Quin. & barbæ quadrupedum: & barbæ hominũ utiq; multoꝝ dicunẽ. Hora. Vtq; lupi barbam uariæ cum dẽte colubræ Abdiderit furtim terræ. Pli. li. xxix. Rabiem hircoꝝ ſi mulcebatur barba mitiorem: eadem præciſa non abire eos in alienum gregem. Nam illud Vir. Striiaq; impexis induruit horida barbis: magis de hominibus dictũ eſt: q̃ de hircis. Et illud: Nec minus interea barbas incanaq; menta Cinyphei tondent hirci: ad multos hircos refertur: ꝑinde ut ſi diceremus caudas cũ tamen ſingulæ ſingulis hircis ſint: ita & barbæ.



Ayuntamiento de Madrid

Sunt etiam barbæ alioꝝ q̃ quadrupedum ut Pli.in.xxx.Cum geminos tranſit ſol triſtis: & auribus: & unguibus gallinaceoꝝ ſi luna raſis barbis eoꝝ.

Nuncius. Ca.ccccxxxv.

NVncius inq̃t idē eſt qui nunciat.Quod autem nunciatur:licet neutro dicatur:tamen inuenitur & maſculino.Miror cur ita dixerit.Ego quidem nuſquā hoc nuncium legi:ac ne ipſe quidē ut opinor:cum Feſtus Pompeius uetuſtior eo auctor ita ſcribat.Nuncius & res ipſa: & nuncius dicitur.

Arcere:abigere:abigei:abigeatus Ca.ccccxxxvi.

ARcere idem eſſe ꝓhibere.Sed mihi uidet̃ potius eſſe uetare:ne accedant hi:qui ueniunt: Iuno ſeptem tantum annos arcuit troianos ab Italia: quam ubi contigerunt nō arcebat ab ea amplius: ſed in ea eſſe ꝓhibebat.Trāſfertur ut plæraq; de corporeis ad īcorporea Cic.in paradoxis.Quæ uix.n.eſt:quæ magis arceat homines ab improbitate:q̃ ſi ſenſerit nullum in delictis eſſe diſcrimen: Cōtrarium huic uerbum eſt abigere quod ſignificat a loco fugare atq; expellere:ut abige muſcas a facie mea ſcribētis: abige carnes a popina tua abige ſturnos ſonitu a uinea.Quin.Ibo in littus miſer:plāctibus aues abigam.De pecoribus uero idem quod de cæteris animalibus accipiendum eſt:quæ ſi nobis odioſa ſunt abigimus:hoc eſt expellimus: ut oues: capras:aſellos:ab hortis:a uineis:a pratis.Quod ſi ita nō ſit:ſed furto tollimus utiq; grægatim abigere aliud ſignificat.i.furto tollere:aut etiā latrocinio:ut apud eundem.Adhuc ſpolia tranſeuntiū & abacti pecoꝝ greges ſub hoc titulo defendebātur.Vnde ab actores uocantur pecuarioꝝ animalium fures latrunculiue.Hos quidam abigeos uocant.Vulpianus: Abigei autem inquit proprie hi habentur.qui pecora de paſcuis uel ex armentis ſubtrahunt: & quodammodo deprædantur: & abigendi ſtudium quaſi artem exercent:equos de armentis:uel oues de gregibus abducentes Cæterum ſiquis ouem oberrantem uel equos in ſolitudine relictos abduxerit: non eſt abigeus:ſed fur potius.Hic abigeum non ab abigeo diſtinguit loco:non numero.Claudius numero non loco inquiens q̃titas diſcernit furem ab abigeo.Nam qui unam ſuē ſurripuerit:ut fur coercebitur:qui gregem ut abigens.Hic furem ab abigeo ſeparat:ut ſuperior fecit Macer non ſeparat:cum ait.Abigeatus crimen publici iudicii non eſt quia furtum magis eſt: ſed quia plærunq; abigei & ferro utunt̃ ſi deprætendant̃ ideo grauiter puniri eoꝝ admiſſum ſolet.Quō āt hi iuriſcōſulti īter ſe cōueniant: aut non conueniant:nihil ad hoc tempus.Hoc tantum dixerim:non modo fures ſiue furtim aliqui ſolent abigere armenta: uel greges: ſed etiam latrunculi: qui facta prædonum manu:in alienum agrum incurſionem exercentes:pecora etiam interdum abigunt: & abigei nominari poſſunt.Præſtare quo uerbo ſæpe & iuriſconſulti: & oratores utuntur:eſt prohibere:ne alicui fiat aliquid īcommodi: & ſi non prohibuerit ſatiſfacere; ut uenditor debet præſtare uitium rei quam uendit:id eſt prohibere atq; efficere: ne emptor damni quid faciat alioquin ſatiſfacere.Neq; id in alterum modo uerum etiam in nos ipſos.Cice.in tuſcu.Cum id quod ab homine non potuerit præſtari euenerit.i.caueri & prohiberi.

Innocuus:innoxius. Ca.ccccxxxvii.

INnocuus inquit Seruius eſt cui non nocetur.Innoxius qui nō nouit nocere.Vellem exempla recitaſſet:q̃bus oſtenderet eam expoſitionem innocui ueram eſſe:Nāq; illud.Virgilianum quod eum in hanc impulit opinionem.Donec roſtra tenet ſiccum: & ſedere carinæ Omnes innocuæ.non eſt accipiendum ꝙ ſuberunt tales:ut eis nihil noceretur:ſed uel more poetico:ꝙ nihil peccauerunt quaſi innocentes homines.Nocentes enim ſunt quicunq; ab oneſto recedunt:etiam ſi nemini noceant:uel quia nō nocuerūt neq; ſibiipſis; neq; uectoribus ac nautis.

Inſtar. Ca.ccccxxxviii.

INſtar montis equū diuina Palladis arte.īſtar Seruius ait ad ſimilitudinē Quid ſimilitudinis equo ad montē: Quod ſi etiā ſimilis eſſet:non tamen eum magnum potius q̃ paruum eſſe:quod Vir ſenſerit ītelligeremus.Archimedes ille geometricus globum ad ſimilitudinem cæli fabricatus eſt.in quo effigies cœli aderat:magnitudo non aderat.Idem fit de tabula illa depicta ad ſimilitudinem orbis terrarum: quam non auſim dicere depictā inſtar orbis terrarum neq; alia multa huius modi:ut inſtar Antonii ambulas:inſtar patris ſcribis:inſtar languidi ſedes ſed ad ſimilitudinem: uel in modum: uel in morem uel tanq̃ & ſimilia: inſtar potius ſignificat ad æquiparationem uel ad menſuram:ut apud eundem Virgi.Argolici clypei:aut phœbeæ lampadis inſtar.Cicero hexametrorum inſtar uerſuum.Nam illud apud eoſdem: inſtar mortis ducunt & fulminis inſtar: ſignificat æquiparationem doloris in morte: & impetus ex flumine.Quod ſi quādo reperiatur proxime accedere:ad ſignificationem ſimilitudinis admoniti ſimus:ut nimiam utēdi licentiam deuitemus.Nam uix ego auderem ſic uti.ut Seruii familiariſſimus Macrobius cum ſæpe alias:tum ſtatim in procemio ſaturnalium ita inquiens.Vt quæ indiſtincte atq; promiſcue ad ſubſidium memoriæ annotaueramus:in ordinem inſtar membrorum cohærentia conuenirent.

Paſſim:ubiq;:uſquam. Ca.ccccxxxix.

PAſſim inq̃t ſignificat ubiq;.Mihi autē aliud uidet̃ ubiq; q̃ paſſim.Nāq; in prato ubiq; eſt herba:nō paſſim.Cōtra grex paſſim paſcit,potius q̃ ubiq;.Quippe ali q̃d ītervalli eſt inter pecudē & pecudē:nō itē inter herbā & herbā. Eſt autē paſſim quaſi paſſu diſtāte uel ſparſim:quēadmodū dicimus paſſis manibus & paſſis crinibus.Quod accipi ſolet etiā pro crebro:

Ayuntamiento de Madrid

dum de rebus mentis loquimur. Lactantius tamen pro ubi accepit: cum inquit. Creditur ei paſſim tanq̃ cognitæ ueritati. Neq; olum pro ubiq;: ſed etiam quod inuſitatius eſt: pro undiq;. Cũq; is numerus condendæ urbi parum idoneus eſſe uideretur: conſtitit aſylum: eo paſſim confugerunt ex finitimis locis peſſimi quiq; ſine ullo conditionis diſcrimine. Vſq̃ duo hæc potius ſignificat: in loco ſimul & ad locum: ut Terenti. in eunucho. Occidi neq; uirgo eſt uſq̃. Cicero in philip. neq; uero uſq̃ diſcedebam.

## De aduerbiis in im deſinentibus. Ca. ccccxl.

ADdamus de q̃buſdã aduerbiis ĩ im uocẽ exeũtibus. Priuatim nihil differt a priuate: ſi priuate dicere liceret: nihil ſeparatim a ſeꝑate: ſi hoc reꝑiat̃: nihil ꝓperatim a properãter: nihil diſſimulatim a diſſimulanter. Vbertim idẽ eſt q̃d copioſe. Affatim q̃d abũde. Raptim q̃d feſtinãter. Curſim q̃d currẽdo. Tamẽ aliud eſt generatim: q̃ generaliter. Hoc. n. ſignificat omnia ſimul quæ ſub genere ſunt amplectẽdo. Illud uero ꝑ ſingula genera: ſeu magis ꝑ ſingulas ſpecies. Siquidẽ ſpecies genera uocamus: ut quot ſunt genera arboꝝ: quot ſunt genera uitiũ: potius q̃ quot ſpecies? Vir. Generatim diſcite cultus. Varro: Nõ ĩ uolucribus generatim ſeruat̃ analogia. Nõ ex aquilis aq̃læ atq; ex turdis ꝓcreant̃ turdi? Sic ex reliq̃s ſui cuiuſq; generis. An aliter hoc fit q̃ in aere: q̃ in aqua? Nõ hic conchæ inter ſe generatim innumerabili numero ſimiles: eodem mõ ut generatim ꝑ ſingula genera dicimus: ita ſũmatim ꝑ ſingulas ſummas. Aliquãdo dicimus ſummatim & generatim non per ſingulas ſummas generaq;: ſed ꝑ unã unumue: ut dicam de hac re ſummatim Cicero. de ora. li. v. Infinitum mihi uidet̃ id dicere: ĩ quo aliquid generatim quærit̃ hoc modo: expetenda ne eſſet eloquẽtia: expetẽdi ne honores. Cæterum quomodo differat ab illis ad ſummã in ſumma poſtea reddam. Viritim ꝑ ſingula capita uiroꝝ: ut Gracchus diuidebat uiritim ſemodios frumenti. Tamẽ de uno aliquando dicimus: ut apd̃ Curt. Siquis uiritim dimicare uellet: ꝓuocauit nominatim per omnia ſingulorũ: ut aſſignati ſunt cõiurati noĩatim cuſtodi carceris. Et de uno etiã ut tenens cruentũ pugionẽ Brutus nominatim Cicero: ĩclamauit. Membratim per mẽbra. Cæſim per inciſiões gladii. Punctim ꝑ pũctiones infixiõeſq; gladii: ſiue incidẽdo & pungẽdo. Strictim ſtrĩgendo ſingula: uel certũ aliq̃d. Carptim hinc & hinc decerpẽdo. non ipſam ſeriẽ ſequẽdo. Tractim trahendo: non interrũpendo ſeriem ſequendo. Cateruatim: gregatim: turmatim: manipulatim: ꝑ diuerſas cateruas: ꝑ diuerſos: greges: diuerſas turmas: diuerſo mãipulos: Domeſticatim: uicatim: regionatim: oppidatim: municipati: ꝓuĩciatim: ꝑ uarias domos: uarios uicos: uarias urbis Romæ regiones: uaria oppida: uaria municipia: uarias ꝓuĩcias. Venio nũc ad id quod promiſerã in ſummã & ad ſummam magis modo utendi differunt a ſummatim q̃ ſignificato. Quĩ. in corꝑe proiecto. In ſũma nõ recedo: fas eſt mihi inuitis etiam parẽtibus pie facere. Cic. de offi. Ad ſummã ne agã de ſingulis: cõmunem totius generis humani ſocietatem: congregationem & cõciliationem colere: conſeruare debemus: Differt autem ad ſummã: & ad ſummũ: q; ſecundum ad numerũ refert̃. Idẽ Cicero pro Milone: Vnus ad ſummũ duo inuẽti ſunt: qui Milonis cauſam nõ probarent id eſt nõ plures q̃ unus: aut duo ex pluribus: Idem ad Liciũ Miſenium. Noli enim exiſtimare mihi nõ ſollitudinem iocundiorem eſſe: q̃ tamen ipſa uti nõ licet: q̃ ſermones eorũ qui frequentant domum meam: excepto uno: aut ad ſummũ altero: hoc eſt excepto uno: aut ut multum duobus. Quĩtilia. in ſenſu priore ſolet uti tali genere dicendi ꝑ aduerbium ſemel. Deniq; ut ſemel finiam: ſic fere componendum quomodo pronunciandum erit. Et alibi. Vt ſemel omnia cõplectar: Et iternm. Et. ut ſemel quod eſt potiſſimũ dicam: ſecretum: in dictando perit: id eſt ut in ſumma dicã. Cuius rei cauſa eſt ipſum illud ſemel q̃d ſignificat una uice pro oĩbus: ita ut poſtea nõ opporteat q̃d addi. Ideoq; ſolet accipi ꝑ ĩmutabiliter: & irreuocabiliter: q̃a quod ſemel tãtũ fit: id nõ habet regreſſum: ut iteꝝ fiat. Idẽ in mathematico. Quid hæc fulgentium ſideꝝ ueneranda facies: q; quædam uelut ĩfixa ac coherẽtia ꝑpetua ſemelq; capta ſede collucent? Alia toto ſparſo cælo uagos curſus certis ementiuntur erroribus. Vir. neq̃d tale uideret procubuit moriens: & humũ ſemel ore momordit. Ouid. Nulla reꝑabilis arte Læſa pudicitia eſt: deperit illa ſemel. Lucanus. Dixitq; ſemel naſcentibus auctor. Quicq̃d ſcire licet. Semel inq̃t: ut nullum poſtea uerbum addat. In eundem ſenſum idem Quin. accepit breuiter: ut in geminis languentibus. Breuiter tamen longe crudelitas explicanda ſæuitia ẽ: ex omnibus quæ ꝑtuli leuiſſimum fuit: q; ocioſus eſt Pli. maior: A reliqua uero Gallia latere ſeptentrionali montibus gubenna & iugeribus agroꝝ: cultu uiroꝝ: more dignatione: amplitudine opum nulla ei ꝓuinciarum præferenda: breuiterq; Italia uerius q̃ prouincia. Et iteꝝ de luſcinia: quæ uulgo dicitur philomena. Nunc continuo ſpiritu trahitur in longum: nunc uariatur inflexo: nunc diſtinguitur conciſo: copulatur in torto: præmitur: reuocatur: infuſcatur ex inopinato. Interdum & ſecum ipſe murmurat plenus: grauis: acutus: creber: extentus: ubi uiſum eſt uibrans. Sũmus medius imus breuiterq; omnia iam paruulus in faucibus: quæ tot exquiſitis tibiarum tormentis ars hominum excogitauit.

## Tandem. Ca. ccccxli.

TAndem idem ait poni non neceſſitatis: ſed ornatus cauſa: ut in illo Vir. Sed uos q̃ tãdẽ q̃bus aut ueniſtis ab oris? Nec cuius ornatus: aut quare ſit ornatus explicet idẽ ſentit Priſ. dicens. Tandem nõ ſolũ pro aduerbio tꝑali: ſed etiam pro coniũctione expletiua ĩuenit̃. Vt Cice. inuectiuaꝝ lib. i. Quouſq; tandem abutere Catilina patiẽtia noſtra? Mihi quidem nullum

Ayuntamiento de Madrid

ornamētum uidetur eſſe in ſuperuacuis & nihil agentibus uerbis:q̄q̄ apud græcos dictiões nōnullæ ſunt:quæ aut numerum:aut ſonum implent: ꝙ in hac dictione non eſt: quæ habet potius urgēs quiddam & accellerans:eoq; fere per iterrogationē:quæ exēpla uulgo ſunt plurima :ut illud ipſū quo uſus eſt.Priſ.Cic.exemplum.Quidam tamen inter primos huius ætatis docti ſolent citra interrogationem uti hoc aduerbio:non tam auctoritatem ſequentes eiuſdem. Vir.& in eo dem loco. Et quo ſub cælo tandem:quibus orbis in oris lactemur doceas.Et Hora.qui ait.Quanuis ſæua ibi ꝑ te conſulis:& ſcis.Quo tandem pacto deceat maioribus uti.Dice docendus adhuc:q̄ Ciceronis in Catone maiore dicentis.Qua tandem ſpe ſibi tam audacter obſiſteret:reſpondet ſenectutem: & ꝓ Roſcio.Cum ab eo quæreretur quid tandem accuſaturus eſſet eum.Nonnulliſq; aliis in locis. Sed tamen utrunq; interrogationem habet & eam directam latenter ad ſecundam perſonam.Nam hic qui loquitur:uerba refert alterius.Siquidem Piſiſtratus a Solone ſic quæſiuit.Qua tandem ſpe mihi tam audacter obſiſtis?Et Fibria ab illo quiſquis fuit ſic petiuit. Quid tandem in eo accuraturus es?Neq; uere legem iſtius dictionis ſcribo:ſed uſum frequentiſſimum trado. Sine interrogatione autem quid ſignificet:nemo ignorat:ut Vir.Iam tandem Italiæ fugientis prendimus oras. Eiuſdē ſignificationis ſunt demum & deniq;:ut notum eſt:ut idem Vir. Tunc demum optata gemina ſup arbore ſidunt.Cice.Cum exceſſiſſet e uita tum deniq; uiueret:Sed plærunq; cū ſunt multa enumerata:tum ſubiungimus deniq; ſignificantes hoc ultimum eſſe omnium:ut idem Vir.& Ci.O crudelis Alexi nil mea carmina cura.Nil noſtri miſerere:mori me deniq; cogis.Cum ſibi non multitudinem militum:non idoneos imperatores:non pecuniam ſibi præſto eſſe uiderent non deniq; ullam rem quæ pertineat ad bellum adminiſtrandum.Demum ſolet accipi pro ſolum:ſiue oīa præcipueq; cum his:& cum ita iunctum Cice.in Saluſ.Et demum magna uoluptas eſt Criſpe Saluſti æqualem ac parem uerbis uitam agere.M.Fabius.Illud ingeniorum præcox genus non temere unq̄ peruenit ad frugem:hi ſunt qui parua facile faciunt:& audacia prouecti:illud quicqd poſſunt:ſtatim oſtēdunt.Poſſunt autem id demum quod proximo eſt uerbo continuant:ac uultu interito nulla tardati uerecūdia ꝓferunt.Et iteꝝ.Tum illa quoq; ex cauſa:ꝙ mētem tantæ rei intentā uacare oībus aliis etiā culpa carētibus curis oportet.Ita.n.demum libere ac tota nulla diſtringente atq; alio ducente cauſa ſpectabit id ſolum ad qđ accingitur:& alibi.Iacebat hæc inſomnis ingeta:cum diceret iam ſtatim appebit:iam ſtatim uenier:nunq̄ tamen tardius uenit.Miſeram me fili ꝓxima nocte iam ueneras.Ecce iam medios ſidera tenent curſus:indignor:iraſcor ita demum mihi ſatiſfacies: ſi apud patrem fuiſti.Ideo autem dixi ſolum ſiue omnino:quod Pli.uidetur accipere pro omnino de hyrundine dicens.Ea demum ſola auium non niſi uolatu depaſcitur.Quidam uolunt ab his & demum cōponi idem Oui.pro demum poſuit deniq; lib.iii.ſine titulo.Si qua metu dempto caſta eſt:ea deniq; caſta eſt.

Inter ſtellam & ſidus. Ca.ccccxlii.

STella & ſidus differunt:ſi Macrobio credimus ita ſcribēti. Nūc uideamus quæ ſint duo hæc noīa:quoꝝ pariter meminit cum dicit:quæ ſidera & ſtellas uocatis.Neq;.n.res una gemina appellatione mōſtrat̄ enſis:gladius:ſed ſunt ſtellæ qdē ſingulares erraticæ qnq; & cæteræ q̄ nō admixtæ aliis ſolæ ferunt̄.Sidera uero q̄ in aliqđ ſignū ſtellaꝝ plurimū cōpoſitæ formantur:ut aries:taurus:andromeda:Perſeus uel corona:& quæq; uariarum genera formarū in cælum recepta creduntur.Sed & apud græcos aſter & aſtron diuerſa ſignificāt.Et aſter ſtella una.Aſtrū ſignū ſtellis coactū:nos ſidus uocamus.Hæc differentia Macrobii pace nuſq̄ reperitur: ut apđ eūdē Ciceronē de uniuerſitate.Itaq; neſciūt hos ſideꝝ errores.Et iterū.Toto igit̄ orbe cōſtituto ſideribus parē numeꝝ diſtribuit animoꝝ:& ſingulos adiunxit ad ſingula.Et li.ii.de natu.deo. Nam cum duo ſint genera ſiderū quoꝝ alterū ſpaciis mutabilibus ab ortu ad occaſum commeans nullum unq̄ curſus ueſtigiū inflectit.Alterum autem continuans conuerſiones duas:iiſdem ſpaciis curſibuſq; conficiat:Quint.in mathema.Quid hæc fulgentiū ſideꝝ ueneranda facies: ꝙ quædam uelut infixa ac cohærētia ꝑpetua ſemelq; capta ſede collucēt:alia toto ſparſo cælo uagos curſus certis emētiuntur erroribus?Quod nō ſenſiſſe Ciceronē:ut Macrobius uult:documento eſt ꝙ nō propoſuit ſtellas.Debet enim ſpecies generi:pars toto præponi:ut dicā de prudētia & uirtute huiꝰ.Dicam de facie Helenæ eiuſq; pulchritudine:non aūt e diuerſo.Fateor tamē nunq̄ ſtellam dici arietē: taurum:andromedā:perſeum:ſed ſidus:& hinc eſt ꝙ dicimus hybernum ſidus:& illud Qui.Nos graue huius anni ſidus afflauit.

Reſciſcere. Ca.ccccxliii.

REſciſcere.A.Gellius uult rem eſſe occultā & inopinatā inſperatāq; cognoſcere. Miror de hoc ſollertiſſimo uerborum inueſtigatore atq; cenſore:qui uocabulū hoc de facili difficile declaro obſcurū:de trito nouū:de expoſito abſtruſum fecerit:ne dicam falſo expoſuerit. Nūquid ſi uideam hominem cælo uolātem:ut feciſſe.Dædalus Perſeuſq; fertur:ut aliquē e terra ꝓdire quale Thages fuiſſe ab hertuſcis:aut ſatyrum aliquem ſemiuirum ſemicaprumq;: quē ſe uidiſſe nonnulli ſcripſere:archana quædam naturæ ꝑueſtigauero:dicam reſciuiſſe?Non opinor. Eſt igitur proprie reſciſcere rem poſtq̄ eſt geſta ſcire:quam neſciebas cum gereretur: præſertim ad te tuoſue pertinentem:ut Terentius in adelphis.Hem tibi reſciuit omnem rem:id nunc clamat.ſ.

Deprecor. Ca.ccccxliiii.

Ayuntamiento de Madrid

DEprecor ſupplicium idem. A. Gelius ait dictum eē: quaſi deteſtor: uel execror: uel depello: uel abominor. Ego aūt ita dici puto deprecor: ut precor & imp̄cor. Precor tibi bonū: precor tibi malum. Sic deprecor liberationem: & deprecor pœnam: illam ut potiar: hāc ut uitē. Ouidi. li. primo de ponto. Sæpe præcor mortem: mortem quoq; deprecor idem Ne mea ſarmaticum contegat oſſa latus. Deprecor dixit: quaſi precor mortem non dari mihi ī hac terra. Nec mirum id fieri inde precor: cum fiat in magis uſitatis: ut in defendendo. Siquidem dicimus defendo me: quod fere dicitur: & nonnunq̄ defendo ictus. Cice. de ſenectute: Veſtitaq; pampinis: nec modico tempore caret: & nimios ſolis defendit ardores: cum præſertim mos romanus ſit etiam prædicandi ne ueniat. Vnde templa timori: pallori: febri: aliiſq; ſimilibus fuere dedicata: & his ut ita dicam: numinibus fiebant ſacra: quod etiam Virgi. probat. Nigram hyemi pecudē: zephiris fœlicibus albam. Neq; ſolū deprecari eſt uoce: ſed etiam per ea: quæ inſtar uocis obtinere ſolent uultum geſtūq;. Etenim Bucephalum: qui præter unum Alexandrū: omnem aliū incuſabat ſeſſorem non recte dixeris deprecari alios ſeſſores: præter regem. Deniq; deprecor magis ſignificat uel dicto: uel facto recuſo: q̄ illa quæ. A. Gelius attigit. Situs. Ca.ccccxlv.

SItus Priſcianus inquit dicitur pro negligentia: ut Virgi. Sed te uicta ſitu ueriq; effœta ſenectus. Sed non ita eſt: potiuſq; ſordes illa & illuuies: qualis intra opaca domus: quæ diu nō repugnatur: ut inquit. M. Fabius excitanda mens & attollenda ſemper eſt: quæ in huiuſmodi ſecretis aut langueſcit: & quædam uelut in opaco ſitū ducit aut cōtra tumeſcit inani perſuaſione huiuſmodi igitur quidam ſitus ſedet in uultu: capite totoq; & corpore uetularū: & habitu præſertim inopum: qualem in illam Virgi. intelligit: de malefica anu ait Lucanus Fœda ſitu macies: quod etiam pedorem poſſumus appellare: ut idem Lucanus. Longuſq; in carcere pedor. Et Ci. in tuſcu. Pedores muliebres. Et iterum. Barba pedore horrida. Miror Priſcianum hoc in loco a definitione Seruii deſciuiſſe: qui hoc uocabulum proprie diffiniuit: inquiens. ſitus proprie eſt lanugo quædā ex humore procreata. fit autē in locis carētibus ſole. Situs uero pro loci qualitate manifeſtū eſt: ut de ſitu Meſſanæ: & de ſitu Syracuſarum. Docilis docibilis. Ca.ccccxlvi.

DOcilis idē inqt eſt: qui facile docet: docibilis eſt qui facile diſcit quomodo penetralis q in intimis eſt partibus. Penetrabilis qui facile penetrat. Non currit ubinam legerim ſcriptum docibilis. Eſt. n. cōſuetū magis ꝑceptibilis: niſi apud eccleſiaſticos atq; ī aliū ſenſu3. Et erūt docibiles dei: dictū ē quaſi dociles. Nā Cyprianus ſup illud Pauli. Epiſcopū litigioſum non contentioſum: ſed mitem & docibilē eſſe debere ait. Docibilis autem ille eſt: qui eſt ad diſcēdi patiētiā lenis & mitis hoc ut ego ſentio: idē eſt qđ docilis: Ratio tamen poſtulat: ut id ſignificet qđ ait Pri. eo quidem magis: q habemus in eodem ſenſu docilis: ut ſuperuacuū fuerit duas uoces adeo cōfines: uni ſignificationi dare: niſi dicimus ſimile hoc eſt illis æquale: & æq̄bile de qbꝰ dixit alio uolumine īſuper ſenſile & ſenſibile. Luc. Ex inſenſibili ne credas ſenſile naſci hæc duo pro eodem accipit. Extiale & extiabile. Virgi. i. vi. Sed me fata mea & ſcelus exciale lacenæ. His merſere malis Oui. vi. meta. Dumq; manu tentant trahere extiabile ferrū: Rationale & rationabile. Quin. in. ii. Sed quia carent ſermone quæ id faciunt: muta atq; irationabilia uocant. Porro penetralis q̄tū mea fert opinio: non reperitur: ſed penetrale ſubſtantiuūq;: nō adiectiuū. Penetrabilis adiectiuū qui facile penetrat: ut apud Virgilium. Penetrabile cælū: & penetrabile frigus: tum qui facile penetrat: ut apud Li. lib. xlvi. Et in aſpis locis ſilex ſæpe impenetrabilis ferro occurrebat. Seruius quod penetrat inquit penetrale dicitur: quod autē penetratur: penetrabile. In quorum priore diſſentio: cū non ſit neq; adiectiuum: ipſe uult: exponens penetrabile frigus ꝑ penetrale frigus: neq; ſignificatiōis actiuæ. Deniq; ut ad docilis reuertar: docillimus mea ſententia faciet: potius q̄ docilliſſimus: qualia ſunt facilis: gracilis: agilis: ſimilis: humilis. Numen. Ca.ccccxlvii.

NVmen idem inqt: eſt dei nutus: Ante hunc Varro dixerat: numen dicunt eſſe imperium dictum a nutu. Vter horum commodius diffiniunt. Certe numen eſt imperiū poteſtaſq; dei non autem nutus neq; imperium cuiuſlibet. Sed Varronem de imperio dei ſuſpicor intellexiſſe. Necatus & nectus. Ca.ccccxlviii.

NEcatus idem inqt ꝓprie ferro: nectus uero alia ui peremptus dicitur. Sed ego ſentio generalem ſignificationē necatus: ſpecialem uero nectus eſſe. Cice. in rhetoricis: & in libris ad Herennium: & alibi ſæpe ait. Veneno necatus. Quin. lib. iiii. Hic eſt adulter loris cæſus aut fame necatus. Præterea nunq̄ nectus dicit̃ ſine certo genere mortis: ut nectus ſit Tātalus: nec tam mortuus: q̄ ꝓpemodū mortuus: ſicut exanimatus ꝓ eo qui ſimilis ē mortuo: ut fame: ſiti: ſitu enecti: quæ exempla ſunt plurima. Næ. Ca.ccccxlix.

n Ae ꝑ ualde idem dixit: nec tamen ſolus Terē. in andria: Næ illa illū haud nouit. Mihi uidetur idē apud nos ſignificare: qđ apud græcos: ſcribiq; cum diphthongo debere næ: qđ eſt certe: ut apud eundē. Faciunt næ intelligendo: ut nihil intelligant: quaſi faciūt ꝑfecto. Hæc apud Cice. dictio frequēs eſt: ut de ora. li. iii. Næ illud haud ſane quēadmodum uerba ſeruat & illuminet a magiſtris iſtis regret. Apud Quin cæteroſq; eius æui rariſſima. Næ cōponit cum queo: cū ſcio: cum uolo: frequentius tamē ſine compoſitione: appoſita negatiōe repimus illud

primū duo ſequentia:adeo barbaꝝ putat.Ci.dicere non ſcio:& non uolo:licet nōnunq̄ apud ipſuꝫ quoq; repiaṫ.Ideo frequētiſſime legimus:haud ſcio:haud uelim.Idem Priſci.ait potius fieri potiſſi me:quod ego nuſq̄ legi:ſed potiſſimum. Valeo. Ca.ccccl.

VAleant q inter nos diſſidium uolunt.Donatus.Ser.& q̄dam alii ſic exponunt pereant q hoc nobis uolunt:quæ uox & oratio aliena fuerat ab ingenio Pamphili pio & ꝓbo.Cice. Si deus talis eſt:ut nulla gratia:nulla hominum charitate teneatur ualeat.Quid.n.propi tius eſt numiue? Nunq̄d deo irreligionis atq; eo imprudentiæ.Ci.uenerat:ut deo exitiū præcaretur? Abſit.Lactantii quoq; teſtimonio qui de hiſiipſis Ciceronis uerbis ait.Quid.n.cōtēpti us potuit dici in deum? Valeat inq̄t.i.abeat ac recedat:quando ꝓdeſſe nulli poteſt.Vides ut Lactan tius cum uult Ciceronem fuiſſe contumelioſum in deum:non tamē expoſuerit ualeat ꝑ pereat:ſed abeat ac recedat.Quanq̄ ut mihi uidetur non ſignificatur ꝑ ualeat:ꝙ habeat ille a nobis:ſed ꝙ nos a ſe uale dicētes.Enimuero uale ſalutatio eſt recedentis:ut ſalue & aue uenientis.Quomodo ergo uerbum ſalutantis poteſt accipi ꝓ mala præcatione atq; ſalutatione.Eſt aūt ſalutare & aduenientis: & abeuntis.Virgi.in.ix.Hanc ego nunc ignaram huius quodcunq; pericli eſt.Inq; ſalutatā linquo. Ideoq; nonnunq̄ reperimus ſalue etiam in diſceſſu:hoc eſt in calce epiſtolaꝝ.Cice.ad Tyronem.Va le mi Tyro:uale:uale & ſalue.Et iteꝝ Etiam atq; etiā noſter Tyro uale:medico Curio Liſoni deſcri pſi diligentiſſime.Salue:uale.Vir.in.xi.Salue æternum mihi maxime Palla.Aeternumq; uale.Nec miꝝ ꝙ in fine loquendi reperiamus ſalue:cum etiā ille qui aditur atq; ſalutatur:dicaṫ ſalutare:quē admodum qui abit & alternum a ſe dimittit:dicit uale:quod etiā græci faciūt:ut Homerus primo iliados:Χαιρε τεκηρυυτεσ διοσ λαγεαοι ηδεανδρωη.Neq; eſt apud latinos aliud uerbū:quo adeū ti nos reſpondeamus:q̄ ſalue:niſi more iam uulgari magis q̄ ꝓbato dicamus bene ueneritis.Idem uerbum apud eundem ꝓ ualde.xxii.illiados.χαρεμοιωϖ τροκλεαναιδαο δομοισ.Cice.Ad Atri cum indicatiuo huius uerbi uſus eſt:dicens & ſaluebis a meo Cicerone.Plautus in truculento pri ma poſitione utitur Salue ſatis mihi eſt tuæ ſalutis:nil moror:non ſalueo.Martialis etiam dixit uale bis:Cum pinguis mihi turtur erit:lactuca ualebis.Et cocleas tibi habe:perdere nolo famem.Cæte rum ut ad inſtitutum redeam:qui ualeat ꝓ execratione acceperunt:forſitan hoc argumento indu cti ſunt:ꝙ nonnunq̄ hoc uerbum languorem ſignificat:ut idem de oratore:Sicut medico diligenti prius q̄ conetur ægro adhibere medicinam:non ſolum morbi eius:cui mederi uolet:ſed ēt cōſuetu do ualētis:q̄q̄ accipi pōt ualentis ꝓ ſani:& natura corporis cognoſcēda eſt.Vnde ualitudo ꝓ lango re frequentiſſime accipitur:& teſtes ualitudinarii nominantur.Idem Cice.ad Terentiam & ad Ty ronē.Valitudinem tuam cura diligēter:hoc eſt langorem & infirmitatem:Alibi ꝓ ſanitate.Si nunc ualitudini tribuamus aliq̄d:frequenter tamē apponimus adiectiuum:ut fauſtum uel īfauſtum:ad diſtinguendum ſtatum corꝑis.Siq̄dem indifferenter ſignificat more ſui primitiui.Dicimus enī ut uales:quomodo ualuiſti:qualiter ualet filius? Sic qua ualitudine es:qua ualitudine filius? Reſpon debis infirma:aduerſa:mala ualitudine uel contra:bona:incolumi:optima ualitudine.

Vas:obſes. Ca.ccccli.

u As inq̄t Varro appellatus ē:qui ꝓ altero uaditudimoniū ꝓmittebat.Cōſuetudo erat cū reus paꝝ eſſet idoneus:& inceptis rebus ꝓ ſe altero daret.Videṫ Varro ſignificare uadē eū eē:quē fideiuſſorem uocamus:& uadimonium fideiuſſionē.Nos hoc ne audemus ne gare ita eſſe q poſſumus.Cum Varro oīum ſit cōſenſu romanorum eruditiſſimus:& linguæ latinæ peritiſſimus:q latinas litteras fecit:& latiniores:& litteratiores:q̄q̄ multi ſunt qui eū in quibuſdā lo cis rep̄hendunt:quæ facultas præcipuæ diſcipulis Qui.adeſſet:lōge Varrone doctioris atq; eloquē tioris.Veꝝ ego non auſim reprehendere:ſed tantum affirmare me non legiſſe duntaxat quantum aut recordor:aut intelligo uadem eum eē:qui uadimoniū ꝓ altero dat:ſi uadimonium ſignificat fi deiuſſionem:ſed eū qui ſponſor eſt alterius in capitis periculo:ſiue idē ſupplicii ſubiturus:ſiue pecu niam ſoluturus:ut apud Quin.in declamatione:quæ inſcribiṫ amici uades.Et apud Cice.li.v.tuſcu lanaꝝ quæſtionum de pythagoreis amicis:quorum alter diē mortis cum tyrannis dixiſſet:alter ꝓ amico ad uiſendam matrem ituro uas factus eſt.Et apud.T.Liuium de ualerione capitis reo ita di centem pecuniæ quantum æquum eſſet ꝓmitti:ueniebat in dubiū.Id ad ſenatum reiiciṫ.Reus dū conſulerentur patres:in publico retentus eſt:uades dare placuit:qui unū uadem tria milia æris pro aliis obligauerunt:ꝙ daretur promiſſum ex tribunis.x.finierūt.Tot uadibus accuſator uadatus ē reum Hic primus uades publicos dedit.Quod feſtus quoq; ſentit:dicens uas ſpōſorem ſignificat in re capitali.Vadimonium quantum ego ſentio:eſt ſponſio ad certum diem ſiſtendi ſe in iudicio.i. comparendi ꝑ ſe uel ꝑ aduocatos:in oratione Cice.ꝓ Quinto datur intelligi:ubi longa:eſt alterca tio de uadimoniis:altera parte dicēte fuiſſe ſibi uadimonia deſerta.Altera uero nequaq̄ a ſe illa fuiſ ſe facta.Et Quin.de legato frumentario:qui ad præſtitutū diem nenerat:inq̄t.Niſi tamen ad uadi moniuꝫ legate ueniſſes:nō multoꝝ dieꝝ cōmeatum habebamus.Et hoc ipſe Varro fortaſſe ſenſit. Obſes autem eſt qui traditur imperio alterius ea cōditione:ut ſi dator obſidis a fide recedat:recipi entis ſit ius in corpus & uitam obſidis.Quod præcipue inter potentes cōmertium eſt:qui non ha bent ſuperiores ad quos pro iuſticia prouocent. Decurio. Ca.cccclii.

Ayuntamiento de Madrid

DEcuriones ingt idem:primi ſingulaꝝ decuriaꝝ dicti:quod ꝑbat Tẽpanius ille apud.T.Liuium:quod & ipſe approbat Feſtus:idemq; ait.Decuriones appellantur:ꝗ denis equitibus præſunt.Eſt igitur dictus decurio a decem:ut centurio a centum.Nam ut ait pedianus:decuriæ ſunt nobilioꝝ:centuriæ inferiorũ.Quidam uolunt:quoꝝ eſt Fronto decurionem præeſſe turmæ quæ conſtat ex duobus & triginta equitibus.Nec uero belli ſolum:ſed domi quoq; decurio dicitur nomen quoddam præpoſituræ turmæ ſignificans:ut Suetonius in Domitiani uita Saturius decurio cubiculurioꝝ.Et hoc ꝗdem apud romanos.In municipiis autem ut mihi quidẽ uidetur:idem eſt decurio:ꝗ Romæ Senator.Nam ꝗ in ſenatu & cõciliis reip.municipalis intereſſe poterant:decuriones erant.Cice.ꝑ Sextio:Qua de cauſa & tum conuentus ille Capuæ huic P.Sextio apud me maximas gratias egit:& hoc tpe beneficium fidemq; hominis teſtimonio declarant:ꝑiculum deprecantur ſuo decreto Recita quæſo.P.Sexti ꝗd decreuerunt Capue decuriones.

Quod autem differant decurio romanus & decurio municipalis : ex epiſtola quadam Plinii iunioris e primo libro declaratur:dicentis.Eſſe aũt tibi centũ milia nũmum:cenſum ſatis indicat:ꝙ apud nos decurio es.Igitur ut te nõ decuriõe ſolum:uerũ etiam eqte ro.ꝑfruamur:offerro tibi ad implẽdas eqtis romani facultates trecẽta milia nummum.Non dicitur itaq; decurio:aut ꝙ decem præſit militibus:ut ꝗdam uolunt:quam græci δεκαρχον uocant:cum decurio ſit maior eqteↄ: eques centurione:centurio decarcho:ut ex ſtipẽdioꝝ magnitudine datur in multis libris intelligi:aut in municipiis qui decem eqtibus præeſt:cum ſit eqte etiam duntaxat romano minor:an ꝗa præſit decem eqtibus municipalibus:aut hoc erit dicendum:aut Pomponii iuriſconſulti opinio ſequẽda dicẽtis.Decuriones ꝗdam dictos aiunt ex eo:ꝙ initio cum coloniæ deducerentur.decima pars eoꝝ qui deducerenť:conſilii publici gratia conſcribi ſolita ſit.Quare eum quem nũc militem appellamus:aut falſa dignatione afficimus.Nam & ſi oẽs ꝗ militañt:milites ſunt:miles tamen ꝓprie ꝗ pedibus militat diciť:eques ꝗ equo:aut ſi uere decurionem potius appellamus.Quidam hoꝝ tempoꝝ docti eqtem uocant ſed rectius decurionem uocarent.Nam eques aut ꝗ Romæ ex ordine equeſtri eſt: qꝺ non facit ad gloriam militarem:aut ꝗ equo militat:cuius nulla dignatio eſt.Quanꝗ iuriſꝑiti multa ineptiſſime fabulantur de dignatione militũ:quæ eꝗdem uel nulla:uel communis eſt oĩum:ſiue pedeſtrium:ſiue equeſtrium:qui militiam exercent.Nam de auro geſtãdo & huiuſmodi nugis nullũ uerbum eſt in iure ciuili:Sed hæc omittamus:quæ non ſunt huius ſcriptionis:dum illud admouerimus:romanum decurionem qui præeſt decem equitibus romanis longe præſtare cæteris decurionibus:ꝗbus ipſe etiã eques romanus præſtat.

Exemplũ:exemplar. Ca.ccccliii.

EXemplum ingt Feſtus eſt qꝺ ſeꝗmur:aut uitemus.Exẽplar ex quo ſimile faciamus.Illud aĩo eſtimatur:iſtud oculis concipitur.Mihi autem licet feſtus ſcientiſſime de exponẽdis uocabulis loquatur:apienda tamen ẽ magis hoꝝ nominũ differentia.Nã ut exemplũ eſt ex quo ſimile faciamus:ut oꝑa Homeri exẽplũ ſunt poemata ſcribere uolentibus.Quin.li.x.Sic litteraꝝ ductus:ut ſcribẽdi fiat uſus pueri ſequunť:ſic muſici uocẽ docentiũ:pictores opera prioꝝ:ruſtici ꝓbatam experimento culturã in exemplum intuentur.Et exemplar aĩo quoq; æſtimatur.Ci.lib.v.de ora.Illa oratio fuit mihi exemplar benedicendi.Quinti.in.x.Cornelius autem Seuerus etiam ſi uerſificator ꝗ̃ poeta melior:ſi tamen ut ẽ dictũ:ad exemplar primi libri bellũ ſiculum perſcripſiſſet uendicaret ſibi ſecũdũ locũ.Hora.in ſatyra ingt.Plautus ad exemplar ſiculi properare Epicarmi.Idem Ci.ꝓ Murena:Domeſticum te habere dixiſti exemplum ad imitandum.Eſt illud ꝗdem exemplum tibi ꝓpoſitum domi.Sed tamẽ natura:ſimilitudine illud a te magiſꝗ̃ ab illo ortus es:ꝗ̃ ad unumqueq; noſtrũ ꝑtinere potuit.Ad imitandum uero tam mihi ꝓpoſitum exẽplar illud eſt:ꝗ̃ tibi.Ita unum pro eodem pene exemplum & exemplar poſuit:& ꝗdem eodem in loco.Cæterum exemplum eſt ipſa res quam imitamur:aut ſi ſors ita tulerit:deuitamus in aliquo:ut in Catone Cato aũt ipſe exemplar.Illud contentum:hoc cõtinens.Quod ſi dicamus ad exemplar Catonis aut ad exemplar Epicharmi:ſic intelligitur ad exemplar Catonis:ꝙ eſt Cato ad exemplar epicharmi:ꝙ eſt epicharmus ſiue opus epicharmi:ut corpus hominis ꝓ ipſo homine aĩam corpuſq; filii deſtruis:quaſi aliud illa ſint a filio:exemplum ꝓ exemplari.Eſt.n.contentum ꝓ continente:ut apud eundem Fuit ille uir exemplum continentiæ.Quomodo dicimus.Ille uir fuit norma uiuendi:cũ tamen non ſit norma uiuendi uir:ſed in uiro:ita nec ille exemplum continentiæ : ſed in illo . Ideoq; exemplaria multa ſunt:Vnius tamen exempli:ut redditæ ſunt mihi binæ litteræ tuæ eodem exemplo.i.eiuſdẽ forme.Et duo uel tria exemplaria æneidos:hoc eſt multi codices eodem exemplo.Et exemplar ab exemplari ſumitur:non ab exemplo.Nam exemplum incorporale eſt:exemplar plærunq; corporale.Hic Salu.Litteras quas ſibi noĩe Catilinæ redditas dicebat:eaꝝ exẽplum infra ſcriptum eſt : hoc eſt eaꝝ forma infra ſcripta eſt:melius ꝗ̃ eaꝝ exẽplar.Quod forma ſit exemplum . Paulus iuriſconſultus teſtatur:ſi legatum certum petatur:nõ iubet prætor uerba teſtamẽti edere:ideo fortaſſe:ꝗa hæredes ſolent habere exemplum teſtamẽti.i.formam.Ci.ad Appium:Ex his litteris:quaꝝ ad me exemplum miſiſti.Et ad hunc eundem.Tum Plancus exẽplar eius chirographi Titio miſi.Tum Aſinius Pollio:ex litteris cognoſces:nam earum exemplar miſi.Hi de pagina ſcripta quod corporale eſt:intelligunt.Ille de ſentẽtia quæ in pagina continetur:uel potius ex pagina percipiť.Quod ſi idi-

Ayuntamiento de Madrid

ſtincte his duobus licet uti:non ſane repugnabo:cum præſertim.Ouid.dicat exēpla plura unius rei .i.exempla pro exēplaribus.Nam unius dei unum atq; idem exemplum eſt proprie:ut dixi in diuerſis licet exemplaribus.Loquens.n.de opere ſuo meta.li.i.de triſtibus ait.Pluribus exemplis ſcripta fuiſſe reor.Reperitur etiá exēplarium pro exemplar Pli.li.vi.Iuba hæc omiſit ĩ hoc tractatu:niſi exēplarium uitioſum eſt.Non de eo āt exemplo dixi:quod adhibetur rei aut probādæ:aut ornādæ cā:quæ ſignificatio nota eſt oĩbus.Vnde pars probationis uocatur ab exemplis & in elocutione exemplum inter ornamenta numeratur.

Perſona. Ca.cccclliii.

PErſona eſt inqt Boetius:incōmutabilis naturæ indiuidua ſubſtātia exiſtimās ſe argumentatione collegiſſe:quaſi non ſit qualitas:nec aliud prædicamentum ullum:ſed ſubſtantia ſed huic homini romano oſtendā romane loq neſcire.Perſona nanq; nō ē in deo nō magis q̄ in bruto:ſicut humanitas:ſicut alia plura:Sed demus ut ĩ deo ēt ſit pſona.Quæro q̄obrem ea non ſit qualitas:ſiue de hoĩe loqmur:ſiue de deo.Nam in hoĩe quidē pſona ſignificat qualitatē:qua alius ab alio differimus:tū in animo tum ĩ corpe:tum in extra poſitis:quæ a rhetoricis enumerant̃ ĩ attributis pſonæ.Animi ut quo ſtudio ſe exerceat medicinæ:an iuris ciuilis:an militiæ.Et qua mente:iracūdus an moderatus:auarus an liberalis.Corporis iuuenis an ſenex:pulcher an deformis:fortis an imbecillus:mas an fœmina.Extra poſitoꝝ:diues an paup:clarus an obſcurus: maritus an cælebs:parens liberoꝝ an orbus:& his ſimilia:Ideoq; figuræ & ſigilla quædam quæ roſtris aut alia corporis parte aquam fontanam emittūt:q̄a repræſentāt uarios hominum uultus & geſtus:pſonæ dicuntur.Et hiſtriones in ſcæna pſonas accipiunt:cum aut ſeruū agunt aut ancillam:aut matronā:aut meretricē:aut ſenē:aut adoleſcētē:aut patrē aut matrē aut filiū:aut regem:aut militem:aut leonē:aut paraſitum:& mille huiuſmodi:quæ non ſunt ſingula in ſingulis:ſed plurima:ueluti in me eſt perſona humani:liberalis:timidi:iracūdi:ebetis:ſomniculoſi:litterati:ſenilis:mariti:ſoceri:generi:pr̃is:filii:fratris:pulchri fortis diuitis:nobilis:& interdū contraria.Nam ad fortiſſimū:pulcherrimū:ditiſſimum:nō ſum fortis:nec pulcher:nec diues:ſed imbecillus:deformis:paup.Alia itaq; adhuc pſona ſum:q̄ ad eum cui his in omnibus antecello:& ad primū ſum pſona filii:ad Aſtianacta ſum pſona patris:ad Andromacham pſona uiri:ad Paridem pſona fratris:ad Sarpedonē perſona amici:ad Achillem pſona inimici.Quo fit:ut adſit mihi multiplex pſona ac diuerſa:ſed una tantum ſubſtātia. In deo aūt perſonam ponimus:uel ꝙ nullum aliud uocabulum quadrat:nō natura:quo ueteres utebantur:non ſubſtantia:quo græci utunt̃:uel ꝙ uere in deo triplex ē qualitas.Atq hic mihi os cōprimet Boetius:neq; uocem ꝓdire ꝑmittet:dicens qualitatem eam eſſe:quæ poſſit ēt abeſſe citra ſubiecti corruptionem.Hanc ego diffinitionem ut græculā & ineptam derideo:dico lucem:uibrationē calorē in ſole eſſe q̄litates:& hoc dico latine oĩbus:q unq̄ latine locuti ſunt cōſentientibus:quāq̄ de hac re ſuo in noſtro ope dialecticæ diſſeruimus.Tales qualitates ſtatuo in deo:& has dico perſonas quæ ab eo abeſſe non poſſunt:& q̄litatē ſignificare:nō ſubſtantiam:ut Boetius uoluit:q nos barbare loq docuit.Hic.n.eſt forſitan adductum uulgus:ut ſic loquatur.Tres perſonæ me expectant.Video quas pſonas:hic eſt bona perſona:q ſermo antea fuit inauditus:& hodie nemo niſi ĩperitus oĩno ſic loquit̃:q̄q̄ Boetius ipſe uiderit quomodo ſi perſona eſt ſubſtantia.Sūt aūt in deo tres pſonæ:non & tres ſubſtātias illi adeſſe intelligamus:pſertimq; neq; ulla uox merā ſubſtātiā ſignificat:neq; ulla res ē mere ſubſtātia:ut ĩ eodē noſtro opere oſtēdimus.

Noxæ dedere. Ca.cccclv.

NOxæ dedere:Iuſtiniani pace ſiue Trebelliani & ſociorum.Nam Iuſtinianus nec iura:nec forſitan latinas litteras nouit.Eſt pœnæ dare ſiue tradere ob noxā:qua ſignificat̃ culpa.Ille aūt dicit.Noxa eſt corpus quod punitur.Et in eodem loco corpus deditur noxæ.Si noxa corpus ē:quō corpus dedit̃ noxæ:nunq̄ corpus dedit̃ corpori:aut corpus ſibi?Quāq̄ q̄d hæc oratio ad ſignificandam pœnam faceret?Eſt aūt hæc pœna ſeruoꝝ:quos domini malunt ad pœnam tradere:q̄ præſtare maleficium:quod illi admiſerunt.Paulus ita diffinit.Noxales appellant̃ actiones:quæ:nō ex contractu:ſed ex noxa atq; maleficio ſeruoꝝ aduerſus nos inſtituunt̃:quarum actionū uis & poteſtas hæc ē:ut ſi damnati fuerimus:liceat nobis de dictiōe ipſius corporis qđ deliquerit euitare litis exiſtimationē.Vulpianus quoq; addit ut corpus tradatur uiuū.Igitur Quinti.in gladiatore:Alebat deuotū corpus grauior omni fame ſagina:& inter debita noxæ mācipia cōtētiſſimus Tyro gladiator:ut nouiſſime perderē calamitatis meæ innocētiam:diſcebā quottidie ſcelus. Nā noxa ēt damnū ſignificat:ut apud Ouidiū li.xv.metamor.Nocte nocent poetæ:ſine nocte luce bibuntur.Et Sueto.de Cæſaris uita.Spurinamq; irridens:& ut falſum arguens:ꝙ ſine ulla ſua noxa idus martiæ adeſſent.De brutis āt improprie dicit̃:ea dedi noxæ:ut de capro apud eūdem Oui. lib.i.faſtoꝝ.Verba fides ſeqtur:noxæ tibi deditus hoſtis ſpargitur effuſo cornua Baccæ mero.Ser. ſuper illud Virgilianum:unius ob noxam:ait noxam ꝓ noxia:id eſt culpa:quaſi noxa per ſe non ſignificet culpam:quam familiaris:ut opinor ſuus Macrobius leuē culpam accipi uult atq; ut ſibi crederemus quam dictionem nuſq̄ reperimus noxam non culpam eſſe:ſed pœnam ait culpam noxam dici:quaſi noxiā:quā noxam ſæpius in hac ſignificatione reperiamus.Quod dixi Iuſtinianum forſitan nec iura:nec litteras latinas ſciſſe:nemo miretur tum q̄a ſemper in Græcia uixit:tū quia ſæpe dominum Iuſtinianum:ut ex nummiſmate eius apparet:dici uoluit:ut quidam alii Cæſares fece-

Ayuntamiento de Madrid

 

runt: quod a iure romano eſt alieniſſimum: & character ipſe litterarum figurarumq; illorum temporum nummiſmatis gottichum magis: q̃ latinũ redolet.

Teſtamentum. Ca.cccclvi

TEſtamentum idem inqt ex eo appellatur: ꝙ teſtatio mentis eſt: quæ diffinitio quorundã iuriſconſultoꝝ fuit. Quod ſi iuſte. A. Gellius coarguit: quãto ego hunc iuſtius arguerẽ qui exploſam atq; deriſam etymologiã inculcat. Nã cur a mẽte potius dicat̃ q̃ a mẽto: uel amenta: qua nihil ad hanc ſignificationẽ mẽtum: mẽtaue facit inquiẽs. Quid ergo mens ad armentũ: ad ſalſamẽtum: ad condimentũ: ad ornamẽtum: ad armamẽtũ: ad pauimẽtum: ad tormentum ad calciamentum: ad ueſtimẽtũ: & ad huiuſmodi infinita? Nec minus inepta uidet̃ mihi hæc etymologia: q̃ illa apud Donatum: apud. Ser. apud Iſidoꝝ: oratio q̃ſi oris ratio. Quid aratio eſt quid deuoratio: qd trituratio: quid operatio: quid mille huiuſmodi? Nunquid in his ratio eſt: an talia ſunt: qualia cætera a ſupinis Profecta: ſatio: potatio: miſſio: lectio: qd nõ etiã a ſupino ratio uenit? Reor ratum ratio: ſicut ab oratum oratio. Eo magis: ꝙ ſecundam ſylabam bis accipi uult: quaſi dicatur oris ratio: & non oratio. Non eſt ergo uera etymologia hæc: neq; a mente: neq; a mento: neq; a menta ſed potius hæc nomina aſſumunt tum ſyllam: cum exirent antea in men: ut ueſtimen: calciamen: ſicut munimen: lenimen: nutrimen: ſperamẽ: medicamen: uelamen: quibus adiecta tum fit munimentum: lenimentum: nutrimentum: ſperamentum: medicamentum: uelamẽtum: ueſtimẽtum: calciamentum: ita teſtamen addita ſyllaba tum facit teſtamentum. Quod ſi a mente deſcenderet taſtamentum: teſtamentiã diceretur: quemadmodum demẽtia & amentia. Nihil habet magis ridiculum hæc de qua loquimur ſententia: q̃ etymologia: in qua ipſe quoq; Varro & luſit & luſus eſt.

Syncerum Ca.cccclvii.

SYncerũ Donatus inqt: q̃ſi ſine cæra mel ſimplex: purũ: & ſine fuco: imo cum cæra potius. Syncerũ a ſyn cõponit̃: nõ a ſine: quæ nunq̃ cõpoſitionẽ admittit: quod ipſa etiã ſcriptio declarat: quæ y. habet: non. i. Eſt. n. ex duobus græcis ex ſyn & cæra: quæ ab illis dicitur κηροσ: uel ασυνκυροσ cõuertimus. Quo magis uenuſta atq; apta eius auctoris etymologia eſt: indicat̃ etymologiã plærunq; fallacẽ eſſe: qa ſignificatio hæc nõ ita abſoluta & uera eſt. Quid uenuſtius atq; aptius dici põt fidẽ ideo uocatam: qn fiat quod dicit̃: q̃ etymologia mendacẽ eſſe declarat quod hoc nomen chordam inſtrumenti muſici ſignificat. Et tamen licet dicere ſyncerũ: q̃ſi cũ cærã: mel quod ĩtegrũ eſt: & ſolidum: & nulla ſui parte fraudatum: ut ſi diuidere fructum cõmunium aluearioꝝ cum ſocio uelim: ptemq; tantũ mellis aſſignem: nimirum non ago ſyncere: quia ſine portione cærarũ mella dedi.

Mulier. Ca.cccclviii.

MVlieris appellatione. C. inqt etiam uirgo uiripotens continetur. Vulpianus autem quodam loco ita ait. Quod ſi ego uirginem emere putarem cum eſſet mulier: emptio nõ ualebit. Hic mulierem appellat: quæ uirgo nõ eſt. Et Vulpiani quidem locutio recta eſt Ciceronis teſtimonio: qui obiurgãtibus ꝙ ſexagenarius Popiliam uirginem duxiſſet Cras mulier erit inquit. Sed Caii quoq; diffinitio locum habet aliq̃do: ut ſiquis uidens decem fœminas quarum aliqua uirgo ſit: ætate tamen qua poſſit mulier eſſe dicat uidi: decem mulieres. Quomodo etiã in euãgelio dicitur: Quid mihi & tibi mulier: Sed e græco ſumptum eſt λυρη. Quo ſignificatur uel fœmina: uel mulier. Idem quoq; Vulpianus inquit mulierem ita arctam: ut mulier fieri non poſſit: ſanã non uideri conſtat. Eandem dixit & mulierem primum pro ea: quæ eſt feminina: ſecundum pro corrupta.

Munus. Ca.cccclix.

m Vnus Paulus inqt tribus modis dicit̃: uno donũ: & inde munera dici: dari: mittiue altero onus: quod cũ remittit̃: uacationẽ militæ muneris qđ præſtat: inde ĩmunitatẽ appellari. Tertio officium: unde munera militaria: & quoſdã milites munificos uocari. Igit̃ municeps dici: ꝙ munera ciuilia capiat. Idẽ alibi: Municipes intelligendi ſunt: & hii qui in eodẽ municipio nati ſunt. Vulpianus: Municipes qdẽ ꝓprie appellant̃ muneris ꝑticipes recepti in ciuitatem: ut munera nobiſcum facerẽt. Sed nunc abuſiue municipes dicimus ſuæ cuiuſq; ciuitatis ciues: ut puta campanos: puteolanos Pomponius ita ait: Munus publicum eſt officium priuati hominis: ex quo commodum ad ſingulos uniuerſoſq; ciues: remq; eoꝝ imperio magiſtratus extraordinarium peruenit. Marcus autẽ ſic Munus ꝓprie eſt: ꝙ neceſſaria ſubimus lege: more imperioue eius: qui iubẽdi habet poteſtatem. Dona autẽ ꝓprie ſunt: quæ nulla neceſſitate iuris officio: ſed ſpõte præſtant̃: quæ ſi non præſtentur: nulla reprehẽſio eſt: & ſi præſtent̃: plerũq; laus ineſt. Sed in hoc uentũ eſt: ut nõ quodcunq; munus idẽq; donum accipiat̃. At quod donũ fuerit: id munus recte dicat̃. Quõ hi ĩter ſe iuriſcõſulti cõueniãt: & an aliqd deſit alicui hoꝝ. Accurſius cũ Bartholo Baldoq; cõſulteret: dũq; mihi in more ipſoꝝ loquamur: ambo tres reſpondeant affirmãti ꝙ Marcus ait donũ eſſe ſpeciẽ munus uero genus. Idẽ contrariũ eſſe uerbis Vulpiani dicentis. Inter donũ & munus hoc intereſt: qđ inter genus & ſpeciẽ. Nã genus eſſe donũ Labeo ait a donãdo dictũ munus: ſpeciẽ. Nã munus eſſe donum cum cauſa ut puta natalitium nuptiarũ. Hic meã non interpono ſententiã: ne illos trifiulcos doceã contra me reſpondere. Quod ſi me utiq; ſequi uolenti reſpondeant neutrũ uerũ dicere. Nam neq; genus: nec ſpecies in hæc duo nomina cadit: & nullum mihi uidetur donum ſine cauſa eſſe.

Peculium. Ca.cccclx.



Ayuntamiento de Madrid

PEculium Pomponius inquit eſt non id.cuius ſeruus ſeorſum a domino rationem habuit:ſed quod dominus ipſe ſeparauit:ſuam a ſerui ratione diſcernens. Peculiū Celſo referente Labeo ſic diffiniuit:eſt quod ſeruus domini ꝑmiſſu ſeꝑatim a ratiōibus dominicis habet.deducto inde ſiqd domino debet.Idē alio loco:Paterfamilias peculiū habere non poteſt queādmodū nec ſeruus bona.Ex his uerbis apparet nec dominū habere peculiū poſſe: & ſolum ſeruum habere.At idem Pomponius & Celſus aiunt:unde colligi poſſit etiam non ſeruum dominum poſſe habere peculium.Pomponius.n.ita ſcribit : Caſtrenſe peculium eſt: qd' a parentibus & cognatis in militia degenti donatum:uel quod ipſe filius in militia acqſiuit : quod niſi militaret: acquiſiturus nō fuiſſet.Nam quod erat ſine militia acquiſiturus:id peculium eius caſtrenſe non eſt Celſus autem ſic & audiſſe ſe ruſticos ſenes ita dicentes:pecuniam ſine peculio fragilem eſſe peculium appellātes:ꝙ præſidii cauſa reponeretur:a quo nō diſſentit Vulpianus:dicens.Peculiū dictū eſt quaſi puſilla pecunia:ſiue patrimonium puſillum . Quid ergo inter has diffinitionis ſequamur multiplices:& inter ſe ꝓpe modum contrarias:cum præſertim Feſtus ita ſcribat.Peculium ſeruoꝝ eſt a pecore dictum:ſicut & pecunia nobiliū: & Seruius grammaticus peculium patrimoniū:ita.n. maiores dicebāt:a pecoribus:in quibus eoꝝ cōſtabat uniuerſa ſubſtātia: Vnde etiā pecunia dicta eſt a peculio:quod ꝓprie tantū ſeruoꝝ: & peculiū dicimus: & abuſiue pro patrimonio.Ipſe uero tanq̄ arbiter onerarius hanc rem diiudicabo : & quidem breuiter . Peculium eſt quicquid labore noſtro patratum eſt in quacunq; perſona:licet in ſeruis iura uelint dominoꝝ accedere cōſenſum.Et ita ſenſiſſe Virgi.ſentio in ea parte:quam exponit Seruius:Nec ſpes libertatis erat nec cura peculi: & Horatiū . Rem poteris ſeruare tuam.reddit uncia quid ſit Semis ad hæc animos ærugo & cura peculi. Et Ciceronē in paradoxis:an eoꝝ ſeruitus dubia eſt:qui cupiditate peculii nullā cōditionē recuſant duriſſimæ ſeruitutis:Et illos quoq; ruſticos ſenes: de quibus Celſus meminit:pecuniā ſine peculio fragilē eſſe .i. ſine lucro īduſtria parto . Nā cur habenti pecuniā maior ſpes p̄ſidii collocet̄ in puſillo quod repoſuit:q̄ in ipſa pecunia:cū p̄ſertim peculiū ſit pars pecuniæ Aut quomodo p̄ſtare poſſit:repoſita illa pecunia:ne cætera dilabat̄:Vel peculiū eſt quicquid ꝓprie alicuius eſt.A peculio fit adiectiuū peculiaris pro re ad peculiū pertinente ſiue peculii ꝓpria . Sed in uſum iam receptum eſt pro ꝓprio aut ſpeciali.Quin.lib.viii.Quod cōmune eſt aliis nomē intellectu:alicui peculiariter tribuitur:ut urbē Romā: & uenales nouitios: & corinthia æra cū ſint urbes aliæ quoq; & uenalia multa: & tam aurū & argentū:q̄ æs corinthiū:Idē in.xi.Ambulantē loqui ita demū oportet:ſi in cauſis publicis in qbus multi ſunt iudices:quos dicimus:quaſi ſingulis inculcare peculiariter uelimus . Et in vi.Paulū impēdamus huic quoq; peculiariꝰ opæ. Peculatus furtū rerū ad ipſam remp. uel ad ꝓuētus principis ſpectantiū:ſicut ſacrilegiū rerū ſacrarū:inde depeculor :quod quidam ad ſacrilegium eſſe tranſferunt.

Fundus Ca.cccclxi.

FVndus Vulpianus ita finit.locus eſt nō fundus:ſed portio aliqua fundi.Fundus autem aliqd integrū eſt . Plærunq; fundus ſine uilla accipimus.Idē alibi : Ager eſt locus qui ſine uilla eſt.Modeſtinus uero ſic: Quæſtio eſt:fundus a poſſeſſione:uel agro uel p̄dio qd diſtet Fūdus eſt omne qcquid ſolo cōtinet̄.Ager eſt ſpēs fundi:quæ ad uſum homini parat̄.Poſſeſſio ab agro iuris ꝓprietate diſtat.Quicqd.n.app̄hendimus:cuius ꝓprietas ad nos nō ꝑtinet : aut nec pōt ꝑtinere:hoc poſſeſſionē appellamus.Poſſeſſio ergo uſus.Ager ꝓprietas loci eſt.nā & ager & poſſeſſio huius appellationis ſpecies ſunt:Florētinus fundi appellatione omne ædificium & oīs ager continetur.Sed in uſu urbana ædificia ædes ruſtica uilla dicuntur . Locus uero ſine ædificio in urbe area:in rure autem area appellatur.Idēq; ager cum ædificio fundus dicitur . Ecce diuerſi iuriſconſultoꝝ ſententiæ cum aliis:tum in hoc quod Vulpianus:ait plerunq; fundum eſſe ſine uilla .i.ſine ædificio.Florētinus autem agrū cū ædificio eſſe fundum. Modeſtinus obſcure exponit : agrūq; diffiniens cum neutro aliorum concordat:ſed ridicule a poſſeſſione diſtinguit:ne dicam imperite loquens de poſſeſſione: quando ſignificat qualitatem:non q̄do ſubſtantiam:ꝑinde ac ſiqs dicat de uirtutibus ac uitiis loquens.Prauum & malum ſic differūt:ꝙ prauum eſt quod non recta ratiōe & uia fit parua.n.appellantur:quæ non ſunt recta:ut lignum paruum. Malū uero pōt genus eē. Quid hoc foret dictu ineptius :ubi de qualitatibus: de actionibus agit̄:digredi ad ſubſtātiam:quæ ad rem nō pertineat:ita hic cū de fundo:cum de agro:de prædio: de poſſeſſione diſputat:nō de ea ſignificatione poſſeſſionis loqtur:qua ꝓprietas intelligitur:ſed qua actio poſſidēdi ſiue qualitas.Quod ſi ita eſt:quid affinius habet poſſeſſio ad fundum:agrum:prædium:q̄ ad nauem equum:ueſtē:Harum nāq; rerū ita poſſeſſio eſt:ut uillarū.Sed nō de huiuſmodi poſſeſſione loquendū erat:quæ præſertim nō eſt:ut ipſe ait ſpecies prædii uel fundi. Prædium.n.fundus ſiue ꝓprietas eſt:quoꝝ utrunlibet ſi nomē generale eſt:ad poſſeſſionem ꝑfecto nō uſus:ſed ꝓprietas dicēda Modeſtino poſſeſſio fuit ſed qd facias:ipē aliter poſſeſſionem diffinit.Quod ſiqs dubitet:an poſſeſſio ꝓprietas ſit:accipiat præter ipſoꝝ iuriſcōſultoꝝ etiam Ciceronis & Quintiliani teſtimonia: quoꝝ alterū in paradoxis ita ſcribit. Et.n.ſi iſti callidi æſtimatores prata & areas magni exiſtimant:ꝙ ei generi poſſeſſionum minime noceri pōt.Nō de uſa uidelicet locutꝰ eſt Cicero :cui certe noceri pōt:ſed de ꝓprietate.Alter in ſexto de oratoria iſtitutiōe:Patris eius dialogos dedit legendos:quoꝝ cū in priuernati unus

Ayuntamiento de Madrid

alter in Albano: tertius in Tyburti ſermonem habitum complecterent̃. requirebat ubi eſſent hæ poſſeſſiones. Oĩs aũt illas Brutus uẽdiderat. Nemo ĩterrogat ubi eſt uſus p̃dioꝝ: ſed ubi ꝓprietas nemoq; uſum uẽdit: ſed ꝓprietatẽ aut uſufructũ. De p̃dio aũt Vulpianus ita ſcribit: Prædia urbana oĩa ædificia accipimus: nõ ſolũ ea quæ ſunt in oppidis: ſed etiã ſi forte ſtabula: aut alia meritoria in uillis & in uicis: uel ſi p̃toris uoluptati tantũ deſeruiẽtia: qa urbanũ p̃diũ nõ locus facit: ſed materia. Proinde hortos quoq; ſiq ſunt in ædificiis cõſtituti: dicendũ eſt in urbanoꝝ appellatione cõtineri. Plane ſi pluriũ horti in reditu ſunt: uineari forte uel holitorii magis hæc nõ ſunt urbana. Etiam de p̃dio ſicut de fundo iuriſcõſultoꝝ cõtrouerſia eſt. Nec mirũ cũ nemo nõ habeat ſuã de rebus qbuſq; uerbis ſententiã. Sed de poſterioribus qui ex opibus illoꝝ excerpſerunt: miror cur hæc indiſcuſſa reliquerũt. Id ut ego ꝙ ad me attinet. faciã: ita ſentio. Agrũ cõtinere fundũ: nõ cõtineri a fundo: nihilq; ꝓhibet eũ cũ uilla eſſe. Erãt in agris ſenatores: & uixerũt multi nobiliſſimi philoſophi in agris nõ ſine uilla & habitatione: Differtq; ager ab aruo: ꝙ aruũ ſementi dat̃. Saluſtius: Quia numidæ pabulo pecoris magis q̃ aruo ſtudẽt. Quintilianus Pauper' & diues in agro uicini erant ĩſictis hortulis Et mox: Sed ex omni p̃te circũiectus diuitiis ager uix tenuẽ ad greſſus meos emittã dabat. Quid agimus inquã: Vndiq; uallo diuitiarũ cluſi ſumus: hinc hortuli locupletis: hinc arua: inde uineta: hic ſaltus. Fundus ut dixi: minus quiddã eſt. Singula .n. prata. ſingulæ uineæ: ſinguli horti: ſingula oliueta: pomaria: ſalicta: arbuſta: paſcua nemora: loca aucupatoria: uenatoria: piſcatoria: ſiue uillã atq; ædificiũ: ſiue piſcinã: ſiue aluearia: ſiue uinaria habeãt: ſiue nõ habeãt: ſinguli fundi ſunt: & hoc qdẽ in agro. In urbe autem: ſiue oppido: ſiue uico: ſiue caſtello: tm̃modo p̃diũ eſt quicqd tale eſt: qualia hæc: quæ enumeraui. Nãq; eodẽ in agro etiã p̃dia ſunt. Fũdus. n. ſpecies p̃dii ẽ. Itaq; fundus eſt poſſeſſio ruſtica: p̃diũ & ruſtica: & urbana dũtaxat poſſeſſio: q̃lem deſcripſi. nã uidetur poſſeſſio ſignificare etiã tabernas: hoſpitia: horrea in urbe. Cic. ĩ philip. Poſſeſſiões uocabat & urbanas: & ruſticas: puto nõ tãtũ p̃dia: ſed cætera quæ uulgo immobilia appellant. Addamus ad hæc aliqd de hoc fundum: quod an a fundo fundas: an potius a fundo fundũ ſiue fundus ueniat: ambigi poteſt. Quidã fundus a funda dici uolunt. Cicero in quodã ioculari libello. Fundũ uero uocat: quẽ poſſit mittere funda: Ni lapis exciderit: qua caua funda patet: niſi hæc ſentẽtia ſit tã paruũ illũ fuiſſe fundũ: ut funda ꝑhendi: & in morem lapidis iaci poſſet. Fundũ igitur eſt ima pars rei proprie aliqd locorũ intra ſe cõtinentis: aut ad continendũ factæ: ut dolium: ut nauis: ut alueus uel fluminis: uel lacus: uel ſtagni: uel maris: Nã fundum ruris ut quidam ſcripſerunt: ipſe non dicerem fundamẽtũ: ut omnibus liquet. aliud eſt q̃ fundum: & tamen fundare magis ad fundamentum: q̃ ad fundum pertinet. Fundamus enim domũ nõ nauẽ: ut Virg. Ille urbem Agrippam patriæ cognomine gentis Victor garganii fundebat hyapigis aruis. Nam fundamentare nõ reperitur: nec fundare quidem eſt ſane frequens: niſi per tranſlationem. Quint. in gladiatore: hoc fundatam paternis auitiſq; operibus domum exhaurit. Eſt. n. frequentius iacere fundamenta: & per tranſlationẽ: ut idem libro primo. Nã inde: & cõtemptus operis innaſcitur: & fundamenta iaciuntur imprudentiæ. Et qđ eſt ubiq; pernicioſiſſimum: præuenit uires fiducia. Et Cicero. In quo templo quantum in me fuit: ieci fundamẽta pacis. Sine trãſlatione Suetonius de uita Caii: In ara capitolina nouæ domus fundamenta iecit. Cæterum hoc differt fundare & fundamẽta iacere: & fundare eſt ualidis fundamentis fulcire: fundamenta uero iacere: quaſi qualiacunq; fundamẽta facere: & quodammodo dare rei principium Nec uero ſicut reperit̃ fundus & fundũ: ita reperitur punctus & punctum: erantq; philoſophi: cũ pũctus & linea dicunt. Nam de punctum quod eſt breuiſſimum tempus: nulla lis eſt: ut Terentius in phor. Tum tẽporis mihi punctum ad hanc rem eſt. Pro eo autem ſenſu in quem utuntur philoſophi: Cicero pro Plantio: Nam ꝙ quæſtus eſt te plures teſtes habere de uoltimia: q̃ quot in ea tribu puncta tuleris. Quidam monumentum pro eo ſignificato accipiunt: cuius eſt punctum: tamen aliter eſt. Breue enim tempus per hoc ſignificatur: non breuiſſimum. Horatius: Quid enim concurritur horæ momento:

Noualis. Ca.cccclxii.

NOualis inquit Paulus eſt terra proſciſſa: quæ anno ceſſat: quam græci uocãt. In quo auctoritatem Varronis ſecutus uidetur: dicẽtis. Ager reſtibulus reſtituitur ac reſeritur quot annis. Contra qui intermittitur: a nouando noualis ager: Et. Pli. qui ait. Nouale eſt quod alternis annis ſeritur. Idem quoq; ſentire uidetur Pompeius Feſtus qui dicit. Noualis ager nouæ relictus ſementi. Sunt qui uelint nouale eſſe aruum tunc primum ad ſementem proſciſſum: quorum eſt Seruius: qui inquit: Dicimus & has nouales tunc primum arua ꝓſciſſa: qđ ita ſenſiſſe Virgilium palã eſt in illo uerſu. Impius hæc tã culta noualia miles habebit. Ineptũ erat deplorare agrum a barbaris poſſideri ꝙ nõ eſſet reſtibulus: ſed ꝙ anno interquieuiſſet. Deplorat igit̃ agrũ in quo inſtruendo magnopere laboraſſet: & nouitate ipſa præter cæteros ulteriorẽ datum iri in manus alienas: & barbaras: & impias. Quod etiam & ſentit: & declarat in milite Mariano Quintilia. Mox ingentibus lacertis humũ fodere ſegnem futuris noualibus: eruere ſiluas. Hieronymus etiã in hunc ſenſum diffinit: dicens. Nouale eſt ager nunc primũ proſciſſus. Sed Virgilius in ſenſum priorem accipit cum inquit. Alternis idem tõſas ceſſare nouales. Et ſegẽ patiere ſitu dureſcere cãpũ: Ideoq; Seruius alibi ait: Noualia id eſt noua terra: quæ per ſingulos annos renouat̃ per ſemina;



Ayuntamiento de Madrid

Quid ſint libri: quid uolumina. Ca.cccclxiii.

SI cui Vulpia. inquit centum libri ſunt legati: centum uolumina ei dabimus: non centum quæ ingenio ſuo meritus ſit: quæ ad libri ſcripturam ſufficerent: ut puta cum haberet Homerum totum in uno uolumine: non quadraginta octo libros computabimus ſed hoc unum Homeri uolumen pro libro accipiendum eſt. Vulpianus Homeri opus nunc unum librum: nunc. xlviii. libros nominat: nec tamen ait librum duo ſignificare: ipſum opus & certam operis partem. Præterea opus ſiue opera Homeri librum appellat & uolumen: quorum utrunq; inauditum eſt Virgilii. æneis non liber eſt: ſed. xii. libri Georgica non ſunt item liber: ſed libri quattuor Buccolica unus liber eſt: idemq; unũ uolumen. Georgica quattuor uolumina: Aeneis duodecim. Ouidius: Sunt mihi mutatæ ter quinq;. uolumina formæ. Sed quid exemplis agimus: cum nuſq̃ plura afferri poſſint? At Vulpianus putat etia; ſi omnia opera Didymi: quo nemo plura ſcripſit: in unum codicem coglutinarentur: unum tamen debere uolumen appellari: quod nemo nec poſſet euoluere: nec ferre uellet. Eſt enim uolumen uel a uolo ꝙ in libris uoluntas apparet: uel qđ magis ſequerer: ꝙ uoluitur: quales libros hodie hæbrei quoſdam habent: qualeſq; in ueteri & nouo teſtamento lectitamus fuiſſe: & romani qui in libris arborum: id eſt corticibus ſcribebant. Quod libellos illos: quos ferent commodius complicabant: uolumina forte appellauerunt. Itaq; uolumina libellis ſimiliora fuerũt: q̃ libris. Quod ex eo quoq; loco apparet: ut Plini. de libris auunculi loquẽs ait. Libri tres in ſex uolumina ꝓpter amplitudinem diuiſi q̃ſi dicat in ſex minores libros ut ſint uolumina aliquanto minora: q̃ libri: quod etymologia quoq; non nihil probat: ut oſtendi. Vnde adhuc durat uerbum euoluere libros pro eo quod eſt aperire libros lectitandi gratia: quaſi rem complicatam explicare: quemadmodum euelare eſt rem euelatam detegere: niſi dicimus uolui libros ꝓpter numerum paginarum. Accipit̃ autem nunc euoluere libros ſiue auctores pro eo qđ eſt lectitare. Nec inficias eo libros accipi pro codicibus: & in ſingulari librũ pro quolibet magno codice etiam ſi is cõtineat iliada & odyſſeam. Vt tenet res manu librum: & is ſit Homerus: non tamen recte dicas tenet librum Homeri.

Probrum: opprobrium: exprobare: imputare. Ca.cccclxiiii.

PRobrum & opprobriũ Vulpianus inquit idẽ eſt. Probra quædã natura turpia ſunt quædã ciuiliter & quaſi more ciuitatis iproba: utputa furtũ: adulteriũ: natura turpe enim uero tutelæ dãnari hoc nõ natura ꝓbrũ eſt: ſed more ciuitatis. Nec. n. natura ꝓbrũ eſt qđ põt etiã in hominẽ idoneũ icurrere. Vulpianus ꝓbrũ accipit pro infamia tãtũ: q̃lis eſt ex furto uel ex male geſta tutela: nõ pro flagitio: quod principale ſignificatũ eſt Nam probrũ idẽ eſt quod dedecus: quod duo ſignificat: unum quod eſt crimen: ut Quin. ſtatim in principio declamationis pro milite mariano inquit. Satis dedecoris atq; flagitii caſtra cœperunt. Alterum qđ eſt ignominia atq; infamia: quod notũ eſt. Similiter accipitur probrũ pro crimine: ut idem lib. primo. Iã ſi minor in eligẽdis cuſtodum & præceptoꝝ moribus fuit cura: pudet dicere in quæ ꝓbra nefãdi homines iſto cædendi iure abutant̃. Pro ignomina Liuius lib. v. His fræti occurſant portis. ĩgerũt: probra ægre abſtinent: qn caſtra oppugnẽt. Quæ duo nomina tanq̃ ſimilia eodem loco Cice. cõiũxit in Catone maiori. Mihi uero & Flacco neutiq̃ probari potuit tã flagitioſa & tã ꝑdita libido qua cũ probro priuato cõiungeret imperii decus. Præterea ne ſimile quidẽ eſt ſane probrum opprobrio. Non enim latine dixiſſet Ci. qua cum opprobrio priuato cõiungeret & imperii dedecus. Quemadmodum in Salu. dixit. Itaq; timẽs ne facinora eius clã uobis eſſent cum oĩbus matribuſfamilias ueſtris opprobrio eſſẽt cõfeſſus eſt nobis audientibus adulteriũ. Eſt autem opprobrium aliquãdo facto: ſed frequẽtius uerbo. Nam Salu. ut uult Cic. uel ex eo ꝙ fœminis quibus cũ habuiſſe uſum ſe erat notũ: uel ꝙ ipſe illis uulgo ĩpudicitiã obiiciebat. opprobrio erat. Hora. Sic teneros amicos aliena opprobria ſæpe abſterrẽt uitiis Qui. Modo maledictis opprobriiſq; uulgi: modo crebra riualiũ contẽtione pulſatus: abigi tamẽ cõpeſci nõ poſſet: opprobriis dixit: quaſi exprobrationibus atq; cõuitiis. Et alibi: Solebat indignatio ueſtra cõuitia noſtra ferre nõ poſſe: & matronalis ĩdignatio dicere uidebat̃ nõ patris erga me marite uerbis nullã habet noſtri tuus ſermo reuerentiam. Facile ꝓbrũpis in opprobria: facile quodlibet obiicis: pro eodẽ fere poſuit opprobria & cõuitia. Nec ĩficias eo nõnunq̃ hoc mõ accipi ꝓbrũ: ut Liuii proximũ exemplum. Et ciceronis ad Atticũ. Epiſtolas mihi legerunt plenas omniũ in me probroꝝ. Sed de hoc ſignificato Vulpianus non intellexit. A probro unum uerbum cõponitur: quod eſt exprobro: quod ſignificat tum qualẽcũq; culpã impropero: ut apud Ouidium lib. xii. methamorpho. Si bene Tytides qui nomine ſæpe uocatus Corripuit: trepidoq; fugã exprobauit amico. Cũ ingratudinis: ut Terẽ. in andria: Nã iſthæc cõmemoratio: quaſi exprobratio eſt ĩmemoris ſieneficii. Sed pro hoc ſignificato frequenter nõ uitii alieni nomẽ apponimus: frequenter etiam nomen noſtri meriti. Cice. de amicitia: Quoꝝ pleriq; aut querunt̃ ſemper aliquid: aut etiam exprobrãt: eo que magis ſi habere ſe putãt: qđ officioſe & amice: & cũ labore aliquo ſuo factũ queãt dicere. Odioſum ſane genus hominum officia exprobrantiũ. Et exprobrare ergo benefacta ſua eſt ĩmemorem beneficii accepti ĩculpare. Imputare uero frequẽter citra reprehẽſionem: quod an apud Cice. ſit neſcio. In poſterioribus uero creberrimũ eſt: ut Qui. Neq; ego grauiſſimũ patrem ſuprema ſua iuueni iactaſſe crediderim ꝙ hæredem filiũ ſcriberet: non eſt res quæ

Ayuntamiento de Madrid

imputet̃. Et alibi: Imputas nobis propitios uētos & ſecundū mare: & ciuitatis opulētæ liberalitatē: quæ tantū frumenti uendidit: quantū duobus populus ſatis eſſet. Imputare nōnunq̃ pro cōputare Caius: Qua ratione placuit legata: quæ legatarii nō capiunt: cū apud hæredē ſubſederint hæredetario iure apud eos remanere intelligi: & omni quadrāti imputāda. Marcus in quarta hæreditatis: quā per legē falcidiā hæres habere deberet: imputant̃ res quas iure hæreditario capit nō quas iure legati aut fideicōmiſſi: uel implendæ conditionis cauſa accepit. Nam hæc in quarta nō cōputant̃: ſed in fideicōmiſſaria hæreditate reſtituenda: ſiue legatū datū: ſi hæredi: ſiue percipere: ſiue deducere uel retiuere paſſus eſt: ei imputant̃. Reputare quoq; in idem ſignificatum. Vulpianus: Præterea ſi matrem aluit pupilli tutor: putat Labeo imputare eum poſſe. Sed eſt uerius non niſi per q̃ egenti dedit imputare eum oportere. Deinde: Sed & ſi ſeruus cibaria præſtiterit: uel libertis: ſcilicet rei pupilli neceſſariis dicendū eſt: eſt reputaturū. Idemq; eſt: & ſi liberis hominibus: ſi tamen ratio præſtādi iuſta intercedat. Item ſumptus litis tutor imputabit & uiatica: ſi ex officio neceſſe habuit aliquo exire uel proficiſci.

Inter ſtuprum & adulterium: & incæſtum. Ca. cccclxv.

INter ſtuprum & adulteriū Modeſtinus inquit hoc intereſſe qdā putant: ꝙ adulteriū in nupta: ſtuprum in uidua cōmittit̃. Sed lex iulia de adulteriis hoc uerbo indifferēter utit̃ & hoc quidē continetur in libro de rerū & uerborum ſignificatione. Alibi autē idē ait. Stuprum cōmittit: qui liberam mulierē cupidinis cauſa: non matrimonii continet: accepta uidelicet concubina. Adulteriū in nupta Stuprū in uirgine: uel uidua: uel puero cōmittitur. Quid mirū ſi plures iuriſconſulti in diffiniendo inuicē diſſentiant: cum unus atq; idem ſecū diſſentit: hic nō uidetur ſentire cū lege iulia. Ibi uidet̃. Sed culpa illoꝝ eſt: qui diffinitiones huius deſcripſerunt: quæ ſi aptæ fuiſſent: cōglutinatæ: ꝓbari poſſent: ut illa Papiniani dicētis. Lex iulia ſtuprū & adulteriū promiſcue græce appellat ποι χειαν. Sed ꝓprie adulteriū in nupta cōmittit̃ ꝓpter partū ex altero cōceptū cōpoſito nomine Stuprū uero in uirgine uiduaue cōmititur. quod græci appellant.

cuius diffinitionem approbo. Illud tamē addes: legem iuliam recte hæc duo promiſcue appellaſſe: nō ꝙ omne ſtuprū ſit adulteriū: ſed ꝙ adulteriū omne ſit ſtuprū Neq; rite iuriſperiti excipiunt ſtuprū a nupta cum etiā in quottidiano ſermone ſic loquamur. Quale eſt apud Quinti. Vxor marito dixit appellatam ſe de ſtupro a priuigno: & ſibi conſtitutum tempus & locū. Et alibi: Furtiua ſtupra raptoſq; concubitus obiiciat uel falſo maritus. Fas eſt fieri ſolet parcius tamē ſi iam ſit & mater: ſi in fidem caſtitatis uxoria fœcunditate ꝑfecerit. Quare ego ita ſentio ſtuprum eſſe coitū lege uetitum: quod duplex eſt unus cū nupta aut cū puero: aut cū ſanguine coniūctis aut cum ſanctimonialibus: q̃q̃ hæc duo poſteriora potius appellamus incæſtum. Alter cū uim afferimus cuilibet perſonæ: etiā ancillæ. Vnde ſtuprare dupliciter accipitur. Cuius poſterioris ſenſus teſtimonio eſt lex: quæ ſtupratoribus maſculorum pœnam ſtatuit decem miliū: cū pædiconibus nulla eſſet pœna conſtituta.

Inſtratum. Ca. cccclxvi.

INſtratū Vulpianus inq̃t omne ueſtimentū cōtineri quod iniiciat̃. Labeo ait. Neq;.n. dubiū: qn ſtragula ueſtis ſit omne palliū. Videt̃ Vulpianus intelligere ſtragulā ueſtē omne ueſtimentū hoīs qđ iniiciat: quale eſt græcoꝝ palliū. Vt.n. romani togati a toga: ſic græci a pallio palliati uocant̃. Ego uero non memini repperiſſe me ſtragulā ueſtē in hunc ſenſum. Sed in optoriū lectoꝝ potius: ubi & dormiebāt: & diſcumbebāt: quod Varro teſtat̃ de culcitra loquēs. Ac qcquid inſternebāt: a ſternendo ſtragulum appellabāt: & equoꝝ ſimiliūq;: quoꝝ operimentum etiā inſtratum uocatur. Hinc illud admonebo intueri frequenter ſignificatū uerbi: ut in hoc ipſo ſterno. Sternimus quidem ueſtes humi: ramos arboꝝ: flores & multa huiuſmodi: tamen frequētius dicimus: ſterno hummum floribus: ramis: ueſtibus. Hinc eſt quare dicimus toros lectoſq; ſternere & equū ſternere: non quia ſint diuerſi ſenſus: ſed quia reſoluuntur: ut ſic ſternere uerbi gratia lectos & equos tapetis: idē quod ſternere tepeta lectis & equis. Culcitra autē eſt tam lana ſtupea & ſiquid eſt huiuſmodi: q̃ plumea.

Inter pulſationem & uerberationem Ca. cccclxvii.

INter pulſationem & uerberationem Vulpianus ait hoc ītereſſe: ut Offilius ſcribit. Verberare eſt cū dolore cædere: pulſare ſine dolore. Sed eſt uiriuſq; uenia non eſt huiuſmodi inter hæc uerba differentia. An cum uarberamus frumenta: cum dolore uerberamus aut pulſamus: potius q̃ uerberamus? Et iumentū cum ſentit ex flagellis dolorem: uerberatur: cum non ſentit: pulſatur? An Entelus ille Vir. Sine dolore pulſabat Dateta? Sed ne multis: quis nō uidet uerberare eſſe cædere: qđ eſt inſtrumentum longū & exile: qualis eſt uirga. baculus: fuſtis: lora: flagellū: ferula harundo: & ſiquid eſt ſimile. Nec aliter dictum eſt uerberare a uerbere: q̃ flagellare a flagello: fuſtigare a fuſte. Verbera licet pro uerberatione accipiatur: tamē rem corpoream proprie ſignificāt: ut flagella: quæ ſunt proprie ſummitates ſarmentoꝝ. Quin. Ignes ex ꝓximo raptos uerbera quæ caſus obtulerat. Pulſare uero eſt graui ac uehemēti ictu cædere: tam inſtrumēto lōgo & exili: q̃ breui ac rotundo: ut pugnis: ut cacibus: ut malleis: ut ſaxis: quæ manu teneantur cum aliū percutimus: in ſimilitudinem tympanorum: quæ manu pulſant̃: nec ſemel: ſed multis ictibus percutere. Nāq; non proprie pulſatum aliquem dixeris: qui ſemel pugno percuſſus eſt. Adeo non minor iniuria ſit ex pulſatione: q̃ ex nerberatione. Præter eam cauſam quam modo dixi: ꝙ pulſatio eſt



Ayuntamiento de Madrid

mul ta percuſſio:quippe cum pulſatio plærunq; fiat in facie.Et ob pulſatos eorum legatos laurẽtes Tacitum regem occiderunt:qui nõ puniſſet ꝓpinquos ſuos:qui laurẽtibus hanc iniuriã fecerãt.Et ipſa incluſio calciũ cõtumelioſa eſt ſæpe etiã mortifera utiq; ſi fiat in ægrũ:in ſenẽ:in puerũ:in ꝑgnãtem.Taceo ſi alia re qs alterũ pulſauit:q̃ manu:aut pede: cũ uicinus meus uxorẽ ſolitus ſit non mõ piſtillo:uerũ etiã mortario æreo pulſare:ut nõ crebrius pulſet ipſum mortariũ.Dictũ eſt autẽ a pello quod eſt percutio & ferio:ut apud.M.Tulliũ libro.i.de diuinatiõe:Vt appellanť animi uehemẽtius ſæpe etiã cura & timore.Et i.ii.Num igitur cũ aut muros Babylonis:aut Homeri faciẽ cogito: imago illoꝝ me aliqua pellit.

### Pellex:palacæ. Ca.ccccclxviii.

Pellicem apud antiquos Maſſurius paulo teſtãte ſcribit lib.memorabiliũ eam habitã quæ cũ uxor non eſſet:cũ aliquo tamen uiuebat: quam nunc uero nõie amicam paulo honeſtiorem cõcubinam appellari:Caius Flaccus in li. de iure papiniano ſcribit pellicem nũc uulgo uocari quæ cũ eo cni uxor ſit:corpus miſceat.Secundũ quoſdã ea quæ uxoris loco ſine nuptiis in domo ſit quã græci παλακην uocãt.Hoꝝ utrunq; uere & ſenſiſſe & dixiſſe arbitror: Sed tamen pro ſuſcepti operis officio admonere debeo pellicẽ apud oratores & poetas eam demum haberi: quæ cũ eo cui uxor eſt: corpus miſcet.Ideoq; Iuno ſemp ꝓſequiť pellices ſuas: quæ ſibi uxorẽ Ioui præriperent.Vnde Plinius lib.xxxv.uerbo græco maluit uti:cum de Alexandro loquereť: quẽ cõſtat eo tempore cælibem fuiſſe cum appellem ſcorto donauit:quã ueteri:ſi uerũ eſt latino:id eſt palace potius q̃ pellice.Ita autem ait:Nãq; cum dilectam ſibi ex palatibus ſuis:præcipue nomine.Capſacẽ nudam pingi ob admirationem formæ ab Apelle iuſſiſſet.Quo fit:ut Curtium ubi de eodem Alexandro & aliis loquiť:cæteroſq; ſcriptores opiner palacem potius q̃ pellicem pro cõcubina cælibis hominis dixiſſe:culpaq; librarioꝝ in editionibus eſſe uitiatum.Sueto.de Veſpaſiano loquẽs palacarũ dixit:nõ pellicũ:Et alibi quoq;:&.T.Liuius multiq; alii nomine græco utunť.Sin aliter inuenitur:librarioꝝ ut dixi uitio dandũ eſt:Cuius rei hoc argumentũ eſt: q; non recte quis diciť habere pellicẽ:ſed uxorem.Eſt enim hoc nomen relatiuũ ad alterius uxorẽ: cuius cũ uiro rem habet:nõ autem ad maſculum.Nec recte dicturos fuiſſe reor oratores illos:qui palacem dixerunt ſi pellicem dixiſſent.

### Cauillatio. Ca.ccccclxix.

Natura cauillationis:quam græci κωμπα apellauerũt:hæc eſt ut ab euidẽter ueris per breuiſſimas mutatiões diſputatio ad ea quæ euidẽter falſa ſunt ꝑducať.Hæc duobus i locis Vulpianus.Caius autẽ inq̃t:Sic calũnietur:& moretur:& fruſtreť.Inde & calũniatores appellati ſunt:qui per fraudẽ & fruſtrationẽ:uexationem & alios uexarunt litibus.Inde & cauillatio dicta eſt.Caius nullã facit mentionẽ de euidenter ueris:aut de euidenter falſis:nec de breuitate nec puto faciendã fuiſſe:cum plerũq; cauillatio ſit tecta & inſidioſa:multiſq; ac lõgis frequẽter ambagibus utẽs:& quæ uix ab acutis reprehẽdiť.Quare cauillatio eſt ſubdoloratio quã nos cõſcii nobis mẽdacii uincẽdi tamẽ cauſa proferimus.In hunc ſenſum ſemper iuriſconſulti uſi ſunt: & Quin.fere ſæculũ.Cice.autẽ pro genere.quodam facetiarũ:& hunc imitatus.A.Gellius.T.Liuius utroq; modo.ipſe quoq; Cice.diffiniuit libro ſecũdo de oratore dicẽs.Etenim cũ duo ſunt genera facetiarum:alterũ æqualiter in omni ſermone fuſum:alterũ peracutũ & breue: Superior cauillatio:altera dicacitas nominata eſt.Cæterũ Caius ſentire uidetur idem eſſe calũniari:& criminari quod non ſentit Martianus:tantũ accuſatori tribuens calũniari cum ait. Calumniari eſt falſa crimina intendere: quod per legẽ illã declarať duodecim tabularũ.Calũniator idẽ patiať quod reus ſi cõiunctus eſſet.

### Præuaricator:calumniator:tergiuerſator. Ca.ccccclxx.

Præuaricatores Vulpianus inq̃t: eos appellamus:qui cauſam aduerſariis ſuis donãt & ex parte actoris in partẽ rei cedũt.A uaricãdo.n.præuaricatores dicti ſunt.Idẽ alibi:Præuaricator autẽ eſt q̃ſi uaricator:qui diuerſam partẽ adiuuat ꝓdita ſua cauſa:qđ nomẽ Labeo a uaria certatione tractũ ait.Nã qui ꝑuaricať:ex utraq; parte cõſiſtit.In prima diffinitione uideť ſentire præuaricationem in ſolũ actorem cadere.In ſecũda uero etiã in reum. Sed forſitan & hic de ſolo actore ſentit:cui aſſentiri uideť Martianus qui ait.Accuſatorum temeritas tribus modis detegiť & tribus pœnis ſubiicitur.Aut enim calumniať:aut præuaricatur:aut tergiuerſatur.Calũniari eſt falſa crimina intendere.Præuaricari uero uera crimina abſcõdere.Tergiuerſari in uniuerſum ab accuſatione deſiſtere.Et poſt iterũ:Præuaricatorẽ eſſe eum oſtẽdimus:qui colludit cũ reo & trãſlatiue munere accuſandi defungiť:eo q; proprias quidẽ diſſimularet probationes:falſas uero excuſationes admitteret.Quod nos quidẽ uerum fatemur eſſe:legemq; antiquitus de præuaricatoꝝ pœna fuiſſe ut Cĩ.in phili.li.ii.Vereor.P.C.ne quod turpiſſimũ eſt:præuaricatorem mihi appoſuiſſe uidear.Cæterum ne prætercam quod Cicero in partitionibus ait præuaricationem nũc diffiniri ab accuſatore nunc ab eo corruptelam eſſe iudicii:Reperio nõnunq̃ præuaricatorẽ ex parte rei quoq; neq; perfidia tantum ac malitia:ſed imprudentia etiam & negligẽtia peccantem.Quint.in.vii. Vt in præuaricatorum criminibus:ut abſoluať reus:aut innocẽtia ipſius fit aut interueniente aliqua poteſtate:aut ui:aut corrupto iudicio:aut difficultate ꝓbationis:aut præuaricatione nocẽtẽ fuiſſe cõfiteris:nulla poteſtas obſtitit:nulla uis corruptũ iudiciũ nõ querens: nulla probãdi difficultas fuit. Quid ſupeſt niſi ꝑuaricatio fuerit:Hic pro ꝑfidia accuſatoris accipit.Alibi uero aliter. Sed de una

Ayuntamiento de Madrid

cauſa loqui ſuperuacuum eſt. Ergo in uniuerſum neq; oratoris puto eſſe unq̃ præuaricari: neq; litẽ intellige in qua pars utraq; idem uelit. Ideoq; præuaricatorẽ appellamus quicunq; a præſcripto officii deflexerit atq; oberrauerit. Plinius lib. xix. Araror niſi incuruus præuaricatur. Plinius iunior ad Corneliũ Tacitũ. Alioqn præuaricatio eſt trãſire dicẽda. Præuaricatio eſt curſim & breuiter attingere quæ ſunt inculcãda: infigẽda: repetẽda. Et Adã præuaricatũ fuiſſe dicimus. Tergiuerſari uero nõ eſt quãtũ intelligo ab accuſatione deſiſtere. Illi uidenť trahere ex hoc ſignificationẽ ꝙ qui terga uertunt a pugna deſiſtunt. Verũtamen non protinus qui terga uertunt a pugna deſiſtũt: ut parthi. Itaq; qui uertentes terga adhuc tamen pugnant: nec ſe uictos rationibus uolunt agnoſcere tergiuerſantur. Ci. in offi. li. iii. Atq; in his tamen tribus generibus quoquo modo poſſunt: non incallide tergiuerſantur. Prudentiam introducunt: ſcientiam ſuppeditantẽ uoluptates: depellentẽ dolores: fortitudinẽ quoq; aliquo modo expediunt cũ tradunt rationem negligendæ mortis perpetiẽdiq; doloris: etiam temperantiam inducunt non facillime illi qdem: ſed tamẽ quoquo modo poſſunt. Dicunt. n. uoluptatis magnitudine doloris detractionẽ fieri. Nunquid qui hæc dicũt: aut deſiſtunt ab incuſationẽ: aut accuſaſſe ſe indicant. Idẽ pro Roſcio comœdo: Attende quæſo Piſo Fannii; uultũ & huc atq; illuc tergiuerſantẽ teſtimoniũ contra ſe dicere cogor: Erat aũt Fannius accuſator: quem ſi oio ab accuſatione deſiſteret: non inſequeretur iure patrimonii. Cice. Sed uictũ nolle tamen dare magnus obiurgat. Liui. lib. ii. ab urbe condita: Mouebant conſulẽ hæc: ſed tergiuerſari res cogebat. i. non agnoſcere ueritatẽ: & eã qbuſcũq; poterat rationibus diſſimulare: & quaſi ſubterfugere. Tertiũ autẽ uerbum ab eodem Martiano diffinitum: de calumnia loquor: meretur & ipſum aliquã emendationem: quod non modo apud Cice. pro cauillatione accipitur: non illa qdem mouente riſum: ſed ea quæ Cice. ipſe nõ utitur: ut de offi. lib. i. Exiſtunt etiã ſæpe iniuriæ calũnia quadam & nimis callida ac malitioſa iuris interprætatione Ex quo illud ſummũ ius: ſumma iuiuria: ſed etiã apud Quin. nõnunq̃: ut ibi. Quãuis exiguo diuiſus ſpacio opẽ non ferret: nõ ſuccurunt: ut hac ſaltem ſe calũnia defendat: non abii: non reliqui: non abſceſſi: neq; pede quod aiunt anno a parente diſceſſi. alioſq; cõplures: quoꝝ & Caius eſt: uſu quoq; probante per quem utraq; pars iurat de calũnia uitãda nimirum de cauillatione: eo magis: ꝙ calũniari pro cauillari dicimus: quæ uox quattuor primas litteras habebat: eaſdem eum calumniari: Poſtremo probatur hoc ex illo digeſtorum loco: cuius titulus eſt. *Si mulier uentris nomine calumniæ cauſa in poſſeſſione fuiſſe dicatur.* Calumnia ſcilicet ibi intelligitur dolus malus.

Ferri portari: agi. Ca. cccclxxi.

FErri proprie dicimus Caius inquit quæ quiſq; corpore ſuo baiulat. Portari ea quæ quis iumento ſecum ducit. Agi ea quæ aĩalia ſunt: In hoc ipſe Calo aſſentior: ni quod portare eſt etiã ſuo corpore interdũ etiam magis q̃ ferre. Quis. n. neget iumẽta portare: quæ cũ hoĩes imitantur: & ipſi portare dicuntur. Teren. in andria: Mi homo quid iſtuc obſecro: quo puerum portas? Horati. Ne forte ſub ala Faſciculum portes libroꝝ: ut ruſticus agnũ. Et ab hoc compoſita deportauit Verres amicam de ꝓuincia. Deportauit Pompeius beneficio Ciceronis tertium triumphum multi imperatores uictorem exercitum reportarũt: quaſi reduxerunt. Agere autem non uno modo dicitur: ſed de uno tamen non tacebo. Marti. li. i. epigrammatum. Semꝑ agis cauſas: & res agis Attale ſemper. Eſt non eſt quod agas Attale ſemper agis. Si res & cauſæ deſunt: agis Attale mulas Attale ne quid agas deſit: agas animam Cælius ad Ciceronem. Hortenſius cum has litteras ſcripſi: animam agebat. i. expirabat.

Conuitium. Ca. cccclxxii.

COnuitium apud Vulpianum iniuriam eſſe Labeo ait: quaſi male dictum iniuria non ſit Addit idem Labeo: Conuitium autem dicitur uel a citatione: uel a cõuẽtu: hoc eſt a collatione uocum. Cum enim in unum complures uoces conferuntur: quaſi conuitium eſt Sed quod additur a prætore aduerſus bonos mores: non omnem in unum collatam uociferationem prætorem notare: ſed eam quæ bonis moribus improbatur quæq; ad infamiã & inuidiã alicuius ſpectat. Et iterũ: Conuitium autem non tantum præſenti: uerũ abſenti quoq; fieri poſſe Labeo ſcribit. Proinde ſiqs ad domũ tuam uenerit te abſente: conuitium eſſe factum dicitur. Itẽ ſi ad ſtationem uel tabernam uentũ ſit: ꝓbari oportere feciſſe conuitium non tantum is uidetur qui uociferatus eſt: uerũ is quoq; qui concitauit ad uociferationẽ alios: uel ſummiſit qui uociferarenť. Et paulopoſt. Ex his apparet non omne malum dictum conuitiũ eſſe ſed id ſolum: quod cum uociferatione dictũ eſt. Et ſiue unus: ſiue plures dixerint: conuitium eſt: quod in cœtu dictum eſt. Quod autem in cœtu nec in uociferatione dicitur: conuitium nõ proprie dicitur: ſed infamãdi gr̃a dr̃. Ex ipſa noĩs etymologia argumẽtũ ſignificationis Labeo ſumit. Sed cũ falſa ſit etymologia: falſa erit & diffinitio: cũq; falſa ſit diffinitio: falſa erit & etymologia Quis. n. Labeoni tribuat? Cõuitiũ a concitatione aut a conuentu dictũ: aut a collatione uocis: quaſi conuitium: cum ſit alia propria magis ſiue etymologia: ſiue expoſitio per compoſitionẽ a con & uitiũ: uel a conuito: quaſi uitandũ: & uituperationis cauſa factũ. Habet autem conuitium ui non breuem: ut uitium: ſed longam: ut uito: Et licet conuito aliud ſignificat q̃ conuitium: ſi modo ſignificat idem quod inuito nõ obſtat: cum a ſuo quoq; ſimplici quod eſt uito: in ſignificatione magis diſtet: q̃ cõuitiũ a ſuo ſiue illud ſit uito: ſiue uitium. Ipſa quoq; præpoſitio cum in bonam & in malam rẽ accipi ſolet: ut conuitio pro ꝓficio: & pro

Ayuntamiento de Madrid

eo quod eſt conſauciando trucido. Inde conſectores ferarũ. Conuitiũ igitur a uitiũ: uel potius a uito deſcendit: ut uitupero: tametſi nõ oĩo repugnẽ ſcribi per. c. ut qbuſdã placet: nõ per. t. Et hoc q' dẽ de etymologia: quaſi pro labeone. Vulpiano ꝗ: non pro me faceret: tamen diffinitioni repugnare auderẽ: nuſq̃ reperiens apud ſummos uiros hanc differentiam cuſtoditã inter conuitiũ & maledictũ: inter quæ & ſi qua eſt: hæc erit: ꝙ conuitiũ eſt maledictũ contumelioſum Quin. in. vii. Sic autẽ præparabit actione prima iudicũ aĩos: ut uoluiſſe potius obiicere. q̃ non potuiſſe credatur: eoq; ſatius eſt omni ſe ante actæ uitæ abſtinere cõuitio: q̃ leuibus aut friuolis: aut manifeſto falſis reũ inceſſere: qa fides cæteris detrahit̃: & qui nihil obiicit: omiſiſſe credi põt maledicta: tanq̃ ſupuacua: q uana cõgerit: confitet̃ uanũ in ante actis argumentũ. Ex his uerbis plane dat̃ intelligi: nec uociferatione utiq; fieri cõuitiũ: nec aliud eſſe q̃ maledictũ. Ci. pro Cælio: Maledictũ autẽ nihil habet ꝓpoſiti: præter contumeliã: quæ ſi petulantius iactat̃: conuitiũ: ſin facetius: urbanitas nominat̃. Illud aũt uerbũ inuidiã: quo Labeo ſine Vulpiano utit̃. Quid mirũ ſi Accurſius nõ intelligit: qui in inſtitutionibus ubi dicitur. Appellatione autẽ tigni oĩs materia ſignificat̃: ex' qua ædificia fiunt: ſic interp̃tatur: ut cemẽta: ut lapides: ĩmemor a iuriſcõſultis exponi materiã pro ligno ad ædificia utili. Quanq̃ Cato: & Varro: & Columella: & plinius: qui de agricultura ſcripſere: aliiq; uiuã etiã arborẽ particulãq; illius materiã appellant & breuiter omne lignũ.

Verſicoloria. Ca. cccclxxiii.

VErſicolaria apud iuriſcõſultos uocant̃: quæ natiuũ colorem mutauerunt: ut ueſtes ſi albæ ſunt aut nigræ ſubnigræue: q̃les ex lana nõ tincta ſolent eſſe. Coloriæ: ſi in colorẽ aliũ tinctæ ſint: uerſicoloriæ nominant̃. Cæterũ uix in hũc ſenſum repimus. Nã Cice. Collũ colũbi pauoniſq; & eius caudã uerſicolorẽ uocat & nõnulli aquã maris: uel ꝙ uerſat' & mutat colorẽ ſubinde uel potius ꝙ ſit diſcolor: ut apud Pli. li. xxxvi. Vbi tñ ſciẽdũ auctoritatẽ fuiſſe maculoſo marmori q̃ facere: & Paro Cycladarũ ĩſularꝫ una æqua: & a Leſbo liuidius hoc uerſicoloreſq; maculas habẽs. Et in eodẽ primũ ut arbitror uerſicoloris iſtas maculas chiorꝫ lapidicini oſtẽderunt: cũ extruerẽt muros. Et in. xxxvi. Veluti cũ calculi fiũt quos qdẽ abaculos appellãt aliquos & pluribus modis uerſicolores. Et in. xv. Ingens poſtea turba prunorũ uerſicolorꝫ nigra: cãdida: ordeacea appellata a comitatu frugis eius eodẽ colore: & in. xxv. de uerſicoloribus uiperarum maculis: & in xxviii. nullũ aĩal pauidius exiſtimat̃: & ideo uerſicoloris eſſe demutationis: per qđ apparet collũ colũbæ pauoniſq; & caudã aquãq; non ideo uerſicolorẽ dici: ꝙ uerſat colorẽ: ſed ꝙ diuerſum colorẽ habeat Alioqn ſatis habuiſſet Pli. dicere. Et ideo uerſicolore eſt: nec adiũgere de mutationis. Neq; uero ueſtes ab hac ſignificatione cõmuni excipiendæ ſunt putãde ſolæ ipſæ uerſicolores: ita demũ dici: ſi lana tincta cõfectæ fuerint: ut apud Quin. Dũ in his de quibus erit quæſtio meminerimus: nõ athlætarũ toros: ſed militũ lacertos eſſe: nec uerſicolorẽ illã: qua Demetrius Phalereus dicebat̃ uti: bene ad forenſem puluerem facere. Apud. T. uero Liuiũ' eſt ſecundo punico bello interdictum fuiſſe matronis: ne uerſicoloribus ueſtirentur. qđ qualiter accipiendũ ſit: Valerius Maximus li. ix. ſignificat. dicens. Quã fœminæ tollere cupiebant: qa his nec ueſte uarii coloris uti: nec auri plus ſemiuncia habere: nec iũcto uehiculo propius urbẽ mille paſſus. niſi ſacrificii gr̃a uehi ꝑmittebatur. Idẽ Liuius alibi ait. Corpus alteri magnitudine eximiũ: uerſicolori ueſte pictiſq; & auro cælatis refulgens armis. Profecto de uarii coloris ueſte locutus eſt. Et iterum: Tunicæ auratis militibus uerſicolores: argẽtatis linteæ candidæ. Nã illud Virgil. Verſicoloribus armis: exponit. Seruius depictis per quod bellicoſus oſtenditur.

Penes te: apud te. Ca. cccclxxiiii.

PEnes te ut Vulpianus ait: amplius eſt: q̃ apud te. Nã apud te eſt qualitercunq;: a te tenet̃: penes te eſt qđ quodãmõ poſſidet̃: & ante hũc Feſtus Põpeius apud & penes in hoc differũt: qđ alterũ pſonã cũ loco ſignificat alterũ pſonã & dñm ac poteſtatẽ: qđ trahit̃ a penitus Perſonã cum loco Feſtus accipit pro perſonam & locum: ut apud Platonẽ & apud forum: id eſt in Platone & in foro. Quorꝫ utriuſq; diffinitionem probo. Illudq; addo penes dũ tantum ad perſonam refertur: non modo dñm adeſſe ſignificare: uerum etiam laudem ac uituperationem: De laude: ut Cice. in bruto: Cuius penes quos laus adhuc fuit: non fuit rationis ac ſcientiæ. De uituperatione: ut Quin. in gladiato. Vereor ne inexpiabilis illius & ſæpe reprehenſio odii culpa uideat̃ penes patrẽ: qui tã facile iraſcit̃: illud quoq; qđ crebro uſurpamus. Fides penes auctores ſit ĩ laudẽ uituperationẽq; ſimul accipit̃: quaſi laus ueritatis aut uituperatio falſitatis penes auctorẽ ſit ad quẽ ſpectat: fidẽ rei cuius auctor eſt facere. Ad me certa iſta' uel laus uel uitupatio nõ ſpectat: qui hoc non affirmo: ſed ad alterũ auctorẽ relego. Quod de laude & uituperatione dico idẽ accipio de cõmodo & incõmodo: ut Liuius. Penes eoſdem pericula belli: penes quos præmia eſſent. Nonnunq̃ etiam loco ſeruit: ſicut apud Ciceronẽ lib. iiii. ad Herenniũ. Ita petulans es atq; acer: ut ne ad ſolatium quidẽ: ut mihi uidetur: ſed penes ſcæuam: & in eiuſmodi locis exercitatus ſis. Penes ſcænã: id eſt apud ſcœnã.

Patres maiores. liberi: poſteriores. Ca. cccclxxv.

PAtres inqt Paulus uſq; ad tritauos apud romanos ꝓprio uocabulo nũcupant̃: Vlteriores qui nõ habẽt ſpeciale nomẽ: maiores appellant̃. Itẽ liberi uſq; ad trinepotẽ ultra hos poſteriores uocant̃: ſed cũ uenia Pauli neq; uſus hoc neq; ratio conſentit. Oẽs enim qui ante nos fuerunt: utiq; q liberos reliquerũt: atq; id ĩ noſtra ciuitate maiores dicunt̃. Qui uero poſt

Ayuntamiento de Madrid

nos poſteriores. Ci. in Salu. Ego meis maioribus uirtute mea p̄luxi: & ſi prius noti nõ fuerint: a me accipiant initiũ memoriæ ſuæ. Tu tuis uita quá turpiter egiſti: magnas effudiſti tenebras: ut etiam ſi fuerint egregii ciues: certe uenerint in obliuioné. Nunqd Cicero ait ſe præluxiſſe his tantũ qui ſupra tritauũ fuerũt: Saluſtiũ uero tenebras effudiſſe? An potius ut q̄ſq; a Cicerone atq; Salu. recentiſſimus erat: ita illi maxime hoꝝ utrũq; uel præluxiſſe: uel tenebras effudiſſe? An ſiqs claris maioribus ortus quereretur: nõ multo magis is dicatur: qui patrẽ auũ: proauum: abauũ: atauũ: tritauũ clarum: cæteros autem obſcuros habuit: q̄ qui iſta econtrario? hoc ne ipſe quidẽ Paulus negaret. Inſup patres non opinor uſq; ad tritauos poſſe deduci. Cum enim dicimus patrũ memoria aliquid factũ eſſe: de proxima ætate ſemper intelligimus: non de illa ſexta. Et iá dixi de maioribus & patribus: uideamus de poſterioribus ſiue poſteris. Idem Cice. eundẽ locũ ſic proſequitur. Quare noli mihi antiquos meos obiectare. Satius eſt enim me meis rebus geſtis florere: q̄ maioꝝ opinione niti & ita uiuere ut ego ſim poſteris meis nobilitatis initiũ: & uirtutis exemplũ: Ita opinor nõ pertinebat ad filium non ad nepotem: non ad pronepotem: non ad abnepotem: non ad antenepotẽ: non ad trinepotem: Tulliana nobilitas & uirtutis imitatio: ſed a filio trinepotis inceptura: quia ab eo poſteritas tulliana initiũ acceptura erat: cũ potius eſſet acceptura occaſum. Idem alibi: Nec uero dubitabat agricola: q̄uis ſit ſenex quereti: cuius erat reſpõdere diis ĩmortalibus qui me nõ accipere mõ hæc a maioribus uoluerũt: ſed etiá a poſteris ꝓdere. Taceo ꝙ Caius Ca igula uolebat ſolos filios poſteros eſſe: nec iura cõceſſa poſteris ad nepotes ꝑuenire: ſed ne cauſari queat: nõ poſitũ exẽplũ poſterorũ: ſed poſterioꝝ eſſe. Quin. in. xii. Maluit. n. uir ſapientiſſimus: qđ ſupeſſet ex uita ſæpe perire: q̄ qđ ꝑteriſſet. Et qñ ab hoibus ſui tẽporis parũ intelligebat: poſterioꝝ ſe iudiciis reſeruauit. Neſcio tñ an potius legendũ ſit poſteroꝝ: ut intelligamus hoc: q̄ illud nomen eſſe uſitatius: & nõ modo ad eos: qui ex nobis geniti ſunt: ſed ad uniuerſos qui poſt nos erũt ꝑtinere. In eũdẽ opinionis errorẽ incidit Seruius: qui in. viii. æne. ait. Minores nõ dicimus niſi quotiẽs graduũ deficit nomẽ: ut pr: filius: nepos: ꝓnepos: abnepos: antenepos: Vbi iſti gradus defecerũt: merito iá dicimus minores. Sicuti n. maiores dicimus poſt pr̃is: aui: ꝓaui: ataui uocabulũ: de maiorib' ſatis modo diſputauimus. De minoribus: cuius nois ratio eadẽ eſt: uno exẽplo ſatis ꝓbabitur: eoq; qa cũ Seruio expoſitore Virg. agimus Virgiliano ex primo ænei. Hũc lætũ tyriiſq; diẽ: Troiaq; ꝓfectis Eſſe uelis: nr̃oſq; huius meminiſſe minores: Quis nõ uidet Didonẽ locutá de parẽtibus qui tũc erát eorũq; filiis: natiſq; natorũ: & qui naſcent ab illis: Nõ autẽ de filiis antenepotũ: & deinceps qui illius diei meminiſſe non poterant: niſi id a Parentibus accepiſſet.

## Victus. Ca. cccclxxvi.

Victus uerbo Vulpiani inqt cõtinet qui eſui: potui: cultuiq; corporis: quæq; ad uiuendum homini neceſſaria ſunt: ueſtẽ quoq; uictus habere uicẽ Labeo ait. Cætera qbus uiuẽdi curádiq; corporis noſtriq; corporis grã utimur: ea appellatione ſignificat: Nec hoc qdem: aut ratio: aut uſus ꝓbauit. uictus a uiuẽdo uenit. At uiuere ſine ueſtitu cultuq; corporis: licet ut in æthiopia: ſine eſu potuq; nõ licet. Ideoq; ſemp diſtincta hæc duo reperimus: & ſemp addi alterũ: de ueſtitu loquor: qa alterũ qđ eſt uictus hoc eſt ſignificatũ nõ cõplectit: alioqn nõ diceret uictus & ueſtitus. Significat. n. uictus genus uitæ: quãtũ ad mores: ut quibus cũ qs uiuat: & a qbus inſtituatur: & qbus moribus. Ac neq; de penu iuriſcõſultis aſſentior multa: quæ ad uictũ non pertinent penu cedere uolentibus. Potior apud me breuis illa Cice. diffinitio erit in li. de natura de. Eſt enim omne quo neſciũt hoies penu.

## Inter pignus & hypothecá. Ca. cccclxxvii.

Inter pignus hypothecá tantũ nois ſonus differt: Hæc Martianus. Vulpianus uero proprie pignus dicimus qđ tráſit ad creditorẽ. Hypothecá aũt cũ nõ tráſit ꝓſſeſſio ad creditorẽ. Ego magis cũ Martiano ſentio. Iuſtinia. uero cũ uulpiano in inſtitu. dicens: Ná pignoris appellatione eá ꝓprie cõtineri dicimus: quæ ſimul ẽt tradit creditori: maxime ſi mobilis ſit. At ea quæ ſine traditione nuda cõuẽtione tenent: ꝓprie hypothece appellatiõe cõtineri dicimus: Sed nõ eſſe hác differentiá: ex eo argumentatũ eſt: ꝙ alterum latinũ: alterum græcũ ſuæ deſeruiens linguæ. pignus autẽ non tantũ creditori datur: ſed inter pares ſecũ decertare mutuo offertur: & apud ſequeſtrũ deponitur. Vir. in buc. Ego hác uitulá ne forte recuſes: Bis uenit ad mulctrá: binos alit ubere fœtus Depono: tu dic mecũ quo pignore certes: Qui tñ ſenſus rariſſimus eſt. nam illo figurato crebrius utimur: ut apud eundem. Ipſe pater dextrá anchiſes haud multa moratus Dat iuueni: atq; animũ p̄ſenti pignore firmat quaſi di. ſecurũ fecit: ut qui dat pignus. A priore ſignificato dicimus pignero & oppignero: qđ eſt do aliqd arra boni: quá qdá arrá uocant: & repignero: qđ eſt recipio pignus ſoluto debito. propter hæc uerba qdá: quoꝝ eſt Priſcianus: exiſtimát pignus in hũc ſenſum & in aliũ ꝓximũ habere gtũm pigneris: in illũ: in quo ſignificamus filiũ & ꝑ abuſionẽ cõiũctiſſimas ſanguine pſonas habere gtũm pignoris. Vnde. n. oppignero: & repignero inqũt haberemus: niſi pignus pigneris faceret? Nõ inepta qdẽ rõ: ſed qd reſpõdebũt: ꝙ cũ habeamus fœnus fœnoris: facit tñ fœnero & fœneror. Idẽ Priſcia. ait antiquos dixiſſe & fœneris: nec tñ ut ei credamus exemplo probauit. Quid ꝙ ex frigus frigoris fit refrigero. Quid ꝙ ex tẽpus tẽporis fit tempero: ex littus littoris fit oblittero: ex penus penoris ut ſentio: fit penetro: addita t. quaſi ad locum penoris intro: Tam enim penus q̄ penetro breuis prima ſyllaba eſt: ac mihi quidem pro-

Ayuntamiento de Madrid

pria & uera pignoris ſignificatio eſſe ea:unde uerba deriuantur:uidetur. Nihil.n.illi alii ſignificato cum his uerbis & filii non alia:ut ſentio:ratione appellati ſunt pignora:niſi ꝙ pignus quoddam inter cõiuges ſunt:tũ uinculi:ne aliter forte diuortiũ fieret:tũ charitatis:cuius rei argumentum eſt ꝙ legimus ſæpe pignora filioꝝ:ut apud Suetonium in Tyberii uita:Cõmunis filii pignora & iterũ tam marium qui fœminarum pignora.

Ferruminatio. Ca.cccclxxviii.

FErruminatio Caſſius apud Paulũ ait per eandẽ materiã facit confuſionẽ:plũbarura nõ efficit. Idẽ ſentire uidetur Põpo.dicens:Si tuũ ſcyphũ alieno plũbo plũbaueris alieno argento ferruminaueris:nõ dubitaẽ ſcyphũ tuũ eſſe:& a te recte uendicari. Scyphũ enim argenteũ intellexit. Cũ his plæriq; nõ ſentiunt:quoꝝ eſt Plinius:qui li.x.ait:Nãq; ſurculo ſup bina oua impoſita:ac ferruminatio alui glutino ſubdita ceruice medio æqua utrinq; libra deportãt:alui ferruminatio dixit q̃ſi agglutinatio illa. Idẽ.xi. Et medulla ex eodem uideẽ in inuẽta rubens in ſenectute albeſcens:nõ niſi carnis ex oſſibus & cruribus iumẽtoꝝ aut canũ:quare fracta nõ ferruminatur:quaſi nõ glutinatur nec coaleſcit ac colligatur. Idem.xxxi. Garris Arabiæ oppido muros domoſq; maſſis ſalis faciunt aqua feruminãtes:q̃ſi glutinantes. Idẽ.xxxvi. Ea maxime cãq; fulto calcis ſine ferrumine ſuo cemẽta cõponẽtes:q̃ſi dicat glutine. Et ĩ eodẽ:Vitiũ ſulphuri cõcoctũ ferruminaẽ in lapides:q̃ſi glutinatur in lapides. Idem.xxxvii. Infeſtatur plurimis uitiis ſcabro ferrumine:maculoſa nube occulta aliqua uomica ꝑduro fragiliq; centro:quaſi glutino & commiſſura:ſiue iunctura:ſiue ligatura. Ergo ferruminatio nõ utiq; per eandẽ materiam facit confuſionem:ſed iterdũ quoq; per aliã plũbatura per ſolũ plũbum efficit confuſionem:ut ipſum indicat nomen:ſi hæc cõfuſio dicenda eſt.

Seruus. Ca.cccclxxix.

SEruus ut eſt apud Vanuleiũ tã ueterator q̃ nouicius dici põt:ſed ueteratorem non ſpatio ſeruiendi:ſed genere & cauſa eſſe æſtimandum Cælius ait. Nã qcũq; ex uenalicio nouicioꝝ emptus alicui miniſterio ꝓpoſitus ſit:ſtatim eũ ueteratoꝝ numero eſſe. Nouiciũ autẽ nõ tyrocinio animi:ſed conditione ſeruitutis intelligi:nec ad rẽ ꝑtinere latine ſciat necne:nec ob id ueteratorẽ ꝙ liberalibus ſtudiis eruditus ſit. Apud Vulpia ſic ſcribitur: Præcipiũt ædiles:ne ueterator pro nouitio teneat. Et hoc edictũ fallaciis uenditoꝝ occurrit: Vbiq;.n. curant ædiles ne emptores a uẽditoribus circũueniaẽ. Vt ecce pleriq; ſolẽt mãcipia:quæ nouitia nõ ſunt:q̃ſi nouicia diſtrahere:ad hoc ſcilicet:ut pluris uẽdãt. Preſumptũ eſt.n.ea mãcipia quæ rudia ſunt:& ſuppliciora eẽ & ad miniſteria aptiora & dociliora:& ad omne miniſteriũ abiliora. Trita uero & ueterana difficile eſt reformare:& ad ſuos mores formare. Quia igiẽ uenalicariis ſciunt facile decurri ad nouitioꝝ emptionẽ:iccirco interponũt ueteratores:ut pro nouiciis uẽdãt qd tã contrariũ q̃ hæ duæ iuriſcõſultoꝝ ſententiæ Quid magis abſurdũ:q̃ nõ dico inter eas nõ iudicaſſe:ſed eas aut ambas ſcripſiſſe:aut cõtrarias eſſe nõ uidiſſe. Et quãto plura in rebus & cõiectura dicunẽ eſſe debẽt.cũ in uerbis tot ſint:& tã manifeſte cõtraria. Ego ut inſtituto officio fungar:& inter hos duos ſentẽtiã ferã quando alterius diffinitio a me tolli non põt:potior mihi uideẽ Vulpiani opinio.& cũ cæteris ſuperioribus conuenire. Venalicarii mãgones dicuntur uenaliũ hominũ. Martialis:Milia pro puero centũue mango popoſcit.

In annos:quot annis. Ca.cccclxxx.

NIhil intereſſe Põpo.ad Vulpi.ſcribit utrũ in annos ſingulos:uel quot menſibus:an in ſingulos dies:uel quot diebus legereẽ:ipſe quoq; huic ſententiæ accedo:ꝓinde & ſi anni legenẽ tot aurei:idẽ erit dicendũ. Corrũpere eſt illud uulpiane atq; Põponi linguã latinã:nõ adiuuare. Quis unq̃ dixit:quot diebus.& nõ potius quottidie. Quis etiã quot mẽſibus:& nõ ſingulis menſibus:Cur etiã nõ addimus:quot horis:quot noctibus:quot luſtris. Quod ſiqs hoc modo loq̃tur:intelligemus qdẽ ex ipſa uerboꝝ ſerie qd uelit:tamen ut barbare locutũ reprehendamus & ne deinceps ita loquatur admonebimus. Nõ aũt formulã aliis loquẽdi trademus:ut uos facitis. Iabolenus melius:uiuit inq̃t Falerni ꝙ domi naſcetur quot annis:uel in ſingulos annos binos culeos hæres meus Titio dato. Quidã aduerbiũ hinc dicunt:quod eſt annuatim:ut Pli.lib.ii.dicens Herodoto teſte:qui tradit ſingula milia talentũ annuatim thuris penſitaſſe arabes regibus perſarum.

Inter turbam & rixam. Ca.cccclxxxi.

INter turbam & rixã teſtimonio Vulpiani rectiſſime Labeo ait multũ intereſſe:nãq; turbã multitudinis hominum eſſe perturbationem & cẽtum Rixam etiam duoꝝ. Videtur Vulpianus & Labeo ſentire turbam ſuapte natura ſignificare multitudinem. Ideoq; turbam in altero ſenſu eſſe perturbationem multitudinis. Ego uero potius primũ ac naturalem ſenſum eſſe pro perturbatione:qđ docet uerbũ ex ea ſignificatione ductũ turbo turbas:perturbo:deturbo diſturbo cõturbo:quæ nequaq̃ a d ſolã multitudinẽ referunẽ & turbo turbinis:& hõ turbidus q eſt iracũdus ẽt cõtra unũ:& multa turbida dicſitur. Ipſa quoq; græca origo τυρβη in hũc eũdẽ ſenſum. Cæterũ qa multitudo nõ fere uacat ꝑturbatione:& ipſam appellamꝰ turbã & colluuiẽ hoĩes uiles & cõtẽptos dicimus & fæcẽ & ſentinã:non ꝙ hoĩes ſint ſordes:fex:ſentina:ſed ꝙ ſordidã & abiectã uitã agãt. Terẽtius in Andria:Sed ſi tu denegaris ducere:culpã in te tibi omnem transferet:tũ illæ turbæ fient:inter quos hæ turbæ fient:Nẽpe inter Sinonẽ & Pamphilũ:in quem omnis culpa transferretur:ergo turba erit inter duos. Et idem in eadem ait. Dii noſtram fidem:

Ayuntamiento de Madrid

quid turbæ eſt apud forum: quid illic hominū litigatur. Ego non nego aliquando turbā inter mul-
tos: quemadmodū rixam non ſemper inter duos: cuius multa exempla ſunt etiam inter plures: ut
apud Liuium. Eo anno Romæ cū in ludos a ſabinorum iuuentute per laſciuiā ſcorta raperentur cō
curſu hominū rixa prope prœliū fuit. & non longe poſt: Cum conuerſus in partes eſſet: conſilium
inter curi u rixa ſedata eſt. Sed Teren. fortaſſe ideo adiecit quid hominū illic litigat: quia uerbū tur
bæ non ſatis ſignificationē erat perturbationem eſſe multoꝝ. Quanq̄ & illud turbæ nō minus pro
multitudine hominū accipi poteſt: q̄ pro perturbatione: cum ꝑſertim de perturbatione adiiciat qd
illic hominū litigat. Sed de uno loco non attinet diſputare ubi infinita ſuppeditāt. Dixi a turba fie-
ri turbo cuius genitiuus grāmatici quidam uolunt eſſe pro ludicro illo inſtrumento turbonis: qd
uel ex hoc eſſe documentum eſt: ꝙ formam acumine faſtigiato uocamus turbinatā ad ſimilitudinē
ligni illius. Falluntur igitur ipſi grāmatici in turbo turbinis. quomodo in cardo cardonis: quod nec
ipſum inuenitur. Ignominioſa miſſio. Ca. ccccclxxxii.

IGnominioſa autem miſſio (ſi Iuliano credimus) totiens eſt quotiens is qui mittit: adii-
cit nominatim ignominiæ ſe cauſa mittere. Semper enim debet imperator addere cur
mittatur. Sed ſi eum exauctorauerit: inter infames efficit: licet nō addidiſſet ignominiæ
cauſa eum exauctorauiſſe Pace tamen Iuliani: exauctorare eſt ducem ab imperio ſuo di-
mittere: uel miſſum facere militem: illumq; donare miſſione militiæ plerunq;: ut apud Quint. in mi
lite mariano: Pater huic emeritis bello ſtipendiis: tum cum tota ſubnixum. Numida fregimus Iu-
gurtham: exauctoratas armis manus agræſti labore ſubegit. T. Linius ab urbe condita li. xxxv. Vo-
lonū quoq; exercitus qui uiuo Graccho ſumma fide ſtipēdia fecerat: uelut exauctoratus morte du
cis a ſignis diſceſſit. Et in. xxxix. Vbi hoc modo exauctoratū eqtē cū gratia iperatoris uiderūt ſe qſq;
excuſare & uicariū accipere. Et in. xlii. Vbi is ueniſſet: oēs milites exauctorati domū mitterent: ꝑter
qnq; milia ſociū his obtineri circa Ariminū ꝓuinciā ſatis eſſe. Idē li. xlv. Poſtero die cōcione aduoca
ta de rebus a ſe geſtis: & de iniuria tribuni bello alieno ſe illigantis ut ſuæ uictoriæ fructu ſe lauda-
ret: cū deſeruiſſet milites exauctoratos dimiſit. Depectus. Ca. ccccclxxxiii.

DEpectus ſi Vulpiano credimus: dr̄ turpiter pactus. Mihi autē pro ſimplici potius accipi
uidetur id qd̄ in multis fit: ut demiror: deambulo: deſumo: demōſtro: deoſculor: depin
go: depoſco: deuito: deguſto: demorot: depcor: demulceo: Quod ſi qn̄ reperiat̄ pro tur
piter: qd̄ nō memini reperiſſe me: id fit nō magis ui ꝓpoſitionis q̄ hoc uerbū cōponit̄ q̄
ui ipſius uerbi: qd̄ citra cōpoſitionē nōnunq̄ turpē pachonē ſignificat. Cice. in paradoxis: Si quot-
tidie fraudas: decipis: poſcis: paciſceris: aufers: eripis: Si ſocios ſpolias: erariū expila. Si teſtamenta
amicorū expectas: ac ne expectas qdē: atq; ipſe ſupponis. Hæc utrū abūdantis an ægētis ſigna ſunt.
Exēplū uero ꝙ depectus nō ſignificat turpiter pactus ſed tm̄ pactus apud Terē. in phor. Ita me be-
ne dii amēt: ut mihi liceat tādiu qd̄ amo frui: iā depaſci mortē cupio. Tale ē hoc terētianū illud qua
le illud Virgilianum: Vitamq; uoluit pro laude paciſci. Illud quoq; apud. M. Tul. ii. rhetho. Quidā
cum circunſideretur: neq; effugere ullo modo poſſet: depectus eſt cū hoſtibus ut arma & impedi-
mēta relinqueret: milites educeret. itaq; fecit armis & impedimentis amiſſis: ꝑter ſpem milites cō
ſeruauit. Nō eſt accipiendum pro turpiter pactus ab auctore eſſe poſitum. Quippe q̄ cauſam nar-
rat: de qua controuerſia eſt an ille turpiter pactus ſit: non autem factum hominis dānat. & aliquoti-
ens factū hoc paulopoſt pactionem uocat: & in libris ad Herrennium hāc eandem rem geſtam ita
exponit: ut quod erat ſui officii neq; accuſet: neq; excuſet ſed tantummodo pactum inter Pompiliū
& gallos ita fuiſſe ſignificet. Hanc controuerſiam ab accuſatore atq; ab reo declamandā proponat.
Gemmæ: lapilli. Ca. ccccclxxxiiii.

GEmmas lapilloſq; Vulpianus ſic diſtīguit: dicens: Gēme autē ſunt ꝑlucidæ materiæ: quæ
ut refert Sabinus ad Vitelliū. Seruius a lapillis eo diſtiuguebat: ꝙ gēmæ eſſent ꝑlucidæ
materiæ: uelut ſmaragdi: chriſoliti: amethyſti: lapilli contrariæ ſupioribus naturæ: ut ab
ſciani: neuentani. Margaritas autē nec gēmis nec lapillis contineri: ſatis conſtitiſſe idē Sabinus ait:
q̄a cōcha apud rubrū mare & creſcit & coaleſcit. Myrrhina autem uaſa in gēmis nō eſſe Caſſius ſcri
bit: Hoc falſum eſt pace horum quattuor iuriſconſultoꝝ: cū oēs auctores ꝓbant: quoꝝ Plinius titu
lū de gēmis non tranſlucētibus fecit: & myrrina in gēmis numerat & oēs lapides ꝓcioſos ꝑter mar
garitam noīe unio quod tantū latina lingua habet gēmas appellat: tū ipſa ratio. Nā quis non uidet
lapillus: quod generale eſt nomen omniū puoꝝ lapidū: ſed ſubintellectione ꝓcioſum idem eſſe qd̄
gemmula. Nam gemmas etiam accæpimus multoꝝ cubitoꝝ inueniri: quas ut lapides nō lapillos
appellare poſſumus: ita cum minutæ fuerunt lapillos appellare debemus. Quod ſi hi lapides tam
grandes tranſlucidi ſiue perlucidi non fuerint: quales ſunt imperfecti. Nunquid uocabimus eos la
pillos. Quid hoc ridiculum magis: Quod ſi etiam omnis lapis lucidus gemma eſt etiam pariū mar
mor: quod in modum uitri tranſlucidi eſt: gemma erit. Poſtremo reperimus eiuſdem coloris lapi
des quoſdam permixtim conſtare ex ꝑlucidis & non perlucidis: & ita permixtos natura ut nō poſ-
ſis partē appellare gēmā: partem lapillū. Curtius lib. viii. Cum dixiſſet gemmas margaritaſq; ma-
re littoribus infundit: paulopoſt de eiſdem indis ait. Lapilli ex aurib⁹ pendent profecto ꝑlucidi in-

Ayuntamiento de Madrid

telligendi ſunt. Et iterum lib. x. De rege indo pendebāt ex auribus inſignes candore ac magnitudine lapilli. Margaritā uero ſiue margaritum qs negare lapillum poſſit: quæ ſemp ē puſillus lapis. Ego quidē candidos illos lapillos ex indi regis auribus pendentes margaritas interp̄tor. Hora. cum inquit. Nec magis huic intra niueos uiridesq; lapillos: de margaritis & ſmaragdis intellexit. Margaritā aūt ſicut lapillis forſitan nego: ita gēmis fateor nō cōtineri quod fere omnes concedunt. Seruius tamē grāmaticus quaſi multi aliter ſentiūt: inquit ſane multi ſeparant gemmā a margarita: ut Cice. Nullam gēmam aut margaritā & gēmas uolunt dici diuerſi coloris. Margaritas uero albas uel gēmas integras margaritas pertuſas. Hæc ſeruii opinio ab oībus & ab ipſa ueritate diſſentit. Eſt enim margarita quæ in cōcha naſcitur. Et conchylium dicitur quam uulgo perlam appellant. Hæc ēt uocatur unio: ut idem Plinius ait: quia nunq̄ niſi indiſtincta repiatur: eſtq; generis maſculini. Nam fœminini illud: quo nunc pro nuanimitate utuntur nec auctoritate nititur. Neſcio enim apud quē reperiatur: nec arte: cum deberet eſſe maſculini potius generis: ut talio: ſtellio: curculio.

¶ Laurentii Vallenſis patricii romani commentariorum grammaticorum ſecundū linguæ latinæ elegantiam libri ultimi finis.

¶ Laurentii Vallenſis ad Ioannem Tortellium aretinum cubicularium apoſtolicum de reciprocatione ſui & ſuus.

Ingularis tua Ioānes Tortelle tum erga me beniuolētia de meis q̄tulæcūq; ſunt litteris opinio: hiſq; p̄cipue q̄ ad eloquentiā ſpectant: facit ut qcqd de elegantia linguæ latinæ: qui primus ad eloquētiā gradus eſt amoto: id oē ad te potiſſimū ſcribā cum p̄ſertim nihil eius generis tā exiguū proficiſcatur a me quod nō tuo iudicio: ne dicā amori: magnū eſſe uideat. Nō repudiabis igit hoc tanq̄ exiguū quod de p̄nomine ſui cū eius deriuatiuo annotaui uelut appēdicem quæſtiōis illius ubi quæ ſunt huic cū genitiuis primæ ac ſecundæ perſonæ cōmunia: quemadmodum ſcis diſſeruimus. Nam illic quæ trium oīum: hic uero quæ unius tantū propria ſunt: explicātur: eatenus prorſus quatenus prorſus: quatenus pertinet ad reciprocationem. Huic dicat aliquis pexigua pexiliſq; materia: nec ſatis ſcribi digna. Iſti ego inuitādus eſt. n. in pricipio maxime cōtemptus opis. affirmo nō talem ſibi introgreſſo eam uiſum iri: ſed magnā profundā ſinuoſam ſimilem: quæ labyrintho cuidā etiā ſi minotaurus nō ineſſet: ut uere liceat Virgiliano uerſu dicere. Hic labor ille domus & inexplicabilis horror. Vbi ut nō pleriq; falleremur: nō mō plæbei: ſed etiā principes in dicēdo ac Teſeo pates: q̄ filio illo Ariadnes aut nō utimur aut abutimur. Neq; de noſtra tātum memoria: uerū de aliquot iā proximis ſæculis loquor in quibus uix quiſpiā uitio hoc nō laborauit: uel utendi iſto pronomine: cum nō oportet: uel nō utendi cū oportet. At q̄ſitato: q̄ neceſſario quantæ etiā dignitatis uocabulo. Etenim ut ſuperſedeā de genere hoc toto dicere: quantū grāmaticis dialecticis: philoſophis utiq; in his quæ metaphyſica uocāt q̄tū theologis: iuriſpitis: oratoribus: quantū deniq; omnibus ſermone utentibus conducit re℞ uerborumq; iterpratatio: quod propriū eſt elegātiæ certe hoc: cuius uim: iuſq; interpretamur: tantifaciendū eſt inter cætera uocabula quāti Plutō inter reliqua numina trium maximo℞ deorum: & unus & frater tertius. Rides uiciſſim cōparationis hyperbolem. Tu uero uel per me licet rideas: tecū una etiam riſurum: cū inqt Hora. Ridentem dicēte dicere uerū nil uitat. Rideas inq̄: non derideas. Nam & propius ad ueritatē accedet mea ſuperlatio ridicula q̄ tua cū detractione deriſio. nec nihil bella nec iuconcinna: nec inepta ſane cōparatio erit. Siquidē quēadmodū tres filii Saturni: ſi uetuſtati credimus: omnia iter ſe diuiſere: ut iupiter cælū. Neptūnus maria Plutō inferos ſortiret. ita tria pronomina & inter ſe germana: & inter cæteras uoces primaria: tum omnem perſonarum numerum complectūtur. Ego ſimile ioui: cuius prima eſt dignitas: tu ſimile Neptuno: cuius ſecunda: ſui ſimile Plutoni: cuius tertia: tum omnia per totidē deriuatiua cuiuſq; ſingula ſibi uendicant. am quNid eſt q̄ non meum: aut tuum: aut ſuum dici queat: & licet ſui non contineat tertiam omnino perſonarum: tamen illius ueluti fons eſt: perq; ipm ea tota nuncupatur: ditius nimirum ac locupletius utroq; aliorum: quoniam plures uoces poſſidet tertia perſona q̄ reliquæ: & hinc quoq; Plutoni comparandum: qui Diis a diuitiis: & eadē cauſa græce Pluton appellatur. Eo quidem magis: q̄ ſicut Pluton defectum lucis ſentit: eiuſq; imperiū omne ex alieno pendet orbe: q̄ hinc illuc animæ deſcendunt ſine quibus non exiſteret illius regnum ita ſui & defectum nominatim habet: & niſi regimen eius aliud dependeat: nequid ſubſiſtere: & quod ad rem maxime facit: quemadmodum Plutone preſide bene maleq; factorum iudicia exercentur: ſic in uſu dictionis eius bene maleq; loquentes p̄cipue iudicantur: ut qui ex hoc iudicio abſoluti diſceſſerint: hi optimo iure tanq̄ ad elyſium eant: cumq; Virgiliano Anchiſa dicant: Quiſq; ſuos patimur manes: exinde per amplum Mittimur elyſium: & pauci læta arua tenemus. Quare ſi pronomē iſtud tāto deo comparari poteſt: cur eius tractatio perexigua perq; exilis exiſtimetur: Libuit iocari Ioannes: dum noſtram mareriam: munus uidelicet in te meum non eſſet tantopere contēnendu; oſtendere uolumus ſed idipſa tractatio planum faciet: meq; nō modo potuiſſe illam labirynthō cōparare: ſed fortaſſis etiam intus minotaurum: ideſt deſperationem habenti. De cuius natura & uſu cum alii ueteres grammatici nonnulla: tum Priſc. cui inter hos fere tribuitur palma: permulta pre-

Ayuntamiento de Madrid

cipiti: & haud ſcio an ulla de uoce diligentius: ut mirer ſic lapſam loquẽdi cõſuetudinem defluxiſſe de uia. Nos cuius erroris cauſas ut aberrantes reducamus: in uiam quo ad falcultas feret aperire: & ſiqua præterea tradi potuerint: forte diligentius tradere conabimur.

In quo diſtent ſui & ſuus inter nos & græcos. Ca. ccccLxxxv.

PRincipio quoniam Priſci. plæraq; ad græcã figuram reuocat. & hoc inprimis ꝓnomen quo de agimus iudicandum eſt multa eſſe cũ alibi. tum uero hic inter nos græcoſq; diſſimilia. Primũ apud illos ſui. i. nõ frequẽti ſane in uſu. & ſuus. i. in minus frequenti eſſe. apud nos uero q̃ frequẽtiſſima & ꝗ̃ uſitatiſſima. Deinde ꝓ his duobus apud eoſdẽ aliud ꝓnomen. i. uſurpari quod ꝓprie eſt ipſius: ipſi ipſum ipſo. uel ex utroq; cõpoſitum . & licet nonnihil differant. tamẽ crebro illud pro hoc poni ut uix ſcias qd iter ipla iterſit. Neq; me fugit ad ſigãdã differentiã illud aſpirari ſolere: cũ pro hoc ponit̃: ſed neſcio an omnes id ſcriptores obſeruarint: Certe nec oẽs editiones ſeruatum habent: & quæ habent uix ubiq;: & ſi ubiq; haberent: non tamen in totũ linguæ latinæ reſponderet. Præterea hoc ipſum cõpoſitũ primæ & ſecundæ pſonæ accõmodari nõ ſulum tertiæ: ut apud nos ſi uerbum ſit e uerbo: abſurdiſſimũ attendite nobis ſibi: ſiue uobis ſibiipſis cũ tamẽ ſignificet uobiſipſis. Poſtremo apud Homerũ: & ſiq ſunt alii ſexcẽtis in locis repiri hoc eſt ſui ſibi ſe pro eius ei eũ eo: ſiue pro illius illi illũ illo. Cuius auctoritatẽ imitatũ noſtrũ iuenio neminẽ: ita & ſuam naturam interdum deſerit hoc ꝓnomẽ: & in locũ ſuũ aliud ſuccedere patitur: Quod nobis adeo denegatũ eſt: ut ſicuti mei & meus: tui & tuus: ita ſui & ſuus nequeãt alterꝝ pro altero poni. cum nõ latina ſit: ſed barbara oratio. ego amo amicũ mei uel tui: hic amat filiuꝫ ſui pro meum tuum ſuum: & hic me credit oĩa facere amore meo: odio tuo: iuidia ſua: pro mei tui: ſui quæ apud græcos non eſt differentia. Siqdem ut alibi probauimus: ſui ut mei tui noſtri ueſtri: paſſiue accipit̃. Suus uero ut meus tuus noſtrũ ueſtrũ: noſter ueſter poſſeſſiue uel actiue: quod Priſcianum ignoraſſe ob græcam forſitan imitationem: quam mirum tam uerũ eſt. Cum ergo tot ſint quibus a græca noſtra diſſentit oratio: non quid illi dixerint eſt intuendum ne in eundem in quem nõnulli: ſicut oſtendam errorem incidamus: ſed quid noſtri: quorum auctoritate utamur.

Non eſſe tria genera: ſed reciprocationem ſufficere. Ca. ccccxxxvi.

HAec ꝑfatus ad rẽ ipſam uenio. Eius tria Priſcia. genera facit: unum qđ uocat reciprocũ: cum hoc ꝓnomen in ſeipſum reflectit̃: ut Cato amat ſe. Alterum qnod uocat tranſitionẽ cum per deriuatiuũ eius loquimur: ut Cato amat ſuũ filium: ſiue Catonem amat ſuus filius. Tertium quod uocat trãſitionem: cum accedat alterum uerbũ: uel in primitiuo ſic. Cato præcatur me ut ſui filii miſerear. Sed optimum fuerit eius ad litterã ſubiicere uerba: eaq; aliq̃to longius repetita: quoniã non in unius tãtũ quæſtiõis uſum repetent̃: quæ hæc ſunt. Poſſeſſiua uero modis cõſtruunt̃ trib⁹: cũ uerba uel a poſſeſſore in poſſeſſionẽ: uel a poſſeſſione in poſſeſſorem: uel extrinſecus trãſferunt̃. A poſſeſſore in poſſeſſionẽ: ut doceo meũ filiũ: doces tuũ diſcipulum: docet ille ſuũ auditorẽ. A poſſeſſione uero in poſſeſſorem paret mihi meus filius: paret tibi tuus cliẽs: paret illi ſuus ſeruus. Extrinſecus: ut doces tu uel ille meum filium. doceo ego uel tu ſuũ illius filiũ. Sed melius hoc per trãſitionẽ. ut rogat ille ut doceã ſuũ filiũ. Cum ſit enim relatiuũ exigit ut prius cognoſcatur pſona poſſeſſoris ſui ad quam referat̃. Et ſciendum ꝙ omnia poſſeſſiua poſſeſſoris qdem perſonam ſecundũ primitiuum ſignificãt. Poſſeſſio uero ipſa tertiæ eſt pſonæ: ut meus: tuus: ſuus: quo modo & noĩa qbus cõiſigunt̃: ut meus pater: tuus filius: excepto. uocatiuo: qui ſolus in primæ perſonæ poſſeſſiuis inuenit̃: cũ ſecũdæ copulat̃ pſonæ: ut mi pater: o mea tu: o noſter Chremes. Oĩa tamen poſſeſſiua in genitiuos primitiuoꝝ etiam uerbis ſociata poſſunt reſolui: ut amicum meũ moneo: pro amicum mei. Et Euandrum filium Turnus interfecit: pro Euandri filiũ: & Daunius filius ab Aenea uictus eſt: pro Dauni filius. Hoc autem itereſt ꝙ uoce poſſeſſiui genus & caſus & numerus ipſius poſſeſſionis oſtenditur. & ſubſtantiua quidem uerba poſſeſſiuis cõiuncta ad poſſeſſores referunt̃. ut tuus filius ſum & meus pater es. & ſuus eſt illi⁹ ſeruus & aliquãto poſterius. Nos uero primitiuis qdem. i. ſui ſibi ſe a ſe uel per reciprocationẽ: ut ſui potior ſibi idulget: uel per trãſitionẽ utimur: ut hortat̃ me ille ut ſui potiar. rogat te ille ut ſibi indulgeas. Poſſeſſiuis uero cũ in illis fiat tranſitio: ut ſui ſerui miſeret̃ & ſuo ſeruo prodeſt & ſuum ſeruum diligit. Nec aliter tamẽ põt ſupra dictũ poſſeſſiuũ tertiæ pſonæ conſtrui cum aliis extrinſecus perſonis niſi per retrãſitionẽ: quomõ primitiuum eius. i. niſi prius a poſſeſſore eius ꝓficiſcatur in aliã uerbũ pſonã. & ſic ab illa rurſus ad poſſeſſionẽ tertiæ: ſicut ad ſe: ut rogat ille me ut ſuus ſeruus miniſtret mihi uel. tibi. precatur me ut ſui patris miſerear. petit te ut ſuo proſis filio. obſecrat Cicero Varronẽ ut ſuum erudiat natũ: Et notandum: cum a tertia in tertiam fit trãſitio pſonam: in dubium uenit poſſeſſio ad quam ptineat earum: ut rogat iſte illũ ne ſuo noceat filio. Ambiguũ cuius filio ſuo iſtius an illius. i. rogãtis: an eius qui rogat̃: qnomodo & apud græcos dubiũ ſit utrũ Platonis an Ariſtotelis ſuum. Non uideo qd opus fuerit hac diuiſione: cum & alia genera ſeu aliæ ſpẽs eſſe poſſint ut poſterius apparebit. neq; hæc ipſa ſatis inter ſe diſticta ſint. Quæ enim ſpecies hæc erit. Cato cupit me amicũ ſibi uel ſuũ Optat te coli a ſe & a ſuis.



Ayuntamiento de Madrid

Ait domum tuam ſe auctore extructam ſiue ſua pecunia:reliquam reipu. teſtimoniū meæ in ſe uo/
luntatis. Rex eſt domi ſuæ lætus ſua gloria:ſua quēq; delectát. Terra per ſe ſtat: & alia plura. Vt for/
taſſe ſicut expeditius ita ſatius fuerit hæc oia appellare reciprocationem. Quod ꝓpemodū Priſcia.
ipſe confitetur cū lōge poſt inquit. Nō aliter tamen hoc fit niſi prius a tertia ꝑſona uerbū aliquod:
ut diximus ꝓficiſcat̃ ad aliā extrinſecus perſonam. & ſic ab illa per retranſitionem ad eam recipro/
cetur aliud uerbum:ut rogat me ille ut ad ſe ueniam. petit te ut ſibi des. hortatur milites imperator
ut potiantur. Quapropter hoc tanquā generali uocabulo nō auſim dicere ſolo uti poſſumus.

Vnde dicta ſit reciprocatio. Ca. ccccłxxxvii.

QVod ex eo dictum eſt:ꝙ ſicut reciprocatur ſpiritus cum recipitur: & unda uiciſſim alue/
us littus. Et Euripus ad priſtinum ſubide curſum rediens reciprocus eſt: ita hæc ꝓnoīa
alterum primitiuum:alterum deriuatiuum ad id unde ꝓdierant:reuertunt̃:quod græ/
ci uocant. Priſcianuſq; interpretatur ſui paſſum: & ſui paſſionem
tum dure: tum minus apte:quia:ſui:ut diximus tantummodo paſſiue accipitur. Satis autē erat reci
procum & reciprocationem dixiſſe.

Quomodo ſolœciſmus admittatur in ſui & ſuus. Ca. cccclxxxviii.

EThac quidem quomodo ſit utendum:ex ſuperioribus liquet: quonam autē mō aliq̄ ea
abutátur:Priſcia. oſtendit inquiens. Tertiæ uero ꝑſonæ poſſeſſiuū ſine uoce altera ſigni/
ficante poſſeſſorem ſuum non poteſt adiūgi aliī perſonæ per ſe. Si enim dicam ſeruus ſu/
us miniſtrat mihi uel tibi: ſolœciſmū facio. Propemodum ipſe p̄ceptor hoc ꝓnoīe abu
ſus eſt. Nā ego dixiſſem ipſius: ut referat̃ ad poſſeſſiuū potius q̄ ſuū qđ referri uidet̃ ad uocē alterā:
qđ illic non ſentit:de quo latius poſtea. Sed cur de primitiui ſolœciſmo omiſit exēpla quæ res mul/
tum faciebat ad hoc uitiū deuitandū:ut ego dixi ſibi. Nō eſt ſibi curæ reſp. Tu fuiſti ſecū pro eo qđ
eſt ego dixi ei:nō eſt ei curæ reſpu. Tu fuiſti cū eo: An ꝙ temporibus eius in hoc nunq̄ aut uix unq̄
p̄cabat̃: Quippe cū hac quoq; tēpeſtate minus in ſui peccet̃:q̄ in ſuus:ſicut enim dtō & abltō poſt/
poſita p̄poſitiōe cū ꝓut exēplis docui: & nonnunq̄ forſitā gtō: ut feci amore ſui:uulgus: utitur ita
nō utit̃ actō ablatiuoq;. Quis. n. ſic loqtur:uidi ſe:pergo ad ſe:indigeo ſe: redeo a ſe. Profecto ꝙ ſciā
nullus. Vt ſi recte rōcinant̃:minor ſit eius ps:in qua peccat̃: utpote nō plane per duos cāus: Aut ue
ro in ſuus ꝑ oēs. Per ntūm:quale fuit Priſciāi exēplū: & in appoſito:ut hoc eſt opus ſuū: ꝑ obliquos
ut ego ſum amicus patris tui:tu non places filio ſuo:legiſti librum ſuum. pone hoc ad pedes ſuos:li
bris ſuis fruor in hortis ſuis cœnauimus:pro eius ſiue ipſius:ſiue illius. Quæ dici non latine ſiqua ra
tio ita reddi poteſt: ī primitiuo quidem: ꝙ cum inter hunc modum loquendi quem reformidant:
& illum quo utimur:nihil intereſt:palam eſt eos:ſemper enim falſa ſeipſa conuincit: ſua cōfeſſione
peccare. Vt nuper quædam græcarum litterarum ignarum:quem ꝙ negares præter loquendi con
ſuetudinem dicendum eſſe Ariſtoteles ita ſum percontatus: nonne Ariſtotelicos omnes dicunt.
Cumq; ille reſpondiſſet etiam ergo inq̄ ueſtro teſtimonio dici debet Ariſtoteles: non ariſtotiles:
ut fieri poſſet ariſtotelicus. In deriuatiua autem quod conſequens eſt: cum ſit hoc eiuſdem naturæ:
ꝙ illi tanq̄ genitori uel domino:uel duci non licet:id huic uel filio:uel militi non licere.

Prima cauſa cur ſui & ſuus abutimur pro eius: uel ipſius uel illius. Ca. cccclxxxix.

VErum hic quiſpiā neq; hac mea rōne cōtentus neq; Priſciano tradēti ſatis fidei hēns ager
nobiſcū auctoritatibus:opponetq; uergilianū illud. Tum breuirer Barcem nutricē affa/
ta Sichæi. Nāq; ſuam patria antiqua cinis ater habebat: Quod haud dubie illi ſimile eſt
ſeruus ſuus miniſtrat mihi:ſiue ſeruū ſuum uidi: & cætera quæ ꝓtuli pauloante pro omnes caſus ex/
empla. Vbi & ſi abeſt ad quod referat̃ ſuus:idē tamē ſubaudit̃. nemo. n. dicat ſuus:niſi de eo: cuius
habita ſit mētio:ut ſi rogāti ubi eſt Titus:reſpōdeas neſcio:ſeruus ſuus eſt hic:uel ſeruū ſuū uidi. In
quo ſi ſolœciſmus eſt: & in uerſu uergiliano ſit neceſſe eſt. Sin in hoc non erit: falſo ait Priſcia. in illo
eſſe. Quid igit̃ ad hoc dicemus:ſi Virgiliū dānamus tantū uirū: & poetarū latinoꝝ longe principē.
Quis ferat: & non eius auctoritatem qualibet rōne potiorem exiſtimet: Sin Priſcia. iam oīs huius
ars ſubuertat̃: nullamq; autem ſuperuacuam maximorū auctorum fuiſſe dicamus obſeruationem
oportet. Ego & ſi uideo Priſcianū:ſi modo aīaduerterit id diſſimulaſſe:tñ ipſe non diſſimulabo: aut
iam non diſſimulaui potius. Quippe qui ſupioribus exemplis ſimile eſſe cōfeſſus ſum:Sed uel poe/
ticam licentiā excuſandā reor:uel opis imperfectioneȝ. Etenim credere libet Virgil. cum talē quē
dam uerſum faceret. Nāq; ſuam patriā liquerat tellure ſepultam:impeditū prima ſyllaba uerbi lon/
ga mutaſſe formā dicendi:atq; ſoloeciſmum:ſi dictum fas eſt incidiſſe: An non illud huic ex ſupiori
libro: & ſi non ꝑſimile:tamen nō diſſimile prorſus eſt. Viuite fœlices q̄bus eſt fortuna pacta iā ſua. ſ.
eodē modo quo diceremus. Viuant fœlices q̄bus eſt fortuna peracta iam ſua:pro ueſtra poſitū eſt
ſua. Quod ſiqs dicat poſitū eſſe pro ꝓpria:recteq; hoc dici:ut id recte diceret̃. Viuite fœlices: q̄bus
eſt fortuna pacta iam ꝓpria:hic nihil dicat:cum ſuum etiā pro proprio acceptum naturā tertiæ ꝑſo/
næ non mutet:nemoq; ſic loquatur:eſt mihi aut eſt tibi uſus ſcribendi:cum tamen dicamus:eſt mi/
hi aut eſt tibi proprius ſcribendi mos. Nam illo huius eiuſdē poete uerſu Quiſq; ſuos patimur ma/
nes:non refert̃ id ſuos ad primam perſonam:quia ſic reſoluēda eſt oratio. Nos patimur manes:ſed

Ayuntamiento de Madrid

quiſq; noſtrum ſuos cuiuſmodi paſſim reperiuntur exēpla: ut cum in bibliotheca nos ad ſuū quiſq; ſtudium libros euoluerimus. nempe cum libros euoluerēmus: & ad ſuum qſq; ſtudium illos euol uerēt. Non eſt autem huic uirgiliano de quo diſputauimus: ouidianum illud ſimile. Reſpice Laer/ ten. Vt iam ſua lumina condas ubi nonnihil rationis eſt ꝙ utrunq; uerbum eidem ſeruit ſuppoſito. Hæc igitur Virgilii auctoritas: & ſiqua ſunt eiuſmodi apud alios loca quorum nōnulla poſterius at/ tingam prima extitit cauſa: ut iam cauſas enumerare incipiam uulgaris erroris.

Secunda cauſa. Ca.ccccxc.

ALtera ꝙ nonnullis in locis ſiue hominum: ſiue tēpoꝝ culpa libri corrupti ſunt ut apud Ciceronem in Salu. Quod ſi iſtius uita memoriam uicerit: aliam patres cōſcripti nō ex ora/ tione: ſed ex moribus ſuis ſpectare debetis. Quem locum niſi emendetur: non cōfidam me expoſiturum. At hi qui ſe exponere poſſe confidunt: ut in tota ſententia: ſic in uerbo ſuis: quid oratio poſcat non reſpiciunt. Nec ſolum cōmunis eſt huiuſcemodi menda libroꝝ: ſed etiā priuata in ſuis cuiuſq; codicibus. Nec aliunde factum eſt: utq; encleticam quidam præponant: quorum ſunt Ebrardus & alexander: niſi ꝙ Virgil. male legunt: ut in illo uerſu. Se ſatis ambobus teucriſq; ueni/ re latiniſq;.

Tertia cauſa. Ca.ccccxci.

ATq; hæ quidem cauſæ citra noſtrā forſitan culpā ſunt. Totidem autē quæ ſequūtur: no/ bis utiq; aſſignādæ ſunt: nōnihil ex duabus ſupioribus alimēti ſumētes. Prior quādo: nō præuidemus quo referatur hoc pronomē quadā ambiguitate decepti: ut apud Virgiliū En Priamus: ſunt hic etiā ſua præmia laudi. Et apud Qui. Itaq; accedā in pleriſq; Cic. atq; in his ero: quæ indubitata ſunt breuior. In quibuſdā paulum fortaſſe diſſentiā. Nam cum etiā in iudiciū meū oſtendero ſuū tamen legentibus relinquā: quaſi id ſuum de Cicerone dicatur: nō de legentibus Et alibi. Dum idem auctor cur Ciceronis exemplū contraxerit: inqt. Quæ quia erāt lōgiora: non ſuis uerbis expoſui. Suis accipere pleriq; pro Ciceronis accipiēdum ſit eo modo quo illud exponam al tercationem noſtram ſuo ordine ac ſuis uerbis: Idem quoq; in primitiuo contingit: ut apud eūdē. nā & de filio nihil aliud pdiderat miſera: niſi dies: nec iam timebat: ne ille quo fruebat mori poſſet Planctibus: lachrymiſq; pene īprobe dixerim parcius utebat. nec ſibi pmittebat dolor lugere ueni/ entem: nam id ſibi ad dolorem refertur: non ad matrem. Permulta ſunt huius generis exempla: in quibus errandi ambiguitas eſt cauſa. Ibi minime. qui non minus lubricus locus eſt: ex quadam rei ſimilitudine nobis labantibus: ut quia illud bene dicitur. Adoleſcens aſſidue a me increpat: obiur gatur: caſtigatur: hoc ſuis non placet: uideatur & hoc bene dici. Adoleſcētem aſſidue increpo obiur go: caſtigo hoc ſuis non placet: quod ipſarum ſtatim iudicio aurium probabile eſt: hoc autem ſecus & perinde ac ſi dicas. me īcrepare adoleſcētē aſſidue: obiurgare: caſtigare: ſuis nō placet. Niſi qs ue lit uerba hæc actiua paſſiue reſolui poſſe: & huius generis locū illū eſſe. Cicero: qui autē annus ei pri mus ab honoꝝ pfunctiōe aditū omniū cōceſſu ad ſummā auctoritatē dabat: is eius omnē ſpem atq; omnia uitæ cōſilia morte peruenit. Fuit hoc luctoſum ſuis acerbū. patriæ: graue bonis omnibus. Il/ lud tranſeo quod in neminē niſi ſtultū cadat: ut hoc non intelligat: quale eſt apud Quintilianū: Tu prima docuiſti ſibi non parcere: potius q̄ plus flere: ut ſubauditur illū ut tu prima docuiſti illum ſibi non parcere ſeu ſuis.

Quarta cauſa. Ca.ccccxcii.

POſterior quæ eadē quarta eſt cauſa: quod uidemus indifferēs eſſe an qs dicat oēs optāt: quod ſibi utile. eſt: an qđ ipſis ſiue eiis utile eſt. Ille reperit qđ ſuū eſt: ſiue quod ipſius eſt. Quiſq; uult quod ſibi uel quod ei ſiue ipſi expedit: pdeſt: cōducit: placet. Idq; apud ſum/ mos quoſq; ſcriptores. Cic. pro Marcello: Multi dubitāt qd optimū eſſet: multi qd ſibi expediret. Idē pro Ligario: Legatus in pace ꝑfectus in ꝓuincia pacatiſſima ita ſe geſſit: ut ei pacē eē expediret. Idē in philipicis: Dicit enim ſiquis eoꝝ qui prius ſe rogati eſſent: grauiorē ſentētiā dixiſſet in eam ſe iturum. Quintili. in milite mariano. Neq; ignorauit quæ manerent eum pericula. Dixi de is: dicam de ipſe: addamq; de ille. Ci. pro rabirio: Nec enim cuiq̄ eius cōſilium uehementius: q̄ ipſi diſplicet. Et in offi. iii. Vas factus eſt alter: ut ſi ille non reuertiſſet: moriendū eſſet ipſi. Et in eodē. Qui errāti comiti mōſtrat uiā: quaſi de ſuo lumine lumen accendit: facit ut nihilo minus ipſi luceat cū illi accē derit. Idē pro marcello. Eſt uero fortunatus cuius ex ſalute nō minor pœna ad omnes: q̄ ad illū uē/ tura ſit lætitia peruenerit. Quintilianus in pariete palmato: Quapropter nō petit ut illū miſerū pu/ tetis: niſi & innocens fuerit. Et in milite mariano: Affirmo tibi Cai Mari nō ſic nup repugnaſſet: ſi illū tribunus uoluiſſet occidere. Adiiciam unū de libris eccleſiaſticis exemplū: de qbus poſtea locu/ turus ſum. Iuſiurandum quod iurauit ad Abraam patrem noſtrū daturū ſe nobis: ut ſine timore de manu inimicoꝝ noſtroꝝ liberati ſeruiamus illi in ſanctitate & iuſtitia corā ipſo. Aliquādo uidere li/ cet: ubi deſideres eū ibi eſſe ſe: & rurſus ubi ſe: ibi eū. Cic. pro Ligario: Atq; hoc ꝑpterea de me dixi: ut mihi tubero: cū de ſe eadē dicerē: ignoſceret. Et per amphyboliā libro officioꝝ prio: Nā neglige re qd de ſe quiſq; ſentiat: nō ſolū arrogātis eſt: ſed etiam omnino diſſoluti. Nōne licebat hic dicere quid de eo quiſq;: ut in illo eiuſdem pro. L. Silla. Quid eſt huic ꝙ eum in hac uita teneatur? Quod melius eſt: q̄ ſi diceret: quid eſt huic quod ſe in hac uita teneat? E diuerſo alibi. Hic igit. T. Ligarius: tū nihil aliud egit: neq; enim hoc diuinabat: niſi ut tu cum ſtudioſum & bonū uirū iudicares: nunc a



Ayuntamiento de Madrid

te ſupplex fratris ſalutem petit. Vbi ego citius dixiſſem ſe: q̃ in illo eiuſdem ad Atticum. Sub queru
las litteras miſerat: ꝙ quædã a ſe conſtituta reſcinderẽ: quia nõ minus belle diceretur: ꝙ quædã ab
eo ſiue ab ipſo. Hanc eandem differentiam agnoſcas interuentu ꝑpoſitiõis: ſed magis in ipſe q̃ in is
Quintilianus in quinto inſtitutionũ: Nec exẽplũ libenter quod in ſe recidat: facit. Idẽ in. vi. Quanq̃
aliqui reperiunt: qui ne id quidẽ quod in ipſos recidere poſſit. euitẽt. Sæpe duo hæc cõiuncta repe
rias uel nullas uel aliqua interueniẽte præpoſitiõe: & præcipue inter: ut idẽ in decimo. Cũ ſit diuer/
ſa non cauſarũ modo inter ſeipſas conditio: ſed in ſingulis etiã partibus cauſæ: ſintq; alia leniter: alia
aſpere: alia concitate: alia remiſſe: alia docendi: alia mouẽdi gratia dicenda: quoꝝ omniũ diſſimilis
ac diuerſa inter ſe ratio eſt. Huius præpoſitionis & illa ꝓprietas eſt: ꝙ nõ nihil intereſt an ſe: an ipſo
utaris: cũ antecedit uel genitiuus: ut in ꝓximis exemplis: & in hoc Tulliano. Nec mihi ceteroꝝ iudi
cio uidetur ſolum: ſed etiam ipſorum iter ipſos cõceſſu ita tributũ fuiſſe uel datiuus ablatiuuſq;: ut
apud eũdem Quĩt. Circa quem inexplicabilis & grãmaticis inter ipſos & philoſophis pugna eſt. Et
iterũ: Nã in magnis quoq; auctoribus ĩcidũt aliqua uitioſa: & a doctis inter ipſos etiã mutuo repræ
henſa. Secus quotiens antecedit nominatiuus accuſatiuuſue: ut apud Ci. Vt enim pulchritudo cor/
poris apta cõpoſitiõe membroꝝ mouet oculos: & delectat hoc: ꝙ iter ſe omnes partes quodam le/
pore conſentiunt. Et iterũ: Damonẽ & pythiam pythagoreos ferunt hoc animo inter ſe fuiſſe. Vbi
ego non auſim dicere inter ipſas & inter ipſos. Nã illud ab hoc genere diuerſum eſt: q̃le apud Quin
ti. Nemo igitur dubitauerit longe eſſe optimũ genus antiquoꝝ: in quo ut eſt aliquid inter ipſos cõ
mune: id eſt iuditiũ aere terſumq;: ita ingenioꝝ plurimæ formæ. Hactenus exempla de ſui: nũc de
ſuus proferam. Cicero officioꝝ unde modo protuli exempla libro primo. In primiſq; uerſutũ & cal
lidum factum Solonis: qui quo tutior eius uita eſſet furere ſe ſimulauit. Et in eodẽ. Illa tamẽ ꝑſtare
debebit: quæ erũt in ipſius poteſtate. Rurſus in tertio: Agamẽnon cũ deuouiſſet Dianæ: qđ in ſuo
regno pulcherrimũ natũ eſſet. Et in eodem: Piſcatores ad ſe cõuocauit: & ab his petiuit: ut ante ſu/
os hortulos poſtridie piſcarent̃: inuſitatius in eodẽ. Quid dñs nauis: eripiet ne ſuum: Minime nõ
plus quã ſi nauigantẽ in alto eiicere de naui uelit: quia ſua ſit. Nec minus inuſitate pro. L. Sylla ſi mo
do ſyncera ſcriptura eſt Sylla ſi mõ ſyncera ſcriptura eſt Sylla ſi ſibi ſuus pudor & dignitas nõ ꝓdeſ/
ſet: nullum auxiliũ requiſiuit. Vtrunq; probat̃ ex altero: illic q̃dem licuiſſe dicere: quo tutior ſua ui/
ta & quæ erũt in ſua poteſtate. Hic autẽ ꝙ in ipſius regno: & ante ipſius hortulos: & quia eius illa ſit
& ſe eius ſuus pudor: cæterũ in his teſtimoniis duplicia fuere uerba. Quid ubi ſunt ſingula: Nẽpe
idẽ fieri uidet̃: nec differre utrũ dicas. Cepi colũbam cũ pullis ſuis: an cũ pullis eius. Inueni turturẽ
in nido ſuo an in nido eius. Expuli leonem ex antro eius an ex antro ſuo. Necaui lupã & catulos ſu/
os: an & catulos eius ſiue ipſius. Tuetur nos deus ꝓpter ſuã clementiã: an ꝓpter eius ipſiuſue clemẽ
tiam Ante domũ ſuã me iclamauit: aut ante domũ eius ipſiuſue: & ſimilia. Ego uero ita ſentio q̃do
interuenit copula nõ licere uti ſuus: qa tunc nulla intereſt reciprocatio. Ideoq; nõ catulos ſuos dicẽ
dũ: ſed eius in cæteris ſi ſubſtantiuũ pronominis reſpicit ad ſuppoſitũ: ſuus utiq; dicẽdũ. Sin ad ap
poſitũ ſæpius etiam dici ſiue ipſius: ſiue illius. Ad ſuppoſitum: ut tuet̃ nos deus propter ſuã clemen
tiam: nõ propter eius quẽadmodum dicimus: tuetur nos deus ſua bonitate: non eius bonitate. In
clamauit me ante domũ ſuã: nõ: ante ipſius: quẽadmodũ dicimus eiecit me domo ſua: nõ domo ip/
ſius ſiue eius. Ad appoſitum. Amamus deum ꝓpter bonitatẽ eius: Allocutus ſum hominẽ ante do
mum eius: libentius dixerim q̃ ſuã. Ita cepi colũbam cum pullis eius. Inueni turturẽ in nido eius. Ex
puli leonẽ ex antro eius. Nec tamen ratio obſtat: quin & ſuo dicat̃: ac ne auctoritas quidem Cic. de
rep. libro ſexto: Itaq; illũ de ſuo regno: ille me de noſtra repu. ꝓcõtatus eſt. Ter. in adelphis: Suo
ſibi hũc gladio iugulo. Niſi ſi quod addatur appoſito adiectiuũ uerbũue: ad quod feri reciprocatio
debeat: quod genus eſt. Inueni leonem iratũ ac ſæuiorẽ ob amiſſam prædã ſuam: Video columbam
triſtem in periculo populoꝝ ſuoꝝ. Noſti illum minus ſuo q̃ ſuoꝝ caſu perterritum. Sentio hominẽ
ambulantem per domum ſuam: non per domum eius. Item ſcio illum dolere fortunam ſuam: & in
primitiuo quoq;. Opinor hunc cognoſcere contemptum ſui. Illud tranſeo neminem poſſe errare:
quando ſuus eſt ſubſtantiuũ: ut eius: aut ipſius: aut illius utatur: ut comperi illum cum ſuis: ſiue in/
ter ſuos. Quinetiam uix erratur quando accipitur pro proprio: ut de hac re dixi loco ſuo non ipſi/
us Et referam hæc omnia ſuis locis ac temporibus: non eorum.

Cauſæ cur eius: ipſius: illius abutamur pro ſuis. Ca. cccclxxxxiii.

ATq; ex his quidẽ quæ cõmemoraui non mõ factũ eſt. ut multi pro eius: ſiue ipſius: ſiue il
lius uterent̃ ſuus: uerũ etiam e contrario pro hoc illius abuterentur: de quo ſolœciſmo
nulla; fecit Priſci. mentionem: qualia ſunt mea proxima exempla: ut uideo columbam
triſtem in periculo pullorum eius. Vel colũba luget pullos eius & quale Donati grãmatici: ut grã/
maticos potiſſimũ ſuæ artis admoneam: ſi modo Donati grammatici libellus eſt de uita Virgilii: in
quo quoq; alterius generis uitia deprehendas. Ait enim loquens de Virgilio: Voluit etiã eius oſſa
Neapolim tranſferri: ubi diu & ſuauiſſime uixerat. Ac paulopoſt: Tranſlata igitur iuſſu Auguſti
eius oſſa pro ut ſtatuerat Neapolim fuere ſepulta uia puetolana intra lapidem ſecũdum: ſuoque ſe
pulchro id diſtichon quod fecerat: in ſcriptum eſt: Et iterũ: Item rogauit quo pacto quis altam fœ/

Ayuntamiento de Madrid

licem que eius fortunam ſeruare poteſt Superius uero. Quod cum magiſter ſtabuli Auguſto reci/
taſſet.duplicari ſibi in mercedē panes iuſſit.Et alibi: Aliquotiens ſibi uel ſuo pro eius & eius pro ſuo
uel ſibi. Verū eſt græca quoq; figura nō minimū cauſæ acceſſit huic errori id qđ me pollicitus ſum
oſtenſurū Nam cū pro uino αυτου liceat dicere tum ſuus:tum eius:tum ipſius tum illius:nō tamē
quodlibet ſemper tardus aut indiligens interpres:quādo hoc illud cōpetat nō deſpicit.Quo uitio
ne interpretationes quidē eccleſiaſticoꝝ libroꝝ omnes uacant:quoꝝ quottidiana lectitatio ita nos
decipit ut ipſos interp̄tes decepit lingua peregrina:ſed nos indigni rep̄hēſiōe qui maioribus credi
mus:illi uero digni maioribus ſuis credere uoluerūt:Quo magis ex his p̄cipue uitioſa a me ſunt ex
empla ꝓferenda:ut errorem noſtrū ubi fontē eius agnouerimus :deuitemus.Cum tamen ex hoc
contumelia:nec ulla fiat libris eccleſiaſticis hebræa tantū aut græca ligua loquētibus neſcio an ho/
nor potius habeat:nec magna eorum traductoribus:ſi modo dignitatis hoꝝ rō adhibenda eſt.qui
uel incerti ſunt uel ignoti:uel inter ſe diſſidentes.Hoc mihi diſſimulādū nō fuit.uel ob id ne qs uel
mihi iſtorum obiiceret auctoritatem.In pſalmis igit̄ quos Hieronymus certe nō tranſtulit ubi plæ
raq; huiuſcemodi recte tranſlata ſunt:illud nō recte a gloria eorum expulſi ſunt:pro a gloria ſua.Et
iterū: Qui exacuerūt ut gladiū linguas eoꝝ:pro linguas ſuas. Et iterū: Saturati ſunt filiis: & dimiſe/
runt reliqas paruulis eoꝝ:pro ſuis:Et iterū.Perierūt ꝓpter iniqtatē eoꝝ:pro ſuā. Neq; abnuerim in
qbuſdam codicibus recte legi ſua:ſuas:ſuis:ſuam.Sed ego rem:non hoīem noto:Necnon ibi:Et ab
ſtulit ſicut oues populum eius:quod melius legitur ſuum. Sicut ibi quoq;: Sicut locutus eſt per os
ſanctorum qui a ſeculo ſunt ꝓphetarum eius.Alibi melius per os ſanctorū ꝓphetarum ſuorum:qui
a ſæculo ſunt. In his omnibus græce eſt gtūs            ille pluralis:hic ſingularis
aliquando & ſi eius:ſiue ipſius:ſiue illius tolerari poteſt: tamen latinius eſt ſuus: ut in eiuſdem pſal/
mis: Neq; deſcendit cum eo gloria eius:pro ſua:tametſi aliqui nō legūt eius.Et iterū Deſideriū cor
dis eius dediſti ei. & uoluntate labioꝝ eius non fraudaſti eū:pro ſui & ſuis. Et iterū. Brachiū eorum
non ſaluabit eos:pro ſuum. Et iterum: Benedicite domino omnes angeli eius: Benedicite domino
omnes uirtutes eius. Benedicite oīa opa eius pro ſui ſuæ ſua:quale eſt illud in apocalypſi.Opera.n.
illorū ſequnt̄ illos:quod citius dixiſſem: opa enim ſua. Huius tamen generis non eſt: ſi interueuit
uerbum ad hunc modnm: Quod pater non amauit te:ſiue patrem nō amaſſe te ꝓbat ipſius teſtamē
tum potiuſq̄ ſuum:ut eſt apud Quintilianum libro primo. Quomō & ipm & Virgi. quoq; ſcripſiſſe
manus eorum docent. Nam in illo apud pſal. Omnia a te expectant: ut des illis cibum in tempore
dare illis colligēt:illis pro ſibi poſitum eſt:De ſecundo illis magis loquor:qđ ſibi quoq; tranſlatum
inuenio:ſuo autē pro eius.quod ſuperioris generis uitiū eſt illic. Ad nihilū deductus eſt in cōſpectu
tuo malignus. Et iterum: Si aūt dereliquerunt filii ſui legem meā: quanq̄ lego in qbuſdā editioni/
bus utrobiq; eius. Et iterū: Anima autem mea exultabit in domino: & delectabit̄ ſuper ſalutari ſuo.
Nam id ſuo ad dominum refertur:nō ad animam αυτου. At tibi neſcias an uarietate gauiſus inter
pres ſit:an cōſilio mutauerit. Quoniā ſecūdū altitudineꝫ cæli a terra corroborauerit miſericordiam
ſuā ſup timētes ſe. Quomodo miſeret̄ pater filiorū:miſertus eſt dominus timētibus ſe. Et in eodē
pſalmo paulopoſt; Miſericordia domini ab æterno & uſq; in æternum ſup timentes eum: & iuſtitia
illius ſup filios filiorum his qui ſeruant teſtamentum eius: & memores ſunt mandatorū ipſius: pro
his quinq; noſtris ſuā:ſe:eius:illius:ipſius:unum eſt ꝓnomen græce            idē:quod
mō dixi:quod nunc aſpiret̄:necne:non attinet dicere:ut taceam raris in codicibus pſalmorum re/
periri hanc diligentiam. Nam cæterorum eccleſiaſticorum librorum nullis adhuc reperiri: nec eā
iudicio meo ſatis exactam. Vter tamen ſermo melior ſuper timentes ſe:an ſuper timentes eum: Lu/
cius duntaxat gratia ſuper timentes eum uel ipſius interprætis teſtimonio: qui priorem quodam/
modo poſteriore correxit:niſi uarietatis id gratia feciſſet. Huius generis quoq; locus eſt: Stabunt
iuſti in magna conſtantia aduerſus eos qui ſe anguſtiauerunt. Quod ſi dixiſſet aduerſus eos qui ip/
ſos anguſtiauerunt obſcuritatem deuitaſſet. Vt taceam ꝙ magis aduerbium etiam tranſtuliſſet.

## Quomodo uitetur amphibologia. Ca.cccexciiii.

ENimuero deriuatur obſcuritas hæc amphibolyæ per aliquot fere triū ꝓnoīum:is:ipſe:il
le q̄ cū aliis du obus ſui & ſuus:mō pugnāt:mō conueniūt ritu troianoꝝ puerorū: ut eſt
apud Virgiliū. Et nunc terga fuga nudant:nūc ſpicula uertunt Infenſi facta pariter nunc
pace feruntur. Mutauit modo ſe in ipſos:mutabo alio exemplo in eos:ut fecit interpres ſuperius in
pſalmis:ſi tamen mutaſſe dicēdū eſt. Cicero in Bruto: Is ſoceri inſtituto: quē qa cooptatus in augu
rū collegiū non erat:non admodū diligebat. Præſertim cū ille Quintū Scæuolā ſibi miorē natu ge/
nerū ꝓtuliſſet. Nā id ſibi (ut Quitiliani uerbis utar) q. eum notat: & ad ſocerum referri & ad Fanni/
um pōt. At ſi dixiſſet ei: de Fannio antique locutus intelligeret̄: aut ſi ipſi: aut ſi illi: Sic pſertim cum
his Quintum Scæuolam illi. Et ego quidem deuitare doceam amphyboliam. At Priſcia. cuius hoc
erat officium cum eam notat: non modo id non facit: uerum etiam in ipſum incidit paulopoſt: dū
ait. Vel cū tranſitū facit in aliquos ſibi cōiunctos:ut ille miſeret̄ eorum qui ſecum uiuunt: uel ſibi pa
rentum uel ſecum degentium: dat ſibi fauentibus: incuſat ſecū certantes: & inuidet ſe indigētibus
Nā id ſibi & id cū tā pluralis ſit numeri: q̄ ſingularis quo refert̄ ambiguū eſt. Sed hæc amphybolia

in primitiuo eſt:illa quã ipſe notat:in deriuatiuo.Rogat iſte illum ne ſuo noceat filio.Quaſi uero nĩhil ad rem faceret illud de Cicerone & Varrone aliud ambigui protulit exemplum.

Suus eſt illius ſeruus & ſimilia male dici. Ca.ccccxcv.

IN quo etiã exponendo ꝙ in illo non feciſſet errauit ut ad aliã quæſtionẽ tranſeamus.Errauit.n.ingens ambiguũ:cuius filio ſuo iſtius an illius:Cuiuſmodi eſt qđ ſuperius dixit.Doceo ego uel tu ſuũ illius ſeruũ:& iteꝝ:Suus eſt illius ſeruus:& iterũ:Suus illius:iſtius ipſius hoĩs:Inq; alia lõge poſt materia.niſi ſubſtãtiuis uel uocatiuis uerbis adiungat̃:ſicut & noĩa meus es filius:meus uocat̃ ſeruus:tuus noĩor parẽs:tuus eſt pater:ſuus illius ſum filius:ſuus illius es filius:ſuus illius ẽ filius.Et aliqñ poſt nõ ſemel:quæ uerba mox ſubiũgã:quoꝝ Priſciani exẽploꝝ unũ eſt:ſuus Verg.uerſus ſimile illi:utrũ Platonis:an Ariſtotelis ſuũ:qđ ſermonis genus quãtum memini:nuſq̃ inueni.Eoq; mallẽ aliena promiſiſſet exẽpla is qui hoc tradit:q̃ ſua finxiſſet Ad hoc probandum ea quoq; facient:quæ de coniuncta huic materia diſputabimus.

Quod neq; diſcretionis:neq; abũdantiæ cauſa poſſit addi ſuus. Ca.ccccxcvi.

NAm uerba quæ mõ promiſi me ſubiũcturũ:utriq; atq; adeo multiplici quæſtioni ſeruiẽt & iccirco prolixius recitent̃:quæ hæc ſunt.Diſcretionis quoq; cauſa uel abundãtiæ ſolæ cum genitiuo poſſeſſoris addi nominatiuus poſſeſſiui:ut ſuus eſt Homeri mos.Intelligitur enim non alterius & ſuus Ciceronis filius hæres eſt patris cõſtitutus.Suus dicitur ad diſcretionem illius:qui ſecundum leges non eſt ſuus.i.ſub poteſtate patris legitimi homo eſt.Quod autem ſuus pro uniuſcuiuſq; proprio accipitur uſus confirmat.Virgi.geor.primo:Molles ſua thura ſabæi.Teren.in phor.Quot homines:tot ſententiæ.Suus cuiq; mos eſt.Si autem in poſſeſſionẽ fit a poſſeſſore trãſitio:obliquis poſſeſſiui utimur:ut Cice.Miſeret̃ filii ſui p̃bet filio ſuo.Si extrinſecus fit tranſitio in poſſeſſionẽ tertiæ ꝑſonæ:ſufficit gtõ uti ipſius poſſeſſoris miſereor filio Ciceronis:dono filio Ciceronis accuſo filiũ Ciceronis:licet tñ etiã addere poſſeſſiui caſus cõſequentes:uel diſcretionis cauſa uel abũdãtiæ:ut egeo ingenii ſui Cice.Benedico ingenio ſuo Cice.& ſimilia.Illud quoq; ſciendũ ꝙ cũ in aliis poſſeſſiuis oĩbus liceat primitiui gtõ pro oĩ eoꝝ uti caſu qđ oſtẽdimus in hoc quoq; poſſeſſiuo ꝓnoĩe tertiæ ꝑſonæ:quõ in aliis tũc utimur:cũ ipſe poſſeſſor aliqd agat in poſſeſſionẽ ſuã:& cũ in aliã tranſitũ oſtendat̃ facere pro ſua poſſeſſione:ut amat ille ſuum filiũ:& amat ſui filiũ:benedicit ſuo filio:& benedicit ſui filio:ſi tamẽ poſſeſſio in poſſeſſorẽ faciat trãſitionẽ:nõ eſt congruũ uti primitiui gtõ pro poſſeſſiuo:quia uim habet cõpoſiti græci:ut Ciceroni redit ſuus filius:non ſatis cõmode pro hoc dicit̃ Ciceroni redit ſuus filius pro ſuus filius & ſimilia:qa ſic hæc apud græcos bene dicit̃ κικερωνα φιλετοεαυτου υιοσ:niſi ſi more attico pro ſimplici accipiat̃.Et ſciendũ ꝙ quia primitiuũ eius tã ſingulare q̃ plurale eſt:licet in poſſeſſiuo & unum & plures poſſeſſores intelligere pro ſignificatione genitiui ad poſſeſſorẽ ꝑtinentis:ut ſuus illius & ſuus illoꝝ.nec mirũ ſi per retrãſitionẽ romani utunt̃ his ꝓnominibus.i.ſui:ſibi:ſe a ſe:& eius poſſeſſiuo ut oſtẽdimus:necnõ ſi ad cõiunctionẽ ſui ad alias etiã ꝑſonas aliqd agat:ut ille uocat me ad ſe:ducit te ſecũ:trahit oĩa in ſe:uel cũ tranſitũ facit in aliquos ſibi cõiũctos:ut ille miſeret̃ eoꝝ qui ſecũ uiuunt:uel ſibi parentiũ ſecum degentium:dat ſibi fauentibus:incuſat ſecum certantes:& inuidet ſe indigentibus.Et uident̃ hæc oĩa poſſeſſiuoꝝ uim habere & ſimilia:nec incongrue huiuſcemodi conſtructionẽ habuiſſe:cũ attici quoq; ſoleant huiuſcemodi cõpoſitis conſtructionibus Xenophõ οπτο πηνιμ ουεματτε primo λλοσ ηκρ ατλαωυ:Quod autẽ etiã gtõ & dtõ qui loco genitiui poſſeſſoris bene additur etiã poſſeſſiuũ:ut ſupra diximus nõ ſolũ noſtroꝝ:ſed etiã atticoꝝ uſus comprobat.Virg.in Bu.Et me phœbus amat:Phœbo ſua ſemper apud me Munera ſunt lauri:& ſuaue rubens hyacintus.Ter.in adel.ſuo ſibi hũc gladio iugulo.Plato in timæo

Et quod mirũ eſt:hoc ipm etiã

prime & ſecũdæ adiũgit̃ ꝑſonæ apud illos pio quo

nos dicimus meũ ꝓpriũ:& tũ ꝓpriũ:Dicit̃ tñ & ſuũ ꝓpriũ illius:nõ putet̃ abũdare ſuũ:ſed indubitabilem diſcretionẽ ſignificare.Illud quoq; notandũ:ꝙ tertiæ ꝑſone poſſeſſiuũ ad inumerabiles (ut diximus) refertur ꝑſonas.qppe cũ ad oĩa tertiæ ꝑſonæ ꝓnoĩa:& ad oĩa noĩa & ꝑticipia põt referri:ut ſuus illius:ſuus iſtius:ipſius:huius:eius:ſuus.Virgilii uerſus:ſua diſcentis diligẽtiæ.Prime aũt ꝑſonæ poſſeſſiua & ſecũdæ nõ egent per ſe ꝓlata adiũctione alicuius gtĩ:cũ uim gtĩ finiti in ſe habeat:quomodo nec ſuus eget genitiuo ſui primitiui:quẽ in ſe poſſidet:ſed extriſecus alterius uocis ꝓpter multitudinẽ tertiarũ ꝑſonarũ.Præter rẽ fuerit hoc notare:ꝙ ait multas atq; adeo inumerabiles ꝑſonas tertias:cũ tãtũ una ſit:ſed huius ꝑſone inumerabiles uoces.Primũ aliud ẽ ſuus illi⁹ filius:& cætera:aliud ſuus eſt Homeri uel Homero mos:& ſuus cuiq; mos:& apud Catullũ Suus cuiq; innatus eſt error:quia hic accipitur ſuus pro ꝓprius:illic minime.Deinde nulla illis reciprocatio quæ hic eſt:qppe intercedẽte uerbo inter ſuus & gtũm datiuũue:ſic Homeri uel Homero eſt mos:ſuus:ſiue mos ſuus eſt Homero.Cuiq; eſt mos ſuus:ſiue mos ſuus eſt Cuiq; eſt innatus ſuus error ſiue ſu⁹ errorẽ ẽ inatus cuiq;.Phœbo ſunt ſemp lauri ſua munera apud me:de quo genere cõſtruẽdi poſterius qd ſentiã:apparebit.Nã illud exemplũ:India mittit ebur:molles ſua thura ſabæi inutile exemplum eſt in quo non accipitur ſua propria:ſed quomodo cũ dicimus mittũt ſuos lega

Ayuntamiento de Madrid

tos:ſuos milites:ſuas naues:ſua agmina.quo etiã modo accipitur in terẽtiano exẽplõ. Suõ ſibi hũc gladio iugulo. Quod ſibi nulla niſi feſtiuitatis cuiuſdã gratia additũ eſt nec ita cohæret cum hoc ablatiuo datiuus ſui primitiui:ut fit in illis genitiuis.ſuus Ariſtotelis Platoniſue nullo pacto ſeperabilibus. Nam ſi ſepares eam:alterum genus loquendi erit:de quo non loquitᷣ Priſci.hoc loco:ſuuſq; ſignificabit quod ꝓprius. Separes aũt interiecto uerbo ad hunc modũ:Suus eſt illius mos:Sua eſt illius natura:ſuus eſt Ariſtotelis:ſuũ Platonis genus:ſuus eſt Virgilii ſonus : ſua eſt dicẽtis diligẽtia: ſua docẽtis Et ſine uerbo ſubſtãtiuo:ſuus tenet dolor patrẽ:ſuus mr̃em:nec ꝓcul ab hoc eſt Virgilianũ illud:Feſſoſq; ſopor ſuus occupat artus. Quapropter nõ eadẽ eſt:ut Priſciano placet: rõ dicẽdi ſuus eſt Homeri:uel Homero mos:uſitatiſſimũ loquẽdi genus: & ſuus Cicerõis filius hæres ẽ pr̃is iſtitutus:qđ dici rõ uetat. Nã ꝙ ait ad diſcretionẽ illius qui ſecũdũ legẽ nõ eſt ſuus .i. ſub ꝑtãte pr̃is legitimi nõ eſt:nulla rõ eſt:niſi & doceat ſic locutus eſſe: uel legũlatores uel pricipes : ſenatũue aut populũ.uel p̄tores:uel iuriſcõſultos:qui etiã diffinitũ reliquerũt:qui ſui dicanᷣ uel hæredes:uel ſerui:nunq̃ hoc ꝓnomẽ cũ genitiuis eiuſmodi copulãtes:& ut rõnẽ quoq; reddã:ſuus hætes ad eũ cuius eſt ſeruus:ut ſi dicam nemo poteſt ſuum inſtituere hæredem ſeruum ſuum : & ſua tutela ad illũ referᷣ:cuius tutela eſt:nec aliter dicitᷣ ſuus ad diſcretionẽ alterius q̃ meus tuus:alienus :Cum ergo nihil agat ſuus:ſi apponaᷣ ad Ciceronis filius palã eſt redundare nõ aliter q̃ in altero exẽplo . Egeo igenii ſui Ciceronis.Benedico ingenio ſuo Ciceronis:ubi ſuus redũdare nõ diffiteᷣ Priſcianus.Sed pro redũdãtia dixit abundantia. Sane abundãtia aliquid interdũ cauſæ habet: redundãtia nihil . nã quo dictionem non dico abſurdam:ſed ocioſam ac ſimilem membro:qđ ĩtegro corpi uelut ſextus in manu digitus agnoſcitur: Quã ipſe quoq; qui ait tacite reformidat : longe poſt eũ de uocatiuis ꝓnominũ ait:inquiẽs.Itaq; q̃uis q̃tum ad ipſam rerũ naturam recte uideaᷣ poſſe dici:o ſue fili Euãdri & o ſua uxor Euãdri:ut ſi dicã euandrie filii:& euandria uxor: cũ in hoc duæ tertiæ intelligãtur ꝑſonæ poſſeſſoris & poſſeſſionis:uſus tamẽ deficit:cum uſus Priſciane deficit? Nẽpe quia deficit rõ atq; ipſa rerũ natura:quoniã ſue & redundat : & reciprocationẽ quod ipſius ꝓprium eſt perdit: At tu uis addi etiam ꝓprium:nec tamen tunc redundare ſiue abundare ſuum:ſed indubitabilẽ ſignificare diſcretionem. Harum rerum cum tecum ratio non faceret.ſi nulla uſpiam repiebas exempla tradere p̄cepta nõ debuiſti:ſi repiebas:& illa debuiſti proferre:quod feciſſes opinor:ſi reperiſſes.

Suus non caret uocatiuo. Ca.ccccxcvii.

QVod ſi uſus & uitandæ redundantiæ & conſeruandæ reciprocationis cã reſpuit talẽ uocatiuum:o ſue fili Euãdri qd faciet: neutrã obſtãte iſtarũ cãrum ? ꝑfecto uocatiuũ oportet admittat:cum natura Priſciano quoq; teſtãte non refragetur. A quo pacto repiemus nec redundantem:nec reciprocũ uocatiuũ? Id uero iã ſuperius oſtendimus. Si enim illic Benedicite domino angeli ſui:Id angeli eſt uocatiui caſus:ꝑinde ac ſi dicereᷣ:o angeli ſui : & q̃le eſſet:deſcẽdite:adiuuate:protegite Cæſarem uita piclitãtem o amici ſui:o milites:o ciues:ſui:quidni uocatiuũ ſuus habere dicendnm eſt Quod ſi nulla huiuſcemodi repiantur exempla:nec mirum:q̃a raro ſit opus hoc ſermone:& ratio tam ualida eſt:ut ipſa poſſimus eſſe contenti.

Non tantum per nominatiuũ:quale eſt uidet ille ſuus filius licere loqui : ſed etiã per alios caſus. Ca.ccccxcviii.

SIcut in ea quæſtione:quæ reliq̃ eſt ex Priſciani uerbis ſic paulo ãte dicẽtis. Eſt tamen aliq̃ differẽtia in poſſeſſiuo tertiæ ꝑſonæ:cuius nominatiuo tũc utimur: q̃do ad ſuũ poſſeſſorem poſſeſſio tranſitionẽ facit:& nõ ad aliũ:ut idiget illius uel Cice.ſuus filius:uidet illũ uel Ciceronẽ ſuus filius. Similiter paſſiuã:quæ a poſſeſſore ſolo fiũt nomiatiuã poſſeſſionis exigũt. Amatur ab illo uel a Cicerone ſuus filius:Benemereᷣ uel de Cicerone ſuus filius. Nec nõ nominatiuo q̃ aliis caſibus poſſeſſiui licet uti : cũ poſſeſſorem oſtẽdimus extriſecus facientẽ tranſitionẽ ad aliquã aliã ꝑſonã pro ſua poſſeſſione:ut rogat me ille ut ſuus legat apud me filius : & ut ſuus doceaᷣ a me filius:ut ſui miſerear filii:& ut ſuo donẽ filio: & ut ſuũ ſequar filiũ:& ut ſuo potiat filio. Nã cur ad nominatiuum coartat hanc regulã? An nõ per accuſatiuũ eiuſdem generis eſt? Piget Ciceronis ſuum filium. Rumor eſt Cæſari inſidiari familiares ſuos . Cõſtat ſuum eſſe Homeri morẽ . Fugere Pompeium ſua intereſt. Fratris iam pigere incipit uxorẽ ſuam. Nam per accuſatiuum latinius dici quã per nominatiuũ:ſic:Fratris iam incipit uxor ſua pigere : alibi docuimus . Cuius ſimile eſt illud Quintiliani in milite mariano:Nec ſi ſit uitæ cupidiſſimus:pœuitere eum ſui facti poteſt.

Quædã reliquiæ p̄ceptoꝝ quãdo indifferẽter utimur his ꝓnominibus. Ca.ccccxcix.

HArũ porro duarũ. Priſciani regularũ q̃s nũc ad litterã ſubieci:in poſteriore licet pro ſuis uti eius ſiue ipſius .i. genitiuo:ut rogat me ille ut eius legat apud me filius . & ut ipſius doceaᷣ a me filius. In priore non itẽ qđ ſuperius quoq; ſignificamus. Etenim ut diuerſa ꝓmã claritatis gratia exẽpla:nõ auſim dicere. Phytagorã uenerabanᷣ diſcipuli eius : ſed ſui:nec quẽq; dicet ipſius defẽſio:ſed ſua:ſiue ſui:ut apđ Valeriũ Martialẽ. Et ſua riſerũt ſæcula Meonidẽ.nã id qđ in principio negaui ſub ſpecie trãſitionis cadere:ſua quẽq; delectãt:ſua cuiuſq; ſunt ſuũ cuiq; redda:iã admonuimus nõ poſſe mutare ꝓnomẽ:q̃a nũc ſubſtãtiuũ eſt. Illud aũt ancipitis uſus eſt quod in poſtremo cõſulto reſeruaui:quotiẽs per ablatiuũ loquimur abſolutũ . Vt beatus

Ayuntamiento de Madrid

eſt ille:tot ſe uel tot eum amãtibus.Poteſt iam ſecure uiuere : tanta ſibi uel ei accedente hæreditate Quo in genere nonnunq̃ uſu uenit ut per ſe:non per eum uel ipſum utiq; loquendum ſit.

Quemadmodum in conſtruendo reſoluatur ſui ſuuſq; in is ipſe ille. Ca.ccccc.

ET quo admireris ab ipſo ſe incipiẽdũ:ut apud Quit.inſti.i.Tradito ſibi puero docẽdi peritus:igeniũ eius in patris naturãq; ꝓſpiciat.non.n.dixerim tradito ei puero ſibi eo mutato:aut eius & puero ꝑmutatis:ſic.Docẽdi ꝑitus in patris ĩgeniũ pueri naturãq; perſpiciat:tradito ſibi eo:Sed magis hoc in ſuus ꝑmittit̃ q̃ in is:ob id ꝙ ſequi uult illud in cõſtructione.Ideoq; illud reſolui in quodlibet triũ de q̃bus diſſeruimus ꝓnoium is:ipſe:ille:tanq̃ affinitatis quodã aut cõſanguinitatis gradu ꝓpinquoꝝ:ut apd' Sene.Sæpe in magiſtrũ ſcelera redierũt ſua qd' ita cõſtruẽdũ erit:reſoluẽdũq;:Scelera magiſtri ſæpe redierũt in eũ:ſiue in ipm:ſiue in illũ:nonnunq̃ reſolui nõ põt:nõ mõ quãdo eſt ſubſtãtiuũ:ut ſuũ cuiq; ſoluat̃:ſua cuiuſq; ſunt niſi lõga:& ꝑinde dura circuitiõe utãur:qd' cuiuſq; eſt ie ſoluat̃:quæ cuiuſq; ſunt:ipſius ſunt:ſed etiã q̃do accipit̃ proprius:ut ſuus eſt Homeri mos:ſunt & ſua dona parẽti:ſunt hic etiã ſua p̃mia laudi:niſi & hic circuitione utãur.Mos Homeri eſt eius:dona ꝑntis ſunt ipſi:p̃mia laudis ſunt illi:qd' mihi nõ ꝓbat̃.Eſt aũt & alterũ per hæc ipſa tria ꝓnoĩa reſolutiõis genus:ut ſi dicas:Sæpe in magr̃m ſcelera redierũt ipſius:uel eius uel illius:q̃le eſt illud ſupius ex Quin.Quomõ & ipm & Virg.ſcripſiſſe manus eoꝝ docẽt.Reſoluas.n.ſæpe ſcelera magiſtri rediere in ipm uel in eũ:uel in illũ.Item quomõ manus & ipſius & Virg.docẽt eos ſcripſiſſe:ſed hoc trãſeo:& eſt nõ tam natiua materiæ q̃ adoptiua:Nã gratius facere ſcriptorẽ exiſtimo:qui nõ nihil q̃ qui nihil omittit:ne ſaltẽ plus magnitudini uoluminis:q̃ utilitati:legentium ſtuduiſſe uideatur.

Peroratio operis atq; concluſio. Ca.ccccci.

HAec habui Ioãnes de ꝓnoium ſui & ſuis reciprocatione quæ dicerẽ:Cuius quæſtiõis tãtũ abeſt:ut timeã ne q̃s tenuitatẽ facilitatẽq; inſectet̃:ut uerear ne magnitudine poti' ac difficultate deterreat̃ : & q̃dem ſicut initio dixi labyrinthæa . Eteni me quoq; iuuat ad eius finẽ uelut ad exitũ labyrinthi ꝑueniſſe illius cretẽſis.Nã cõplures fuiſſe memorant̃ : quẽ Virg.idẽ alibi narrat:Parietibus textũ cæcis iter ancipitẽq; Mille uiis habuiſſe dolũ:qui ſigna ſequẽdi Frãgeret ĩde prẽſus & irremeabilis error.Verũ nõ eſt cur ego iã uerear iſtã legẽtiũ:ſiq mõ hũc libellũ legent:deſꝑationẽ:Nãq; oẽm quæ antea erat:difficultatẽ :ut illis demerẽ.ipſe ſuſcæpi uniuerſaſq; fere ſcrutatus cæcæ domus anbages de labyrintho:ut amphiteatrũ:facerẽ:elaboraui:q̃le in media urbe uiſet̃ a Veſpaſiano extructũ:aut q̃le puteolanũ:campanũue:aut Veronẽſe.nã eiuſdẽ exẽpli ſunt plurima:mille uias illud q̃dẽ habẽs:ſed ſine cæcitate:ſine dolo.ſine errore:aut quo magis e uicino ſimilitudinem ſumã:q̃le ſummi põtificis palaciũ:qd' ꝓxime:Nicolaus q̃ntus ex cõfuſo & labyrinthæos anfractus habẽti:anguſtiſſimũ reddidit:nõ tamẽ aboletis eoꝝ titulis :qui illd' ædificarãt exornarãtq;:ſed reꝑatis ac magnificẽtius reſtitutis:ut nõ ĩmerito ueteres ſummi põtifices:ſiq̃s illis harũ rerũ ſenſus eſt plus huic q̃tũ ad ædificationẽ ꝑtinet q̃ ſibiipſis deberẽ fateant̃ : a quo ædificãte plus ornamẽti acceperũt factũ haud dubie oĩ palatioꝝ magnificentia p̃clarus . Cui nõ nihil noſtrũ fortaſſe conferri poterit:qui priſcoꝝ auctoꝝ:q̃tũ in nobis eſt:reſtituimus:reparamuſq; dignitatem Sed q̃d demens ago:qui meã cũ illis opæ coner ulla rõne cõpare caſam cũ regia:tofum cũ marmore: æs cũ auro:litterulas cũ excellente uirtute ac ſingulari ſapiẽtia . p̃ſerti cũ opuſculũ hoc nõ auſim ædere:niſi primus ab eo cõprobatũ optimo lr̃arũ cenſore:nõ ſolũ lr̃arũ p̃ſide ac principe.Etenim ille ut ſemꝑ antea doctrinarum oium cultor cenſorq;:ita nũc nõ modo romani põtificatus ac romani impii.uerũ etiã romani eloquii imꝑator & princeps:Quæ tria culnã poſt hoies natos affuiſſe dicemus:id eſt ad duo priora hoc tertium acceſſiſſe:In primis curam gerendi:ut cũ omnis doctrina : tũ uero lingua romana:quæ uſitatius latina dicit̃:cũctarũ doctrinarũ ſeminariũ coleret̃ & creſceret:res profecto ( ſi uere æſtimemus ) maioris laudis q̃ cætera. Siq̃dem illa ad nos alioꝝ iudicio & interdum inuitos deferunt̃.Hoc non niſi iudicio noſtro:ſtudioq; cõtingit:Illa nõnunq̃ parũ recte adminiſtrant̃. Hoc nõ uideo queadmodũ nõ recte queat adminiſtrari .Illa huius operã atq; opẽ deſiderat:hoc etiã ut illa nõ adſint:per ſe põt eſſe cõtentũ.Itaq; ego Nicolaũ Quintũ:cũ propter alia ſummum hoium iudico : tũ uero ꝓpter id ꝙ non tãtum cultor eſt ſapientiæ:ſed plurimos etiã cultores efficit : haud iniuria compandus choro muſarũ.ſiquæ unq̃ muſæ extiterũt : quæ & ſape ipſæ omnia & a nobis ad capeſcendam omnem ſapiẽtiã auctores eſſe credunt̃.Ab hoc igitur Ioannes: cuius tu intimus es : ut ad nos reuertar:oraculum poſces:nunq̃d hic liber tibi dedicatus ſit editiõe dignus.

Calphurnius Antonio Paſqualino de Sancto Germano Campaniæ.S.

Reſtituit quondam patriæ uexilla Camillus:
Et raptas gallis ſolus ademit opes.
Rettulit eloquium noſtro laurentius æuo:
Et capitolinæ contulit arcis opem.
Barbara cuncta iacent:ſunt hoc & uindice pulſi
Quicũq; a gotthis ſigna relicta colunt.
Quo tibi debebit ſemper ſtudioſa iuuentus
Campani Antoni gloria magna ſoli.
Nanq; tua impẽſa totum uulgatur in orbẽ
Vallenſis notus q̃ fuit ante magis.

FINIS.

Ayuntamiento de Madrid

Laurentii Vallenſis lima quædam per Antonium Mancinellum Veliternum: ad reuerēdum Aedis Geninianæ Antiſtitem Diuiq; Marci Canonicū Nicolaum Rubeum Patricium Venetum Omnium bonarum artium & uirtutis cultorem.

b Enigni (Sapientiſſime præſul Nicolae Rubee probitate cunctis omnibus præſtās) Ingenii eſt: id agere: quod cæteris cōſolatur: Nam nemo noſtrum ſibi ſoli natus eſt Itaq; aīaduertens Laurentii Vallenſis Elegantias paſſim ferme in manibus eſſe: plurimum qppe orationi latinæ conferunt. Viſum eſt: ut & magis & fidelius conferre poſſent loca quædam curſum & breniter a me obſeruata in medium dare: eo autē animo: eo cōſilio: eodeniq; ritu: quibus mea etiā ſcripta recognouiſſem. Nō enim contumeliis non praua mente quid agimus: uti pleriq; ſolent: dum aliorum quicq̄ offendunt: ac ſi ipſi quoq; non uſpiam laberentur. Quod certe fieri nullo modo. poteſt: hinc ait ille: Demoſthenes & Homerus. M. Tullio dormitare quandoq; uidentur: Quid mirū Summi quidem fuere: at homines tamen. Quæcunq; uero mihi obſeruata ſunt: Ad te præſtanti prudentia uirum: Ad te ſumma ſapientia præditum: Ad te eloquentiæ fontem: litteratorumq; omnium portum & auram dirigo. Curabis igit noſtra hæc qualiacūq; una cū uiri doctiſſimi elegātiis plegāt (ſic enim cultiores fient) dulces iucūdi chariſſimiq; Alūni tui Ioānes Iacobi uiri clariſſimi filius: Franciſcuſq; Rubeus. Quorum prior cum reuerendus uenerabilis ſapiens incorruptuſq; diui Leonardi titulatus (ſic enim appellant) ſacerdos tum omni uirtute uir optimus conſtans ſeueres grauis. Alter uero adoleſcentulus indole forma ingenio memoria inſignis clarus induſtrius: diſciplinæ honoriſq; ſtudioſiſſimus. A tua ſiquidem ſocratica officina huiuſcemodi opera prodeunt. fœlices ergo quibus id contingit: ut te religionis parentem muſarumq; hoſpitem adire uiſere colere poſſent. Viue uale ſalue præſidium meum: Viue. Venetiis nono kalen. Febru. M.cccc.xcii.

Limæ Lau. Vallenſiis Tituli. lvii.


| | | | |
|---|---|---|---|
| Filia filiabus & filiis | Tit.i. | A quibus litteris præponi ſolet | Tit.xxix. |
| Nata natabus & natis | Tit.ii. | Quatenus Quatinus | Tit.xxx. |
| Aſinabus | Tit.iii. | Scilicet | Tit.xxxi. |
| Seruabus | Tit.iiii. | Videlicet | Tit.xxxi. |
| Frictio | Tit.v. | Eſſe uox infinitiui | Tit.xxxii |
| Axilla.Ala.Maxilla.Mala.Malu- | | Cauene | Tit.xxxiii. |
| la | Tit.vi. | Necubi Nequo | Tit.xxxiiii. |
| Plantarium | Tit.vii. | Interdico | Tit.xxxv. |
| Donaria | Tit.viii. | Pluit | Tit.xxxvi. |
| Euentus Euentum | Tit.ix. | Fama.Rumor | Tit.xxxvii. |
| Iuſſu.Iuſſum.pmiſſu pmiſſum | Tit.x. | Sementis | Tit.xxxviii. |
| Iugeris.Iugere.Iugerum | Tit.xi. | Autorare.Exautorare.Autoramen- | |
| Apertile | Tit.xii. | tum | Tit.xxxix. |
| Senior | Tit.xiii. | Concio | Tit.xl. |
| Sermonem quem audiſtis | Tit.xiiii. | Paſco paſcor | Tit.xli. |
| Prior ad plures quoq; refert | Tit.xv. | Veſcor | Tit.xlii. |
| Quiſq; cum poſitiuo | Tit.xvi. | Frondes | Tit.xliii. |
| Quiſq; cum cōparatiuo | Tit.xvii. | Lamina Bractea | Tit.xliiii. |
| Quam pro ualde cū poſitiuis | Tit.xviii. | Conſularis | Tit.xlv. |
| Quā pro ualde cū cōparatiuis | Tit.xviii. | Campania.laboriæ campi | Tit.xlvi. |
| Quā pro quātū cū ſuplatiuo | Tit.xix | Beatus | Tit.xlvii. |
| Fore cū participio in dus | Tit.xx. | Fruitus fruiturus.fructus ſum | Tit.xlviii. |
| Erit cum participio in rus | Tit.xx. | Fœneror fœnero | Tit.xlix. |
| Gerundia in Di. | Tit.xxi. | Mutuo.Mutuor | Tit.l. |
| Oratum ire: Oraturum eſſe | Tit.xxii. | Adamare | Tit.li. |
| Experiundum | Tit.xxiii. | Carere | Tit.lii. |
| Verſus | Tit.xxiiii. | Abhorreo | Tit.liii. |
| Procul | Tit.xxv. | Alumnus | Tit.liiii. |
| Age.Agedum.Agitedum | Tit.xxvi. | Nuntius.Nuntium | Tit.lv. |
| Neq; autem | Tit.xxvii. | Punctus | Tit.lvi. |
| Non uero | Tit.xxviii. | Quot menſibus | Tit.lvii |


Ayuntamiento de Madrid

Laurentius Vallenſis.li.i.c.i.

Filius filia filiabus.

Antonius Mancinellus Titulo primo.

A filia filiabus & filiis legitur. Plautus quippe in Sticho ait: Sed ego ibo intro: & gratulabor ueſtrũ aduentũ filiis. Verba ſunt antiphonis ſenis: qui itẽ in ſcœnæ principio dixerat. Ita me dii bene amẽt meaſq; mihi ſeruaſſint filias &c. Lau.li.i.c.i.

Natus nata natabus.

Manc.Tit.ii.

A nata quoq; natabus & natis legit̃. Ouid.n.lib.xiii.met.de quattuor filiabus Anii regis Deli ait Effugiunt quo quæq; poteſt. Euboea duabus Et totidem natis Andros fraterna petita eſt.

Lau.lib.i.c.i.

Non aſinus.aſina aſinabus.

Manc.Tit.iii.

Phocas grammaticus ita inquit. Pauca ſunt primæ declinationis noĩa: quæ contra regulã datiuũ & ablatiuum numeri pluralis in bus ſyllabã mittunt diſcernendæ ambiguitatis.i.ſexus cauſa. His & ab his Deabus. Filiabus. Mulabus. Equabus. Libertabus. Natabus. Aſinab⁹. quæ a uiris peritis uſurpata ſunt. Priſci.quoq; li.vii.docet: his & ab his natabus.filiabus.deabus mulabus.libertabus.Aſinabus. Et recte qdẽ: Nã ſi mula mulabus. Equa equabus. Cur nõ aſinabus? Siqui uero grãmaticis fidem adhibere noluerint: Digeſtorũ libros euoluant: legent & enim & aſinabus & huiuſmodi alia.

Lau.li.i.c.i.

Non Seruus ſerua ſeruabus.

Manc.Tit.iiii.

De fundo inſtructo lege prædia maritima paragrapho Affini duo Digeſtis: Ita legitur. Quæſitũ eſt an ea mãcipia fidei cõmiſſo cedant: Cũ quædam ex iis ruſticis officiis ad tempus pegrinationis adducta ſunt relictis cum ſeruabus & filiis ſuis: & quædam patribus & matribus relictis &c.

Lau.li.i.c.ii.

Frictum fricatio: non frictio.

Manc.Tit.v.

Cornelius celſus lib.iii.cap.ix.de curatione lentarum febrium ſic ait. In his frictio quoq; ex oleo & ſale ſalubris uidetur. Capite uero.xi.ita ſcribit: Coutentiq; medici qdã una frictione etiã ex quolibet oleo ſunt. Et capite.xii. Adhibeaturq; frictio quantam is ſubſtinere poterit. Item paulo inferius: Vltima quoq; poteſt hæc auxilia ſunt: geſtatio & frictio.

Lau.li.i.c.vi.

Hæc diminutiua in ellus ella exeunt. Sunt quædam in illus illa. Inter ea autem priora Priſci.ponit Ala: uultq; facere diminutiuũ Axilla. Cice.tamen inter poſteriora: duo.n.maſculina totidẽq; fœminina donat hoc genere terminatõis. Paulus paxillus. Talus taxillus. Mala maxilla. Ala Axilla.

Manc.Ti.vi.

M.Tullius in li.de pfecto oratore ad.M.Brutum innuit ab Axilla Alam: a Maxilla Malam eſſe factas ait.n.ita. Quin etiã uerba ſæpe contrahuntur non uſus cauſa: ſed aurium: quomodo.n.ueſter Axilla Ala factus eſt: niſi fuga litteræ uaſtioris? Quam litteram etiam e maxillis & axillis: & Vexillo: & paxillo conſuetudo elegans latini ſermonis euellit. Catullus autem a mala malula diminutiuũ fecit: ait nãq; Mœſta neq; aſſiduo tabeſcere Malula fletu Ceſſaret: triſtiq; imbre madere genæ.

Lau.li.i.c.viii.

Plantariũ nõ locus plãtarũ: ſed ipſæ plantæ etiã ſi euulſæ: aut nõ conſitæ fuerũt. Nec me fallit ſeruiũ ſeparare plãtaria a plantis dicentẽ: plantæ ſunt raptæ de arboribus: plãtaria uero quæ ex ſeminibus nata cũ radicib⁹ & terra ,ppria trãſferunt̃. ad quod ſentiẽdũ uidet̃ allexiſſe eũ Vergilii uerſus. Et uiua ſua plantaria terra. Manc.Tit.vii.

Plãtariũ locũ eſſe plantarũ oſtẽdit Pli.li.xvii.c.xiii.ubi de arborum inſitione ſic ait. Quædam in plantario inſita eodẽ die tranſferunt̃. Vt autẽ ex uerſu illo Vergilii li.ii.g.apparet plantaria etiã plãtæ dici poſſunt. Ait ille: Siluarũq; aliæ preſſos ,ppaginis arcus Expectant: & uiua ſua plantaria terra. Sic quoq; donaria & loca ipſa & dona dicunt̃: ut iamiã oſtendemus. Lau.li.i.c.viii.

Donaria nõ locus repoſitorius donoꝝ: ſed ipſa dona licet Ser.dicat ubi dona ſunt ut lectiſternia dicunt̃ ubi hoĩes in templo ſedere conſueuerunt. Manci.Tit.viii.

Donaria eſſe loca in qbus dona reponunt̃ deoꝝ: abuſiue autẽ templa ut Serui.inqt Verũ eſt. Maro.n.lib.iii.g.ait. Tẽpore non alio dicunt regionibus illis Quæſitas ad ſacra boues iunonis: & uris Imparibus ductos alta ad donaria currus. Aulus Gellius etiam lib.ii.c.x.ita inquit. Vbi reponi ſolerent ſigna uetera: quæ ex eo templo collapſa eſſent: & alia quædam religioſe donariis cõſecrata. Et apuleius libro.ix.ſic: Cantaroq; & ipſo ſimulacro quod gerebam apud fani donarium redditis ac conſecratis: Altera die &c. Idem quoq; li.ii.floridorum: de iunonis fano apud Samum inter alia ſic ſcribit. Ibi donarium deæ perq̃ opulentũ: plurima auri & argenti ratio in lancibus ſpeculis pocu-

Ayuntamiento de Madrid

lis & huiuſcemodi utenſilibus &c. Macrobius autem donaria pro donis ipſis poſuit. ait enim lib. iii. ſat. Ornamenta uero ſunt clipei coronæ: & huiuſmodi donaria. Neq; enim donaria dedicantur eo tẽpore quo delubra ſacrantur. Lau. li. i. c. ix.

Euentus in ſingulari generis maſc. & declinationis quartæ eſt: eius plurali. M. Tul. ſæpiſſime in neutro genere & declinatione ſecunda utitur: ut de oratore. Ex alioꝝ factis & dictis aut euẽtis. Idẽ de diuinatione: Si euẽta quærimus &c. Manc. Tit. ix.

Euentus in ſingulari generis eſt maſculini: & declinationis quartæ: Eius autẽ pluralis numerus ẽ euentus: ut uiſus. M. Tul. li. i. de ora. Vt. n. qs optime dicit: ita maxime dicendi difficultatem: uarioſq; euẽtus orõnis expectationẽq; hominũ ptimeſcit. Virg. li. vi. de Aenea: cæcoſq; uolutat euentus aĩo ſecũ poſſem & plures afferre teſtes. Hoc uerũ euentũ hæc euenta facit. Tul. n. in ptitionibus ait. Si cuiuſq; facti & euenti cauſa ponet. Et Lucr. li. i. Euentũ dici poterit quodcunq; erit actũ. Inde igitur eſt euẽta & nõ ab hic euẽtus Lau. li. i. c. ix.

Similia ſunt huic iuſſu & pmiſſu tuo: quoꝝ pluralia ſunt ſecundæ potius declinationis: in ſingulari fere nunq̃. Neq; enim dicere ſolemus iuſſo tuo: ſed iuſſu. Vel permiſſo tuo: ſed permiſſu. Horatius tamen utar permiſſo: id eſt re permiſſa: non autem permiſſione: Nec dixiſſet permiſſo tuo; Nec iuſſibus permiſſibuſq; tuis dicimus: ſed iuſſis permiſſiſq; tuis. nec iuſſus pmiſſuſq; tuos: ſed iuſſa & permiſſa tua &c. Manc. Tit. x.

Ab hoc iuſſu tantũ: & ab hoc pmiſſu legitur: hoc autẽ iuſſum & pmiſſum: hæc iuſſa & permiſſa faciunt Syllius lib. vi. Ire iubet cãpis eqtẽ: ruit ipſe citatũ Quadrupedẽ planta fodiẽs: ſcutataq; raptim Conſeqtur iuſſo manus & muralia portat &c. Et lib. ix. Nec iuſſo mora: collectis fumãtia lucẽt Terga elephantoꝝ flãmis &c. Aulus Gel. lib. ix. c. xx. hæc ſcribit. Atteius capito publici priuatiq; iuris. pitiſſimus qd lex eſſet hiſce. uerbis diffiniuit. Lex inqt eſt generale iuſſum populi aut plæbis rogante magiſtratu &c. poſtea ſubdit: Nam niſi populus aut plæbs rogetur nullũ plæbis aut populi iuſſum fieri põt. Apparet igitur hoc iuſſum iuſſi iuſſa pluraliter efferre. Et permiſſum pmiſſa: Cum permiſſa etiã in plurali ſubſtantiuũ ſit. Lau. li. i. c. ix.

Ediuerſo iugerum in ſingulari ſecundæ: in plurali tertiæ eſt declinatiouis: non autem ut ait priſ. iuger iugeris. Cum omnes dicant in ſingulari iugerum: & in plurali iugeribus &c.

Manc. Tit. xi.

Priſcianus lib. vii. ita inqt: dicitur tamen & hoc iugus iugeris. Iuuenalis iugeribus paucis lumbos donare clientis. Itaq; recte dixit. Pomponius. n. Mela. li. iii. De Araxe ita ſcribit. Frangit ſe ſubinde ad oppoſita cautiũ: atq; ob id ingẽti cum murmure ſonanſq; deuoluitur adeo citus: ut qua ex præcipiti caſurus eſt in ſubiecta non decliner ſtatim undam: ſed ultra q̃ canalem habet euehat plus iugeris ſpatio lublimis & aqs pendentibus ſemetipſum ſine alueo ferens &c. Et Tibullus li. ii. inqt: Prædator cupit imenſos obſidere campos: Vt multo innumerã iuge paſcat ouem. Plinius item lib. xix. c. xix. ubi de cæpis meminit ſic ſcribit. Cætero cæpas ter foſſo ſolo ſeri iubent extirpatis radicibus herbarum in iugere denas libras &c. Variabimus igitur huius iugeris. Ab hoc iugere: hæc iugera: horum iugerum: his iugeribus: hæc iugera. o. iugera: ab iugeribus. Hoc uero iugerum: huius iugeri: huic iugero: hoc iugerum: o iugerum: ab iugero: hæc ugera: hæc iugera O iugera: nec ulterius.

Lau. li. i. c. x.

Apertile latus quod apertum eſt: ut Ouid. de triſtibus Aſpicis a dextera latus hoc adaptile tauri.

Manc. Tit. xii.

Apertile non quod apertum eſt dicitur: ſed quod aperitur uel aperiri poteſt: ut uerſatilis axis qui uerſatur: plicatilis criſta: quæ plicatur: uel plicari poteſt: hoc pacto Ouidii illud exponi debet.

Lau. li. i. c. iii.

Comparatiuum pro minoriui accipi q̃ ipſum poſitiuum habeat ait Priſci. ut Vergi. Triſtior & lachrymis oculos ſuffuſa nitentes. Triſtior enim hic ex parte triſtis accipitur. Sæpe per ſe poſitũ pro ipſo poſitiuo: ut comites ſenioris aceſtæ: pro ſenis. In quoꝝ utroq; eſt cauſa: cur aliqd nos addamus Nam illud triſtior plane pro triſtis: nõ pro ex pte triſtis accipit: ut ait Quint. Vtimur uulgo comparatiuis pro abſolutis: ut ſiqs ſe infirmiorẽ appellans non dixit pro minus q̃ infirmus: Et hoc ſenior potius pro ualde ſenex q̃ tantum ſenex: ut idem Quinti. de iſocrate: Eoq; iam ſeniore: octauũ enim & nonageſimum compleuit annum percipere Ariſtoteles pomeridianis ſcholis cœpit. Et Ouid. de triſtibus: Soſpite ſic te ſit natus quoq; ſoſpes: & olim Imperium regat hoc cum ſeniore ſenex.

Manc. Tit. xiii.

Recte quidẽ meo iudicio expoſuiſti Laurenti Triſtior pro triſtis: & ſenior pro ualde ſenex: Nam & alio in loco idem Virgilius inquit hoc heliinus facit hoc æui maturus aceſtes. Et lib. vi. de Charõte ait: Iam ſenior ſed cruda deo uiridiſq; ſenectus: Vbi item pro ualde ſenex exponendum eſt: quod dat intelligi per uerba illa. Sed cruda deo uiridis ſenectus: q̃uis enim ualde ſenex charon eſſet: attamen crudus & uiridis erat. Verum illud ulterius addemus ꝙ ſenior etiam pro magis ſenex accipitur. Seneca enim epiſtola. lxxv. ita ſcribit. Quemadmodum ex duobus ſapientibus qui ſenior deceſſit: non eſt beatior eo: cuius inter pauciores annos terminata eſt uirtus.

Ayuntamiento de Madrid

Nam inter duos:ut:dixi:damus genitiuum. Quidam dant genitiuum etiam ubi plura duobus ſunt:ſed tantummodo eccleſiaſtici:præſertim imitati græcos auctores unde interpretantur:Nulla enim littera eſt latina noui teſtamenti. Dicunt ergo Maior diſcipulorum:Minor frater &c.

Manci. Tit. xiiii.

Nulla enim littera eſt latina noui teſtamenti Laurentius inquit:quod ſecus eſſe alibi ipſemet cõfitetur:Ait naq; li.iii.c.xxii. Tale enim in euangelio:Sermonem quem audiſtis nõ eſt meus:quod iu græco hoc eſt fonte eſt ſermo:non ſermonem. Vnde interpres noſter tranſferens maluit latine q̃ grammatice loqui &c. Parcius igitur agendum erat.

Lau.li.i.c.xv.

Quin ipſe Priſcianus q̃q̃ diſſentit tamen paulopoſt quaſi imprudens quod negauerat confeſſus eſt Prior referri ad unum:primus ad plura:quod antea Diomedes Donatus & Seruius dixerant.

Manc. Ti. xv.

Prior non ſolum ad unum refertur:ſed etiam ad plures. Nam Aulus Gellius li.xiiii.c.vii.refert Varronẽ in litteris quas ad Oppianum dedit ſcripſiſſe ita. Quotiẽſq; uſu ueniſſet:ut omnes iſti magiſtratus eodem tẽpore Romæ eſſent:qui eorum prior aliis eſſet:ei potiſſimum ſenatus conſulendi ius fuiſſe. Saluſtius item in Iugur.ſcribit Micipſam Maſiniſſæ filium Iugurthæ Manaſtabalis fratris ſui filio ita dixiſſe. Cæterum ante hos te Iugurtha:quia ætate & ſapientia priores:ne aliter quid eueniat prouidere decet &c. Ante hos autẽ intelligit Adherbalem & hyẽpſalẽ filios ſuos Micipſa.

Lau.li.i.c.xvi.

Igitur ſuperlatiuus aſciſcit ſibi quiſq;:relinquit autem oĩs uel cunctus poſitiuo:ut optimus q́ſq;: ſapientiſſimus quiſq;:pro eo quod eſt unuſquiſq; qui eſt bonus ac ſapiens. Vel oẽs boni & omnes ſapientes:Non.n.liceret dicere boni qq; & ſapientes quiq;:Nec oẽs optimi:& cuncti ſapientiſſimi.

Manc. Tit. xvi.

Boni quiq;:& ſapientes quiq; latine non barbare dicitur. Apuleius.n.prima oratione inquit:nãq; peccatum ſemel ut bonus quiſq; ſollicitius cauet:ita &c. Tranquillus de Othone:ferebatur & uagari noctibus ſolitus:atq; inualidum quenq; obuiorum:uel potulentum corripere:ac diſtento ſago impoſitũ in ſublime iactare. Tacitus lib.xii. Trepidatione uulgi inualidus quiſq; obtritus.

Lau.li.i.c.xvi.

At uero Comparatiuis non quiſq; conuenit:ſed omnis. Vegetius tamen nõ perpolitus ſane ſcriptor inquit honeſtiores quiq; milites:pro honeſtiſſimi quiq;. Et lactantius de opificio:Nã ſi ita eẽt placidiora quæq; aĩalia:uel nihil fellis oĩo:uel minus haberent q̃ fere. Maluiſſem ego dicere oĩa placidiora animalia &c.

Manc. Tit. xvii.

Vegetium & Lactantium recte ſcripſiſſe Quintilianus oſtendit. Nam lib.ii.c.iii.ita inquit. Erit ergo etiam obſcurior:quo quiſq; deterior.

Lau.li.i.c.xix.

Per poſitiui proprium eſt:q̃ ſuperlatiui:ut perpulchre perbelle:q̃ pulcherrime:q̃ optime. hoc intelligitur:quotiens accipitur q̃ pro ualde ſiue uehementer.

Manci. Tit. xviii.

Quam pro ualde poſitiuis etiam rite iungitur. Cæſar lib.iiii.com.de bel.gal. Vt q̃ celerem atq; inſtabilem motum haberet:id eſt ualde celerem Gellius li.xiiii.c.ix. Immo inq̃ potius nos & q̃ audaces & q̃ licentes ſumus qui frontem improbe indocteq; non uirili genere dicimus &c. Itẽ lib.xvi. c.ii. Eratq; hoc ſane q̃ utile exercitũ ad conciliandas nobis ubi ueniſſet uſus uerboꝝ ſententiarumq; elegantium recordationes. Apuleius libro octauo:Sed heu tu inquit charitate q̃ probe ueſte contectus omniq; comite uiduatus prima uigilia fores meas tacitus accedas. Syllius li.iii. Magnis q̃ læta fronte ſacerdos Exceptos hoſpes tectis inducit Ariſbas. Tullius in Lelio:quam multa enim:quæ noſtra cauſa nunq̃ faceremus:facimus cauſa amicorum &c. Plinius li.xxxiii.c.xiii. Quare quæſo:niſi ut q̃ multi eas conſerui inferrent? Scribit ea Plinius de lanciũ numero & põdere:Præterea q̃ pro ualde cõparatiuo quoq; recte adiungitur:non ſolum ſuperlatiuo & poſitiuo ut' Patuit. Tullius li.v. tuſ. Abacoſq; q̃ plures ornauit argento auroq; cælato. Seneca in epiſtola.lxxviii. Conuocauit q̃plures amicos. Tullius lib.ii.ad herennium:poſtea admonuimus cauſas eſſe q̃plures in quibus &c.

Lau.li.i.c.xix.

Quam pro quantum:nunquam cum ſuperlatiuo:ſemper cum poſitiuo.

Manci. Tit. xix.

Quam pro quantum ſuperlatiuo quoq; adiungi ſolet. Varro enim libro ſecundo de canibus ait Quampauciſſimos relinques:tam optimi in alendo fient:Cato item in re ruſtica capite.lxv. Quam acerbiſſima olea erit:& oleum facies:tam oleum optimum erit:

Lau.li.i.c.xxviii.

Fore qdẽ habet uocẽ infinitiui ut eſſe:ſignificationẽ uero participiĩ quod eſt futurũ eſſe:nõ tãtũ eſſe licet forẽ fores foret idẽ ſit qd' eſſem eſſes eſſet. Quare cum noĩe iungi debet fore nõ cũ parti-

Ayuntamiento de Madrid

cipio:ne duo pīcipia ſimul confundamus. Spero te amatorē uel amicum fore:non autem amatu/
rum fore:ſed tantum amaturum.ne uidearis hoc dicere te futurū amaturū:quod ratio nō patitur
cum futurū ſuperuacuum ſit.Idem de participio paſſiuo futuri:Timeo te uerberandum fore ſatis
erat uerberandū:uel adiūcto infinito uerberandū eſſe &c. poſtea ſubiicit Sicut & participiū paſſiuū
futuri in nomē reuertitur : tuncq̧ etiā recipit fore : ut ſpero hunc puerū admirandum uirum fore.

Manc.Tit.xx.

Participium paſſiuū futuri etiā ſi in nomen non reuertitur legimus recipere fore:Tullius.n.li.iii.
epiſtolarū familiarium in epiſtola quadam ad Appium pulchrū ita ſcribit. Quaſi diuinarem tali in
officio fore mihi aliq̄do experendum ſtudium tuum:ſic cum de tuis rebus geſtis agebatur inſeruie
bam honori tuo.Et li.ix.Digeſtoꝝ ſic legitur:ſufficeret id præſtari quod præſtādum foret.Sed ta/
mē aſſeris idem eſſe forem fores foret:quod eſſem eſſes eſſet. Ouid.quoq̧ participio futuri in rus
erit futuri uocem iunxit.Ait.n.li.ix.met.Siquis tamen hercule ſiquis Forte deo doliturus erit &c.

Lau.li.i.c.xxix.

Quidam non indoctus hac ætate ſcribere auſus eſt:iamiam urbs in piculo capiēdi eſt:pro eo qđ
eſt iam urbs in piculo,eſt ne capiatur:Siue hoſtis parū abeſt a capienda urbe:Cum ſemper ſine ſub/
ſtantiuo gerundiū accipiatur actiue:aut ſi a neutro uenit neutraliter : niſi aliquando ut oſtendimus
in ablatiuo.

Manc.Tit.xxi.

Amandi & huiuſmodi gerūdia in di paſſiue quoq̧ ꝑferri inuenimus:Iuſtinus.n.ſiue Trogus eſt
li.xvii.ita ſcribit.Athenas quoq̧ erudiēdi gratia miſſus:de regio quodā puero dixit:& in ꝓlogo pri
mi uoluminis ait.Quod ad te impator Antonine nō tā cognoſcendi q̄ emendandi cauſa tranſmiſi.

Lau.li.i.c.xxx.

Dico aliud eſſe:Oraturū eſſe:& Oraturū ire.Ego ꝗdem cœnaturus ſum:nō tamē eo cœnatum ſi/
ue ad cœnandum.Et ſcio te cœnaturū eſſe:ſed nō ꝓtinus ire cœnatum:uel ad cœnādum.Nam par/
ticipium futuri cum uerbo ſubſtantiuo non habet actionem illam & motum:quem habet uerbum
eo.Atq̧ in paſſiuo fuerat ueriſimilius ſi dixiſſet.quo etiam frequentius utuntur auctores:idem eſſe
damnandum eſſe & damnatum iri.Nam eodem loco dicere poſſumus Credo peccatum meum re/
ſciēdum eſſe:& reſcitum iri &c.Poſtea ſubdit:deniq̧ ut eo reuertar unde egreſſus ſum & ſemel Pri
ſciano reſpondeam :non idem eſſe oratū ire & oraturū eſſe. Alterū præſentis tpis eſt:ut uideo te ac
cuſatum ire me.i.nunc.Alterū futuri:ut uideo te accuſaturū eſſe me. Et tamē accuſatum iri me abs
te uideo accipitur pro eo quod eſt uideo te: uel accuſatum ire me:uel accuſaturū eſſe me:Vel abs te
accuſandum eſſe me.

Manc.Tit.xxii.

Idem eſſe oratū ire:& oraturū eſſe ſatis patere pōt uel ſolo infinitiuo huius uerbi eo is it. Idē nāq̧
eſt itum ire & iturū eſſe.Adde etiā ꝗ ut & tu teipſe aſſeris in paſſiuo idem eſt damnādum eſſe & dā
natum iri.Quod quidem eſſe non poſſet:niſi damnatum ire in actiuo infinitiuo eſſet futuri tempo
ris.Quo enim pacto id quod in actiuo præſentis eſt tēporis: In paſſiuo futuri eſſe poſſet ? Itaq̧ Pri/
ſcianus optime docuit.

Lau.lib.i.c.xxxvii.

Mutatur autem e in u.Repetendarum enim erat dicendum : ſed tertia coniugatio ꝑter cæteras
hoc iuris habet:ut litteram hanc immutare poſſit &c.

Manc.Tit.xxiii.

Id item in quarta coniugatione licere Aulus Gellius li.xv.c.vi.oſtendit.Nam ita ſcribit.Redeun
tes græcia Brunduſium nauem aduertimus : ibi quiſpiam linguæ latinæ litterator roma a Bunduſi
nis accerſitus Experiundum ſeſe uulgo dabat &c.

Lau.lib.ii.c.viii.

Verſus contra naturam præpoſitionis ſemp poſtponitur:ut Italiam uerſus:Megaram uerſus &c.

Manc.Tit.xxiiii.

Verſus euphoniæ gratia q̄doq̧ præponit:potius hinc lib.i. de lingua latina Varro dixit: Cliuus
ꝓximus ad florales uſus uerſus capitolium uetus:quod quidem euphoniæ gratia feciſſe apparet.

Lau.li.ii.c.xi.

Procul apud quoſdam caſui ſeruit.Apud Curtium procul urbem.

Manc.Tit.xxv.

Dicimus quoq̧ ꝓcul oceano:& ꝓcul ab oceano.Plini.n.li.v.c.x.de nido ita iq̄t.Originē ut iuba
rex potuit exq̄rere in monte inferioris mauritaniæ non ꝓcul oceano habet.Et phœdra ouidiana ait
Sint ꝓcul a nobis iuuenes ut fœmina cōpti . Catullus itē ꝓcul a mea tuus ſit furor oīs hæra domo.

Lau.li.ii.c.xvi.

Age ſingular ē numerum deſiderat:Agite pluralem.Agedū uero nō ſingularem tantum ſed eti/
am pluralem &c.

Manc.Ti.xxvi.

Age & ſingulari & plurali iunctū legimus.Statius.Ite age & obſeſſis uigilē circūdate flamā. Va
leri.flac.li.iii.Vos age funereas ad littora uoluite ſyluas Et ſocios luſtrate rogos.Plau.i Sticho.Age
ſultis.Item Age licemini . Præterea Sicuti Agedū utriq̧ numero iungit:ita agedum plurali ſolū.
Liuius libro.vii.Noſtrū inquit peditum illud milites eſt opus:Agitedum ut me uideritis quacuq̧

o

Ayuntamiento de Madrid

inceſſero in aciē hoſtium ferro uiam faciētē:ſic pro ſe quiſq; obuios ſternite. Et Paulo inferius Agl tedum ite mecum &c. Lau. li. ii. c. xxv.

Habent tamen aliquando neſcio quid differentiæ in utendo: Cur nāq; nō dicimus. Neq; autem ſicut neq; uero &c. Manc. Ti. xxvii.

Neq; autem qui dixerit: recte quidem. Apuleius enim li. i. floridorum ſic ait. Proconſulis autem tabella ſententia eſt: qua ſemel lecta: neq; augeri littera una: Neq; autem minui pōt &c. Lau. li. ii. c. xxv.

Contra non dicimus Nō uero: ſicut non autem. Vt ſum tibi amicus Non autem aſſentator &c. Et capite dicti ſecundi libri inquit idem Laurentius. Neq; uero idem eſſe quod non uero: ſi modo nō uero dicere liceret. Manc. Tit. xxviii.

Non uero dicere licet: Tullius nanq; in Catone maiore ſeu de ſenectute ſic ait. At ii quidem iam mortui ſunt Non uero tam iſti q̄ tu ipſe nugator &c. Lau. li. ii. c. xxx.

Ab cum duabus liquidis: & cum i. quando ſit conſonans adiungi ſolet. ut ab lege: & ab legatis. ab litteris ab Rege. ab rogo. ab re. ab ioue. Manc. Tit. xxix.

De Ab longe melius. Priſci. edocuit: Ait enim libro primo de. xii. car. Aquidem uel abs uocali ſequente non ponimus: Ab uero nō ſolum uocalibus ſequentibus: ſed etiā conſonantibus quibuſdā non male ſonantibus antecedēte ab: ut abduco: abdo. hæc ille. licet igitur etiā dicere ab duce ab domo. Sæpius deniq; reperitur ab conſonante ſequente præpoſita. Pli. li. ii. c. ix. Et in tenebrarū remedium ab natura repertum &c. Item li. xix. c. ii. Mox cæſar dictator totum forum romanum intexit. Viamq; ſacram ab domo ſua ac cliuum uſq; in capitolium &c. Plura inuenies & in cōmentariis Cæſaris. & in Tito Liuio atq; aliis. Lau. li. ii. c. xliiii.

De quandoquidem & quando.

Eiuſdem ſignificati eſt Quatenus apud Seculū dūtaxat Quintiliani. Is ita ait. Sed quatenus luct⁹ noſtri in ius uocantur: & flenti diſputandū eſt: & orbitati ſue mater iraſcitur: ſupremus quā exorare nō poſſumus. Et eius diſcipulus Pli. minor: Et quatenus negatur nobis diu niuere relinq̄mus aliquid quo nos uixiſſe teſtemur. Nā Cicero dixit Quatenus ſolūmodo pro inquantū: ſicut Eaten⁹ pro intantum. Vt in Lælio: Videndum eſt Quatenus amicitiæ tribuendū eſt. Seculū autē Quintiliani ab Liuio. Vergilio Horatio exordior. Quoꝝ ultimus in ſermonibus ſic ait. Surrentina uafer q miſcet fæce phalerna Vina columbino limū bene colligit ouo: Quatenus ima petit uoluens aliena uitellus. Manc. Tit. xxx.

Aliud eſt Quatenus per e Aliud eſt Quatinus: per i: Vnde Caper grāmaticus ita ſcribit. Quatenus per e aduerbiū eſt: Quatinus per i coniunctio cauſalis: ut ſi dicas Quatinus hoc fine plagis nō facis: En tibi plagas. Quatenus autē aduerbiū tēporis aut loci: Temporis quū dices Quatenus hos mores exercebis: loci quū dicimus Quatenus ibimus &c. Feſtus quoq; ſic. Quatenus ſignificat q̄ fine: ſicut hactenus hac fine. Quatinus uero qm̄ &c. Itaq; legēdū eſt illud Quītiliani: Sed Quatin⁹ luctus noſtri in ius uocanť. Sic quoq; Plinii illud: & Quatinus negať nobis. illud itē Horatii Quatinus inq̄ petit uoluēs aliena uitellus. Quatinus inq̄ p i. Vñ Iuuenalis ſat. xii. inqt: Quatinus hic non ſunt nec uenales elephāti &c. Lau. li. ii. c. ul.

De ſcilicet & uidelicet.

Apud quos uix reperias uulgo uſitatiſſimū modū: quum ea quæ confuſe dicta ſunt: per ſingula poſtea exponimus: quale eſſet: Quattuor ſunt uirtutes ſcilicet uel uidelicet. prudentia. iuſticia. fortitudo. modeſtia. Manc. Tit. xxxi.

Tu ipſe Laurenti tertii uoluminis ꝓlogo eo qdē mō: quē apud doctiſſimos inuſitatū eſſe aſſeris: uſus fuiſti: ſcribis. n. illa. Quæ. n. diſciplina ſcilicet q̄ publice legitur tam ornata atq; ut ſic dicaꝫ tam aurea ut ius ciuile: Et capite. xxxvii. eiuſdē tertii uoluminis ita illud tamen ſciendum eſt: apud Ouidium in. xiii. ſic legendum. Tuq; tuis armis nos te poteremur achille. Non potiremur antepenultima breui non longa: a tertia Scilicet uō a quarta cōiugatiōe. Id aūt omne recte qdē. Nā li. xxxvii. digeſtoꝝ ita ſcribiť Seruius nō manumiſſus libertatē conſeqtur: ſcilicet is: qui ea lege diſtractus ē: ut manumittať intra tp̄s. Et Seneca epiſtola. lxxxii. ſic ſcribit: Nō magis q̄ beneficiū dare qſq̄ ſcit niſi ſapiens. hic ſcilicet qui magis gaudet dato q̄ alius accepto. Et Cato Maior apud Cice. ita inqt. Diuinus plato eſcam maloꝝ uoluptatem appellat q; ea uidelicet hoīes capiantur: ut hamo piſces Libro etiam. xxxxi. Digeſtoꝝ in principio ſic legitur: Velut certam quantitatem exprimit pro uiribus uidelicet patrimonii. Lau. li. iii. c. xxv.

Quædā uerba cū noīatiuo iūgi recuſant: imo pleraq;. Nā ut recte dico incipe mihi eē familiaris: noli eſſe illi intimus: Ita iuſitate dicā ꝑcipe illi eſſe mihi familiaris. Ne libeat tibi eſſe intimus hoc tñ genus loquendi non nunq̄ reperimus. Vt apud Lucanum in. ix. Tutumq; putauit iam bonus eſſe ſocer. Et apud Ouid. de ponto. Ecquis in extremo poſitus iacet orbe tuorum: Me tamen excepto qui præcor eſſe tuus: Dicere potuiſſet ſed non tam uenuſte: quem præcor eſſe tuum &c.

Ayuntamiento de Madrid

Manc. Tit. xxxii.

Precipe illi eſſe mihi familiaris: Ne libeat tibi eſſe intimus: Nullo pacto latine dicitur: Nõ.n. hoc genus loquendi apud aliquem probatum auctorem reperitur. Nam ſi recte aduertimus Lucani illud Tutumq; putauit iam bonus eſſe ſocer: Non ſimile eſt illis præcipe illi eſſe mihi familiaris: ne libeat tibi eſſe intimus hic.n. datiuus præcedit: Apud Lucanum uero precedit & ſequitur nominatiuus dicendum igitur præcipe illi eſſe mihi familiari: Vel præcipe illi eſſe mihi familiarem .ne libeat tibi eſſe intimo: Vel ne libeat tibi eſſe intimũ. Ouid. lib. viii. met. Vobis immunibus huius eſſe mali dabitur. Quint. lib. iii. An illi accidat uiro bono eſſe uel malo: hypermeſtra ad linum: Quo mihi cõmiſſo non licet eſſe piam: Quint. lib. vii. An huic eſſe procuratorem liceat Et lib. iiii. procuratorẽ tibi eſſe non licuit. Ter. in heau. Non expedit bonas eſſe uobis. Cæſar lib. vi. de bel. gal. Quibus iam licet eſſe fortunatiſſimos Lucanus. iiii. Nunq̃ tibi magne per umbras Perq; meos manes generum non eſſe licebit. illud autem Ouidii Me tamen excepto qui præcor eſſe tuus: Et grammatice & latine dictum cum & præcedat & ſubſequatur nominatiuus, neq; inficias eo. Et grammatice & latine etiam dici Quem præcor eſſe tuum: Nam talis ordo eſſet quem tuum eſſe præcor: ut naſonis illud lib. v. meta. Quantum eſt: Eſſe iouis fratrem Terẽ. in eun. Apparet Seruũ hunc eſſe domini paupis Quod etiam dicere licuiſſet ita: Apparet Seruus hic eſſe domini pauperis. Vatinius. n. lib. v. epi. ad Ciceronẽ inquit. Dicit̃ mihi tuus Seruus fugitiuus uardacis eſſe. Cæterũ lucani illud dicẽdi genus Tutumq; putauit iã bonus eſſe ſocer apud alios quoq; legere eſt. Ouid. lib. xiii. met. Sed n. qa rettulit Aiax eſſe iouis ꝓnepos Et lib. i. de põto ad maximũ. Hoc ubi uiuẽdũ eſt ſatis eſt ſi cõſequor aruo inter ihumanos eſſe poeta getas. Lau. li. iii. c. xxx.

Vnde male quidam hũc locum ſcribunt: pater adeſt: Caue ne te triſtem ſentiat Si enim hoc eſt: dicit uide ut te triſtem ſentiat. Nam & ne & caue prohibentis eſt.

Manc. Tit. xxxiii.

Caue: & caue ne idem eſt Plautus in Sthico: Caue quenq̃ flocciſeceris Cicero. li. xvi. epi. xi. hæc tibi nota eſſe uolui: quæ caue ne te perturbẽt: & impediant ualitudinem tuam. Tu item Laurẽti lib. ii. c. xxxvi. ita ſcribis. Ideoq; cauendum eſt ne uerba quæ momenteneam actionẽ ſignificant aduerbiis applices: quale eſt &c. Ouid. item li. i. de ponto ad Maximũ. Hæc mihi uerba malæ minuerunt tedia uitæ: Quæ tu ne fuerint. Maxime uana Caue. Quint. lib. v. c. x. Cauendum ne incaute reſpondeas. Plautus in ſthicho pridie caueat ne faciet quod pigeat poſtridie.

Lau. li. iiii. c. xxx.

Neunq̃. pro nequaq̃. Et ipſum nequaq̃: Et nuſq̃ & nuſpiã ſimplicẽ negationem indicant. Ideoq; uno uerbo cõtenta ſunt. Vt nequaq̃ ueniã. Necubi uero duplicẽ: Ideoq; duplex uerbũ poſtulat. Volo necubi mihi obuius fias: id eſt ne alicubi: ut Sicubi pro ſi alicubi. Sicunde pro ſi alicunde &c.

Manc. Tit. xxxiiii.

Necubi & nequo etiam uno uerbo cõtẽta ſunt. Liuius. n. in principio li. iii. de bel. punico ſecũdo ait. hiſpanos & aphros & omne quod ueterani erat robur exercitus admixtus ipſoꝝ impedimẽtis necubi conſiſtere coactis: Ne neceſſaria ad uſus deeſſent: primos ire iuſſit &c. Cato in re ruſt. capite v. uillicus ne ſit ambulator: ſobrius ſiet ſemper. Ad cœnam nequeo eat. familiam exerceat. Idem capite. cxlii. Neue ad domum neue ad ſeſe recipiat. Ad cœnam neque eat: neue ambulatrix ſiet.

Lau. li. iii. c. xlii.

Interdico tibi aqua & igni: non autem interdico tibi aquam & ignem.

Manc. Tit. xxxv.

Interdico tibi aquam & ignem dici etiã poſſe plures oſtẽdunt. Iuſtinus li. v. Et cui pauloante omnem humanam opem interdixerat. Seneca epiſtola. lxvii. interdices mihi inſpectionem rerum naturæ Ouidius li. vi. met. Cui quondam regia coniunx Orbem interdixit.

Lau. li. iii. c. xxxxiii.

Pluit caret ſuppoſito habens appoſitum ablatiuum ut Liuius: Nũciatum eſt in albano lapidibus Pluiſſe licet nuuc dicamus Deus pluit carnem pluit manna: pluit eſcam &c.

Manc. Tit. xxxvi

Pluit ſanguis uel lapis: pluit ſanguinem & lapidibus. Pluunt lapides in ntõ. ſ. Et deus pluit aquã recte dicit̃. Tibul. li. ii. Multus ut in terras deplueritq; lapis. Statius li. vii. th. Saxa pluunt. Pli. lib. ii. Præter hæc inferiore cælo relatum in monumẽta eſt lacte & ſanguine pluiſſe. Ibidem: Effigies quæ pluerat ſpongiarum fere ſimilis fuit. Plautus in moſtel. Venit imber: lauat parietes: perpluũt tigna putrefacitq; operam fabri. Ibidem: Quam mihi amor & cupido in pectus perpluit meum. His igit̃ patet pluit habere ſuppoſitum nominatiuũ: uel ablatiuum: & Deus pluit carnem & huiuſmodi dicẽdi genus non ſolum nunc dici ſed Plautum quoq; dixiſſe.

Lau. li. iiii. c. vii.

Rumor & fama idem ſunt: quoꝝ alterũ latinũ. Alterũ e græco eſt &c. poſtea ſubiungit̃. Significatur autẽ his duobus noĩbus ſermo q̃dem in populo ſine certo autore de re aliqua recẽti ſiue bona ſiue mala &c.

Manc. Tit. xxxvii.



Ayuntamiento de Madrid

Quintiliano qdam autore lib .v.fama cõſenſus ciuitatis uelut publicum teſtimonium uocatur.
Rumor uero ſermo ſine ullo certo autore diſpſus:Cui malignitas initium dederit:incrementũ cre
dulitas.                                Lau.li.iiii.c.xxv.

Sementis eſt ſatio ſiue ut ſic dicam ſeminatio.Liuius campani ſementem facere poſſent.Miror q;
quare cum in aliis locis apud hieronymum plurimis:tum ingeneſeos principio Sementis pro ſemi
ne poſitum eſt.                                Manc.Tit.xxxviii.

Semẽtis pro ſatione:& pro ſemine li.i faſt.apud Ouid.legiť.Ait.n.Villice da regẽ terræ ſemẽte
per acta:Da regem terrã qui coluere uiris.Et paulo inferius:Vos date ꝑpetuos teneris ſemẽtibus
auctus:Ne noua per gelidas herba ſit uſta niues. Columella uero lib .ii.c.x. Semẽtẽ pro ipſo ſerẽdi
tpe poſuit.Ait.n.ſic: de lete.Sationes eius duas ſeruamus:alterã maturã per mediã ſementẽ:ſerio
rem alteram menſe februario.                                Lau.li.iiii.c.xxxii.

Etiã duces militũ auctotes uocabanť:Vnde Auctorare.Liui.li.xlvi.Signo ſuo impreſſas tabellas
miſit:& uero pignore uelut auctoratum ſibi ꝓditorem ratus eſt.i.obligatum & ſubiectum.Et Vale
rius Maximus li.iiii.Autorato ſociis officio.Sueto.li.iii.de legẽdo uel auctorando milite ac legio-
num & auxiliorum deſcriptione:Ex quo fit Auctoramentum uel quaſi obligatio nexuſq; uel quaſi
ſtipendium quoddam:uel prætium cuiuſdam militiæ ac pugnæ actionis:ut Quint.Nec difficilem
ſane ſub illo præſertim auctoramento habuiſſet miſſionem:ſed noluit gladiator uiuere.

Manc.Tit.xxxix.

Referam hic quod Domitius in epiſtola Saphus poeticæ ſcribit.Aſſerit.n.ꝙ autorare eſt elige
re in militiã.Mileſq; auctoratus ab impatore ei opam ꝑſtat receptus.ſ.in inra militaria & impatoris
fidem.Inde exautorare diminuere eſt.& autoramentum ſignificat illam aſcriptionẽ ſimpliciter nõ
autem ſtipendium.Autorat ergo impator militem quum eum aſcibit.Nã qcqd deinceps agit mi-
les autoratus ad impatorem referť:cui uictoriam parat.hæc & plura ille.Seneca ꝑtærea epiſtola pri
ma li.xviii.ſic ait.Multum autem a fortuna petendum eſt:Deinde ſperandæ opes autoramẽta ſunt
ſeruitutum.ubi quidem metaphoricos locutus eſt.

Lau.li.iiii.c.xlvii.

Cõcio eſt populi multitudo cõgregata uel ex magiſtratus iuſſu:uel publici ſacerdotis:uel ſua in
terdũ autoritate & ſponte:ꝓprie ad audiẽdũ oratorem concionantẽ in bonũ publicũ Cuius etiam
oratio uocatur cõcio &c.                                Manc.Tit.xl.

Aulus Gellius.li.xvii.c.vii.ſcribit Concionem tria ſignificare:locum ſuggeſtũq; unde uerba fiũt
Item ſignificare cœtum populi aſſiſtentis.Item orationem ipſam quæ ad populum diceretur.

Lau.li.iiii.c.liii.

Quomodo.n.paſco neutrũ:Et paſcor deponẽs idem ſignificãt Priſc.uiderit:qui hoc ſibi ꝑſuaſiſſ
Eſt.n.paſcor comedo & uoro ſempq; regit accuſatiuũ.illud uero ſine accuſatiuo:ut paſcẽtes ſerua-
bit Tityrus hædos.                                Manc.Tit.xli.

Paſco neutrũ:& paſcor deponẽs idem ſignificare ipſe oſtendã:& utrunq; regere actũm.Oui.li.
i.faſt.pauit ouis pratum.i.comedit:Vergi.lib.ii.æn.Et miſeros morſu depaſcitur artus.i.comeſt,uo
rat:legimus item paſcor & paſco ſine actõ in eadem quoq; ſignificatione.Teſtis Maro.li.iii.g.Paſci
tur in magna ſylua formoſa iuuẽca.Cætera paſcunť uirides armenta per herbas Saltibus in uacuis
paſcant & plena ſecundum flumina.Patet igitur idem eſſe paſco & paſcor.& utrunq; regere actũm
Vtrunq; etiam ſine actõ legi.Quãdoq; tamen diuerſa ſunt.Nam ut dicimus herba paſcit illum.Ca
dauer paſcit aues:Tuo corꝑe paſcis uolucres.Ego paſco uitulos &c.ita nõ dicimus herba paſcitur
illũ.Cadauer paſcitur aues.Tuo corꝑe paſceris uolucres &c.Luca.lib.iiii.En nobile corpus paſcit
